43
2 II
8

POLYBII MEGALO

POLITANI HISTORIARVM LIBRI PRIO-
RES QVINQVE, NICOLAO PEROTTO
Sipontino interprete.

ITEM,

EPITOME SEQVENTIVM LI-

BRORVM, VSQVE AD DECIMVMSE-
ptimum, [redacted]erprete.

*Rerum & uerborum in hisce memora-
bilium Index.*

Cum Cæs. maiest. gratia & priuilegio
ad quinquennium.

BASILEAE.

illius uestigijs inhæret, ut mihi quidem uigesimus primus liber Liuij, ex tertio Polybij libro ferè ad uerbum trãslatus esse uideatur: ac nihil sanè inter eos interest, nisi quòd Liuius aliquanto breuius res gestas refert, Polybius diffusius. Liuius portenta ac prodigia plurima & oracula, ac uisiones deorum commemorat: Polybius his omnibus dimissis, præcepta quædam inserit ad uitæ institutionem necessaria. Postremò Liuius conciones integras, atq; directas, Polybius obliquas exponit: quibus in rebus uter eorum magis sit probãdus, non est mei uel ingenij, uel ætatis iudicare: quippe qui ne admirari quidem satis eorum uirorum doctrinam pro merito possem. Verùm equidem in Polybio breuitatem non desidero, in Liuio interdum fortasse aliquid latius: floscu li uerò sententiarũ quos operi suo Polybius inserit, magis profectò mihi mentem implent, quàm portenta Liuij, atque prodigia. quid enim dici minus credibile potest, quàm aut apparuisse deum Annibali? aut ingenuum infantem semestrem in foro Olitorio triumphum clamasse? aut bouem sua sponte in tertiam contignationem ascendisse? aut in agro Piceno lapidibus pluisse? aut aliud quidpiam huiusmodi factum esse? quæ res ne ab eo quidem sunt creditæ à quo scribuntur, nec dignæ sunt quæ in somnijs uisæ referantur: nam de obliqua oratione manifestum est quid Trogus Pompeius senserit: qui, ut Iustinus refert, in Liuio & Salustio reprehendere solebat, quod conciones directas, pro sua oratione, operi suo inserendo, historiæ modum excessissent. Sed quo magis in hoc uagatur oratio mea, eo magis augentur mihi luctus, & commiseratio quædam de tanta clade, iacturaq; librorum. O si reuiuisceret Polybius, atq; hanc deformatam operis sui faciem agnosceret, uix octaua sui parte superstitis, quàm molestè, quàm grauiter, quàm acerbè ferret perlatos à se incassum tot labores, tot frustra euigilatas noctes, tot à se susceptas, tam breui tempore euanituras atque occasuras cogitationes, quanquam eandem fortunam alij quoque infiniti tam Græci, quàm Latini autores sunt experti: quantum enim in utraque lingua à doctissimis uiris relictum legimus? quantulum est, quod supereſt librorum? quod uitio temporum accidisse manifestum est. nam, quia homines longo iam tempore, optimarum artium ac disciplinarum rudes, atque ignari erant, nullo in precio habebantur libri, & aut situ squalorecq; paulatim marcescebant, aut aromatibus, ac pensis muliebribus tegendis dilacerabantur. Omnem huius rei culpam in principes eius seculi resundendam arbitror: neq; enim idcirco illiteratos fuisse eos homines existimo, quòd aut tardiori ingenio, aut imbecilliori memoria essent, quàm uel præsentes sint, uel ueteres illi fuerint: sed quia ea tempestate ciuitatum principes nimio luxu ad segnitiem se, torporemq; conuerterunt, similes quoque reliquos ciues euadere necesse fuit. est enim ita comparatum, ut qualescunq; summi ciuitatis uiri fuerint, talis quoque sit reliqua ciuitas: & quæcunque morum immutatio in principibus extiterit, eadem semper in populo sequatur: quoniã ergo illiterati principes erãt, cæteri quoq; rudes erant atq; indocti: quod si qui fortè ad studia se cõtulissent, nullus honor, nullũ præmiũ proponebat: quæ res in primis accendere atq; inflãmare homines ad studia cõsueuit: nam sicuti temperies ac clementia aeris copiam atq; ubertatem frugũ: ita humanitas, & honor, & beneficẽtia principis bonas artes, excellẽtiaq; ingenia producit. Quid tandem causæ fuisse arbitramur, quòd tempore Alexandri regis multa clarissimorum uirorũ ingenia floruerunt? nempe, quia & ipse doctus erat, & doctos maximo in honore precioq; habebat. Ferunt enim, cum interiecto post illius mortem tempore, Archestratus nobilis poeta præter modũ inopia premeretur, dixisse ei quendam: Tu uerò si Alexandri ætate fuisses, in præmiũ cuiuslibet carminis Cyprum aut Phœnicem habuisses. Lycon uerò Scarpensis comicus poeta Alexandri æqualis, cum audiẽte illo comœdiã recitasset, in qua uersum quendã nescio quid æris petentẽ inseruerat, cõfestim decem talentis donatus est. Hac eadem ratione Athenienſium & Lacedæmoniorum, & Romanorum tempore multi clarissimi uiri floruerũt. Sed ne ueterũ duntaxat exẽpla secte-

fectemur, quæ causa est, quòd in præsentiarum ita uigeant studia literarum, & tot se ingenia hominum proferant, atque ostentent? profectò quia te principem habent, Nicolae Quinte Pontifex Maxime, qui, ut es in omni doctrinarum genere excellens, ita doctos & studiosos omnes sustẽtas, suscipis, foues, amplecteris. Quando enim memoriæ proditum est, in tanta uenerationе literas, seu literatos homines habitos fuisse, quanta hoc tempore habentur? quo uel primi abs te, uel soli honorantur: sub quo Rege, siue Imperatore, siue Republica tantam unquam liberalitatem ac beneficentiã sunt experti, quantam sub te optimo ac clementissimo Pontifice experiuntur? Testes huius rei possem afferre quàm plurimos, nisi excedere procœmij modum uererer. Quis est enim non modò in Italia, uerumetiam in Græcia, atque adeò omni orbe terrarum, uel mediocriter doctus, qui hactenus liberalitatis tuæ periculum non fecerit? Vt iam uulgatũ apud omnes gentes sit, munera tuæ sanctitatis omniũ ueterum principum & Imperatorum & Regum munificentiam nõ modò æquare, uerumetiam longo, ut aiunt, interuallo excedere. Quamobrem omnes iam spe præmij, gloriæq; erecti, ad studia literarũ incumbunt: & pro sua quisq; facultate aut componũt nouum aliquid, aut Græcum transferũt: multi etiam uetera, & iam obsoleta, ac ferè deperdita conquirunt. Ex quo fit, ut ego maximas immortali Deo habeam gratias, quod mihi datũ sit nasci temporibus uitæ tuæ: neq; desperem aliquando futurũ, ut sicuti multa antehac tuis auspicijs reperta sunt, quæ prius abdita erant, ac prorsus ignota: ita reliqui quoq; Polybij libri in lucem redeant. Quod si nobis fata concesserint, non recuso quantumcunque mihi uitæ deinceps superũm uoluntate erit, quantumq; à cura & seruitio principis mei mihi dabitur ocij, ad eorum translationem conferre, tuum modò mihi numen adsit summe Pontifex, tantumq; ingenij aspiret, quantum eius operis magnitudo uidebitur postulare. Interea si quãdo te à gubernaculis ecclesiæ Romanæ ad ocium transtuleris, horum quinque uoluminum lectione animum oble

ctabis. Vale.

POLYBII HISTORIARVM LIBER PRIMVS, È GRAECO IN LATINVM CONuersus, Nicolao Perotto Interprete.

IAB ijs qui tes gestas ante nos scripserunt, laudem historiæ prætermissam esse contigisset, fortasse necessarium uideretur, ut uniuersos ad suscipiendam, capessendamque historiam hortaremur, cum nulla hominibus facilior ad uitæ institutionem uia sit, quàm rerum antè gestarũ cognitio: uerùm cum non aliqui, neque aliquatenus, sed omnes, ut ita dicam, hoc principio, hocq; fine utantur, ut ueram disciplinam, exercitationemq; ad res ciuiles historiæ cognitionem esse dicant, eamq; solam ob exemplaalienorum incommodorum effectricem, & magistram, ut quis possit fortunæ uarietatem æquo animo ferre: profectò neminem puto iudicaturum necessarium fuisse, ut de ijs quæ recte, & à multis dicta sunt, denuò sermo haberetur, à nobis præsertim. etenim nouitas ipsa rerum, de quibus scribere instituimus, satis superq; est, ad hortandum alliciendumq; omnium tum iuuenum, tum natu grandiorum, ad hanc nostram historiam, animos. Quis enim adeò est hominum uel prauus, uel ignauus, qui nosse refugiat, quo modo, quo ue politię genere uniuersæ totius ferè orbis nationes domitæ, & intra trium & quinquaginta annorum spacium, imperio unius populi Romani subiecta fuerint? id quod ante id tempus uisum fuerat nunquam. Aut quis rursus ita cæteris spectaculis ac disciplinis deditus atq; affectus est, ut aliquid huic cognitioni præponendum ducat? At, quàm grande, quamq; excellens sit hoc nostrum opus, palàm erit, si principatus, qui maximè & dignitate & gloria floruerũt, de quibus amplissimè scripserunt historici, Romani imperij excellentiæ cõparabimus. Digni autem hi tandem sunt, qui comparentur. Persarum quibusdam temporibus magnus principatus ac magna potentia fuit: sed quotiescunq; transgredi Asiæ terminos ausi fuere, nõ in principatus solum, uerumetiam in proprij capitis periculum inciderunt. Lacedæmonij, cum diu de Græcorum imperio certauissent, tandem desiderij sui compotes facti, uix annos duodecim imperare liberè potuerũt. Macedones in Europa quidem dominati sunt ab Adria ad flumen Istrum, quæ prorsus exigua quædam eius regionis pars est: postea debellatis Persis, Asiæ quoq; principatum habuerũt: sed tamen hi quoq;, & si complurium rerum atq; locorum domini sunt uisi, magnam tamẽ orbis partem intactam reliquerunt: nam de Sicilia, Sardinia, Africa, ne contendere quidem cœperunt: ferociores uerò Europæ nationes, & quæ magis ad occidentem uergũt, uix, ut sic dixerim, cognouere. Romani non aliquã orbis partẽ, sed uniuersum ferè orbẽ subiugarunt. †Consimiliter aũt ex sequẽtibus cognoscere licebit, quis ac quantus profectus ex historica cognitione studiosis accedat. Cæterum initium nostri operis erit, à temporibus quidem, olympias centesima & quadragesima: à rebus uerò gestis, apud Græcos quidẽ, bellum sociale appellatũ, quod primum cum Achæis aduersus Aetolos Philippus incœpit, Demetrij filius, ac Persei pater: apud eos uerò, qui Asiã incolunt, bellum Syriacum, quod Antiochus & Ptolemæus Philopater inuicem gesserunt. In Italia uerò & Africa, bellum Romanorum, Carthaginensiumq;: quod eomplures bellum Annibalis appellant. Hæc autem ea sequentur, quæ sunt ultimo loco à Sicyonio scripta. Ante hæc igitur tempora inciuiles erant res orbis. †Postea uerò euenit, ut in unum quasi corpus coalesceret historia, et res Italiæ, Libycæq; cum Græcis atq; Asiaticis miscerentur, & ad unum finem omnia tenderent. Quapropter & exordiũ nostri Operis ab eo tẽpore sumpsimus. etenim cum in eo bello Romani Carthaginẽses superassent, maiorẽ à

Habenda uidetur

Lin. Aperte mutatus sensus in uersione Romana uerborum Graecorum

Græcum exemplar habet hic defectum.

Sub ista tamen uersus defectus est in Græco.

se partem iam gestam rati, quo uniuersum aggredi possent, eo primùm tempore ausi fuerunt ad reliqua manus extẽdere, & cum potentia ac uiribus in Græciam, Asiamq; trajicere. Quod si earum rerumpub. mores atq; instituta, quæ de principatu orbis inter se contenderunt, cognita perspectaq; haberemus, fortasse non esset opus altius repetere, quo proposito, quaue potentia freti, tales tantasq; res aggressæ fuerint. Verùm cum neq; Romani populi, neque Carthaginensium potentia præcedens & gesta compluribus Græcorum nota sint, necessarium arbitrati sumus hunc, & sequentem librum, antequam historiam ingrederemur, præscribere: ne quis fortè, cum ad lectionem nostri operis se contulerit, hęsitet, ac quęrat quo consilio, quibusq; uiribus, aut facultatibus fretus Romanus populus eò animum induxerit, quo & orbe terrarum, & uniuerso mari nostro potiretur. Ex his itaq; libris, atq; hac nostra præparatione manifestè omnes intelligent, necessarias Romanos facultates habuisse, quibus & rem talem tantamq; aggredi, et uniuersalem principatũ ac dominatum nacti, desiderij sui compotes fieri potuerunt. Nam & huius nostri operis peculiaris scopus, & rerum hac tempestate gestarum insigne in primis hoc est: quòd, quemadmodũ fortuna omnes fere totius orbis terrarum res, ad unã partem inclinauit, & omnia ad unũ, eundemq; finem referri coegit: ita etiam per historiã ad unam synopsim fortunę conatus, quo ad omninum rerum cõsummationẽ usa est, lecturis reducatur ac proponatur. Hoc enim ipsum est, quod primùm nos animauit ad scribendam historiam: simul id potissimum, quòd temporibus nostris nemo adhuc fuit, qui in uniuersum res gestas scribere uoluerit: nam id multo minus nos fecissemus. Verùm, cum pleroscp uideremus singillatim bella quædam particularia, & res in illis gestas annotasse, uniuersalem uerò, et generaliter comprehensam rerũ gestarum commemorationem, quando, aut unde incœperint, quomodo gestæ sint, quem finem habuerint, neminem prorsus, quod mihi notum esset, usq; in præsentem diem attigisse: operæprecium fore censuimus, si nostra opera daretur hominibus nostris facultas legendi, id quod optimũ simul & utilissimum fortunæ opus fuit. nam cum multa in uita hominum fecerit præclara illa quidem, & admiratione digna: nihil tamen usq; in præsentem diem fecit, nec ullum certamen decertauit, quod sit rebus nostri temporis comparandũ: quæ res quidẽ ex ijs qui priuatas scripserunt historias, minimè intelligi posset, nisi fortè quis sit, qui, cum præclaras ciuitates singulatim trãsierit, aut seorsum pictas uiderit, putet se propterea uniuersi orbis situm, figurã atq; ordinẽ intellexisse: quod nullo modo uerisimile est. Ac mihi quidem omnino uidentur, qui per particularem historiam satis intelligi posse uniuersa existimant, non minus àuero deflectere, quàm si quis, cum animati atq; formosi corporis separatas inuicẽ partes consideret, putet se propterea omnem eius animalis operationem atque ornatum intellexisse. Etenim si quis distinctas illas, ac separatas partes sumat, coniungatq; inuicem, & animal adhibita forma atq; ornatu animi perfectum efficiat, deinde id rursus illis ostendat: profectò fateantur se longè antea aberrasse, similesq; somniantibus fuisse. quendam enim conceptũ totius uisis partibus facere certè licet, certã uerò scientiã ac cognitionẽ eius habere impossibile est. Quapropter prorsus paululum conferre posse particularem historiã putandũ est ad uniuersi notitiã, ac fidẽ: ex cõmixtione uerò et collatione rerum, & similitudine & differentia accidere, ut nemo sit, qui ea legens singularem non capiat ex historia fructum ac uoluptatem. Faciemus autem principium huius libri, primam Romanorum ex Italia transfretationem: quæ est ijs continua, quę Timæus ultimo loco scripsit. Fuit autem Olympiade centesima & uigesimanona. Quamobrem dicendũ quidem est, quomodo quoue tempore res Italicas composuerint, quibusq; occasionibus usi in Siciliam transfretauerint: nam in eam terram primò extra Italiam sunt profecti: & eius quidem transfretationis causa simpliciter, & (ut ita dicã) nude dicenda est, ne causa causam quęrẽte, totius rei principium & consideratio perplexa

sit. Sumen-

sit. Sumendū eriā tale principiū, quod sit rēporibus ac reb. consentaneū, et uni uersis cognitū, quodq; ipsum ex seipso cōsideraripossit: etiā si oportuerit tē poribus paulo alitius reperitis, res interea loci gestas summatim cōmemorare. nā principio quidē ignoto, uel per louē subobscuro, neq; ea quidē quę sequunt, persuadere, aut facere fidē possunt. quod si uerò opinio de principio uera sit, rūc omnis quoq; consequēs sermo facile auditorū auribus satisfacit.

Annus igit̄ erat post eam naualē pugnā, qua Cymō Atheniēsis Xersen superauerat, decimus nonus: ante bellū uerò in Leuctris gestū, quo Lacedęmonij pacē ad Antalcidā factā cum rege Persarū inierāt, sex tus decimus: cū Dionysius senior Gręcis, qui Italię orā incolebāt, circa Elleſporū fluuiū superatis, Rhegiū Calabrię ciuitatē obsidebat. Galli uerò Romā, Capitolio dūtaxat excepto, potenter occupabāt: quo tēpore Romani percusso cū Gallis fœdere quod illis probabat̄, & prēter spē recuperata iterū patrię libertate, & quasi incrementorū suorū principio quodā accepto, consequētibus temporibus gerere cum finitimis bella cœperūt. Et mox Latinis omnibus cùm propter animi fortitudinē, tum propter bellorū successum superatis, bellū Tyrrhenis, deinde Celtis, postmodū Samnitib. Latinorū regioni cùm ad Orientē, tum ad septentrionē conterminis intulerūt. Non multo interiecto tempore cum Tarentini ob ea quæ in Romanorū legatos patrarant, se nō satis tutos putantes, a nno uno ante Gallorū in Italiam aduentū, Pyrrhum regem ad se uocassent, & simul ij qui apud Delphos erant bello superati, in Asiam confugissent. Romani deuictis iam Tyrrhenis, atq; Samnitibus, Celtis uerò in Italia cōpluribus prælijs profligatis, tunc primū in reliquas Italiæ partes facere impetū cœperunt: ueluti iam nō de alienis, sed de proprijs, & ad se pertinentibus rebus contendētes, pugnandi artem ex bellis, quæ iam cum Celtis atq; Samnitibus gesserāt, optime edocti. Acriter igit̄ huic bello insistētes, Pyrrho eiusq; copijs tandē ex Italia expulsis, rursus eos quoq; qui cum Pyrrho senserant, subuertebāt: ac mox ueluti ex insperato omniū domini facti, & uniuersis qui Italiā habitabāt, præter Celtas, subiugatis, deinceps Romanos qui Rhegiū tenebant, obsidere cœperunt. proprij enim quiddā, ac par duabus ciuitatibus, quæ in freti illius angustijs sitæ sunt, ea tempestate accidit, Messanæ uidelicet & Rhegio. Messanā enim non multo ante hæc tempora, Campani sub Agathocle in Sicilia militantes, urbis splendorē atq; opulentiā admirati, eum primū patrandæ rei oblatā sibi opportunitatē uiderunt, per amicitiā intra mœnia receptī, uiolata fœderis fide, in urbē impetum faciunt: ciues partim urbe eijciunt, partim trucidant. quo facinore patrato, uxores liberosq; eorū, prout cuiq; in ipso cōflictu sors tulit, itē postea fortunas, agrosq; inter se partiūtur, atq; ita pulcherrimæ opulentissimęq; regionis & urbis cōpotes facti, confestim huius sui facinoris imitatores repererunt. Rhegini enim tempore quo Pyrrhus Epirotarū rex in Italiā copias traiecit, aduentu eius dererriti, simul quod Carthaginēses tūc mari dominātes metuebāt, populi Romani opē atq; præsidium postularunt. Missi ab Romanis ad Rheginos milites, aliquandiu quidē urbē tutati, fidem ciuitati seruauerunt: existentes numero quatuor millia hominū, quibus dux præerat Decius Campanus. Sed tandem Mamertinorum exemplo permoti, & eos tanti facinoris conspiratores habentes, ipsi quoq; Rheginis fidē uiolāt, tum rei opportunitate, tum Rheginorū opulentia pellecti: ac ciues alios ex urbe depellunt, alios cædunt: deniq; ut Mamertini fecerant, ciuitatem detinent. Romani, & si hanc Rheginorū calamitatē graui & iniquo animo ferrēt, superioribus tamen bellis occupati, subsidiū ferre nō poterant. Confectis autem illis & conclusis, Rhegiū, ut suprà dicebamus, profecti, urbē obsederunt, ac tandē expugnarunt: interfectis compluribus, qui in ipsa etiā uictoria præscij quæ passuri forent, si superuiuerent, usq; ad extremū fortissimē repugnarunt: trecenti solum uiui in poreſtatem redacti, quos Romam eueſtigio missos, Consules in forum produci, ac uirgis cædi, & tandem secundum patriæ morem securi percuti fecerunt, quo & illi scelerati facinoris pœnas darent,

& ipſi ſuam erga ſocios fidem, quantū fieri poſſet, confirmarent. Vrbē uerò et agros Rheginis continuò reſtituerunt. Mamertini (ſic enim Campani ſe, capta Meſſana, nuncupabant) quandiu legio illa Romanorū Rhegium detinuit, præſidio eorū freti, non ſolum ciuitatem, & agrū ſuum tutabantur, uerūmetiam finitimas pleraſq; tum Carthaginenſiū, tum Syracuſanorum ciuitates magnopere infeſtabant, multas etiam Siciliæ urbes ſibi tributarias fecerant: obſeſſa uerò Rheginorū urbe, Romanæ legionis præſidio deſtituti, ipſi quoque eueſtigio à Syracuſanis in ciuitatē proptet quaſdā huiuſmodi cauſas pulſi ſunt. Non multo antē tempore, Syracuſanorū copiæ circa Merganam de gentes cum inter ſe, atq; eos qui ciuitati præerant, orta ſedtio eſſet, duces ſibi creauere, Artemidorum, & eum qui poſtea Syracuſanorum rex fuit, Hieronem, admodum quidem adoleſcentem, ſed ita uniuerſis natutæ atque ingenij dotibus ornatum, ut nihil ipſi regium, præter regnum, deeſſe uideretur. Hic ſuſcepto magiſtratu, cum tandem caterua amicorum ſtipatus in urbem ſubintroiſſet, ac diuerſæ factionis ciues ſuperaſſet, adeò clementer, moderateq; uictoria uſus fuit, ut unanimi Syracuſanorum omnium conſenſu, quamuis militarem electionem haudquaquam probarent, dux ipſorum cōſtitueretur. Hieron igitur confeſtim maiora ſe, quàm ut dux eſſet, animo concipere illis prodebatur, qui intellectu ualebāt. Principio enim cum Syracuſanos animad uertiſſet, quotieſcunq; copias duces q; eorū extra urbem mitterent, ſeditionibus inter ſe uexari conſuetos, Leptinem aūt intellexiſſet fide atq; authoritate inter cæteros Syracuſanos plurimū pollere, & multitudini gratiſsimū eſſe: nō inutile futurū putauit, ſi affinitatē cum ipſo cōtraheret, quo haberet quē pro ſe in ciuitate poſſet relinquere, quoties ſibi ad res gerendas exeundum eſſet, ac copiæ in expeditionē educēdæ. Accepta itaq; in matrimoniū Leptinis filia, cū ſciret ueteres Syracuſanorū copias, quę ex conductis militib. erant, inſtabiles eſſe, rerumq; nouarū auidas, exercitū ueluti in Barbaros, qui Meſſanā tenebāt, educit: caſtriſq; iuxta Cētoripā poſitis, ac ſtrictis circa Cyamoſſorū fluuiū aciebus, Syracuſanos quidē equites, peditesq; ex interuallo ſecū tenet, quaſi per aliud iter hoſtes aggreſſurus: gregariū uerò ac conductitiū militem hoſtibus obiectū, à Barbaris prorſus deleri patitur. Ipſe aūt interea, cum illi fugerent, cum Syracuſanis omnib. incolumis in ciuitatē reuertitur. Cum aūt hoc aſtu propoſitū ſuū confeciſſet, & cunctos ſeditioſos ab exercitu ſuſtuliſſet, ipſe ſibi magnā ſtipendiariorū multitudinē conduxit. Itaq; rebus omnibus diligenter compoſitis, cum Barbaros cerneret ſuperiori uictoria ſtultē nimiū temerarieq; elatos, ipſe cum armatorū, & iam ſatis à ſe exercitorū ciuium manu extra urbē profectus, citato itinere ad Mileum agrū peruenit, ibiq; iuxta Longani fluminis ripas ingens cum Barbaris prælium collatis uiribus commiſit: quibus tandē ſupetatis, ducibusq; eorū captis, cum Barbarorum perulātiam hac uictoria repreſſam cerneret, Syracuſas cum copijs reuerſus, conſentiente omniū ciuium fauore, tex à ſocijs appellatur. Mamertini uerò primū Romanæ legionis, ut ſuprà diximus, præſidio deſtituti, deinde hoc graui prælio affecti, cum iam ferè animis cecidiſſent, plericq; ad Carthaginenſes confugiunt, eisq; & ſeſe & arcem dedunt: alij ad Romanos legatione miſſa, ciuitatē illis tradunt, præſidiumq; ueluti ab eiuſdem generis hominibus poſtulant. Romani diu inter ſe, quid faciendū eſſet, dubitarūt: perabſurdum enim putabāt, ſe, qui paulo antē in proprios ciues ob occupatū contra fidem Rhegium tam grauiter animaduertiſſent, nunc Mamertinis, qui eiuſdē ſceleris non ſolū in Meſſaniæ, ſed & Rhegij ciues cōmiſsi, inexcuſabiliter rei eſſent, præſidium ferre. Veruntamen cum Carthaginenſes cernerent iam non Africā modò, ue rumetiā pleraq; Hiſpaniæ loca, inſulas præterea omnes Sardonij ac Tyrrheni maris ui atq; armis ſubegiſſe, periculoſam ſibi eorū uicinitatem fore ſuſpicabantur, ſi Siciliæ quoq; domini fierent: hanc aūt facile in Carthaginenſium poteſtatē uenturam intellígebant, niſi Mamertinis ſuppetias mitterent: etenim Meſſana capta, quæ eis à nonnullis, ut ſuprà diximus, offerebatur, conſe

ſtim

stim Syracusas quoq; recuperaturos haud dubiũ erat, præsertim cum reliqua pars Siciliæ propè uniuersa sub eorũ ditione esset. Hęc cũ Romani cogitarẽt, seruare Messanã omnino necessariũ putabant: neq; pati, ut Carthaginenses, quasi pontẽ quendam sibi constituerent, per quẽ transire in Italiã pro libidine possent. Diu tamẽ hæc res in Senatu agitata, tandemq;, cũ iuuare Mamertinos turpius esse, quàm cõmodius ob patrata scelera uideretur, rem infectã Senatus dimisit. At cum plebs prędictis bellis attrita, iam quiete aliqua egere uideretur, & simul ostendentibus ducibus utilitatẽ & commodũ, quod ex ea re prouenire poterat, præstandũ Mamertinis sub sidiũ iudicauit: atq; ea sententia per plebẽ confirmata, confestim alterũ ex Consulibus Appiũ Claudiũ traducere in Siciliã exercitũ, & Mamertinis ferre suppetias iubent. Mamertini uerò, Carthaginensiũ iam prędicto, quẽ superius positũ in arce diximus, partim terrore, partim dolo ex urbe eiecto, Appium Claudiũ ad se uocant, ciuitatẽ in eius manibus ponunt. Carthginenses præfectum præsidij, quod formidine simul atq; ignauia arcẽ amisisset, cruci affigunt: ac repentè terra mariq; coactis copijs, classeq; circa Pelorũ posita, terrestribus uerò copijs circa Senes sic dictas castrametati, Messanã diligentissimè obsident. Interea tẽporis Hieron oblatã sibi opportunitatẽ ratus, ad expellendos, fugandosq; è Sicilia Barbaros, qui Messanã tenebant, percusso cum Carthaginensib. fœdere Syracusas egressus, aduersus dictam ciuitatẽ expeditionẽ facit: positisq; ad aliam partẽ castris iuxta montẽ, quem Chalcidicũ uocant, eum quoq; exitum Mamertinis abstulit. At consul Rom. per noctẽ nõ sine periculo traiecto freto, Messanã peruenit: cumq; hostes cerneret acriter undiq; urbem premẽtes, quippe qui nõ modo terra, uerumetiã mari potentiores erant, obsidionẽ sibi partim turpẽ, partim periculosam ratus, primum legatis ad utrumq; missis, an bello liberare Mamertinos rebus pace cõpositis ualeret, experiri uoluit: sed cum neuter hostiũ Consuli prębere aures, tandẽ coactus subire periculũ, decernere primùm cum Syracusanis statuit. Igit̃ copias educit, et acies struit: nec Syracusanorũ rex certamini morã facit. diu, acriterq; pugnatur: tandẽ uictoria penes Romanos fuit, qui etiã hostes uniuersos usq; in castra persecuti sunt. Appius igitur interfectorũ corporibus spoliatis, se cum exercitu in urbẽ recipit. Hieron iam planè omnibus reb. suis metuens, proxima nocte Syracusas properat. Postridie eius diei, Appius cum Syracusanorũ fugam persensisset, auctis animis nõ cunctandũ, sed cum Carthaginensib. quoq; dimicandũ esse iudicauit. Cõuocatis itaq; militibus, iubet ut curẽr corpora. Dein cũ prima luce è castris proficiscitur, collatisq; cum hoste uiribus alios trucidat, alios cogit in proxima oppida se recipere. Hoc itaque successu potitus, soluta obsidione, per Syracusanorũ atq; sociorũ agros intrepidus, nemine obuiã eunte, incursiones facit, deuastat cuncta, tandemq; ipsas Syracusas obsidet. Hæc igit̃ prima populi Romani cum exercitu extra Italiã profectio fuit, ob eas quas diximus causas. quam cum iudicauissemus totius nostri propositi cõmodissimũ fore principium, ab ea potissimũ incœpimus, repetitis paulo altius, quæ necessaria uidebantur, ne quã in reddendis causis dubitationẽ relinqueremus. Nam quo tempore, quo uue modo Romani in summo patrię discrimine constituti, meliore fortuna uti, & quando rursus superata Italia exteros subiugare cœperint, necessarium existimauimus ante omnia exponere: quo magnitudo imperij eorum, quæ postea secuta est, intellectis eiusmodi principijs, simillima ueri uideretur. Quod si in sequentibus quoq;, cum de claris ciuitatib. loquemur, aliquid fortè paulo altius repetimus, nemo sit qui miretur. id enim eo consilio facimus, ut principia nostra talia sint, ex quibus apertè liceat intelligere, quo modo, quibus ue rationibus ad eum quæq; statum peruenerit, in quo in præsentia permanet: quod hoc loco de Romanis facimus. Verùm his omissis, rempus est, ut iam ad id quod ptopositũ erat, reuertamur, ea primò breuiter summatimq; exponentes, quæ ante ea tempora, de quibus scribere præcipuè intendimus, gesta sunt: quorũ primum est, bellum à Romanis

Carthaginensibusq; in Sicilia gestū. Proximum huic bellum Punicū, quod res gestas primò Amilcaris, deinde Asdrubalis, cum ijs quæ sunt à Carthaginensibus gesta, cōiungit: quo tempore prima Romanorū in Illyrium, atq; eas Europæ partes transfretatio fuit: præterea certamina Romanorum aduersus Gallos, qui ea tempestate in Italiam uenerant. Eodem autem tempore apud Græcos quoque bellum gestum, quod Cleomenicum appellatur, ad quod nostra hæc omnis commentatio & finis secundi libri tendit. nam singulatim res gestas omnes commemorare, neque nobis necessarium uidetur, neque audientibus utile. neq; enim historiam de illis scribere instituimus, sed summatim ea quæ ad futuram historiam necessaria uidebuntur, attingere. Quapropter breuiter ea attingentes, enitemur ordine continuationis ad prædicta, finem eorum quæ præparationis gratia referemus, cum principio nostræ historiæ coniungere: ita enim continuata narrationis serie, & nos recte existimabimur ea quæ à cæteris historia conscripta sunt, tetigisse, & discendi cupidis apertam facilemq; ex omni parte ad sequentia uiam parauisse. Verùm nobis uel in primis libuit primū hoc Romanorum cum Carthaginensibus pro Sicilia bellum paulo diligentius conscribere, quòd neque diuturnius bellum reperire facile foret, neq; maiores apparatus, neq; frequentiora facinora, neque plura certamina, neq; maiores utrinq; euentuum uarietates: quandoquidem ea tēpestate uterq; populus legibus suis integer erat, fortuna mediocris, uiribus par. unde si quis uniuscuiusq; ciuitatis propietatē ac uires atque imperium considerare uoluerit, nō tam ex sequentibus bellis, quàm ex hoc facere cōparationē debebit. Illud quoq; nos ad hoc bellum scribendum maximè impulit, quòd ij qui optimè uidētur de eo scripsisse, Philinus & Fabius, non parū à uero deflexisse mihi uidentur. Quanquā illos quidē de industria mētitos esse nō ausim dicere, cōiectura sumpta ex illorū uita & proposito: sed eos puto, ut amantes consueuerūt, suorū fuisse beneuolētia deceptos. Nam & Philino quidē ex affectu, Carthaginenses omnia bene prudenter fortiterq; egisse uidentur, Romani contrà. Fabius uerò sententiæ est planè diuersæ. quam modestiā in cæteris uitæ partibus, nemo fortassis sit qui reprehendat. Siquidē bonum uirū amicorum patriæq; amicū esse decet, & amicorū amicos colere, inimicos odisse: at eum qui scribendæ historiæ munus susceperit, omnia hususcemodi obliuisci decet, & sæpenumero summis laudibus extollere inimicos, cum res gestæ eorū ita exigere uidentur: interdū amicos necessariosq; reprehendere, cum errores eorū digni sunt qui reprehendātur. Etenim perinde ac si quis oculos animāti effoderit, quicquid supereſt corporis, inutile fit: ita dempta ex historia ueritate, narratio omnis inutilis est. Quamobrem neq; à reprehēsione amicorū, neq; ab inimicorū laudibus, cum ita res ferat, abstinendum: neq; turpe putandū, si eosdē aliquando reprehendamus, interim laudemus. Siquidē eos qui in rebus gerendis uersantur, neq; semper rectè facere, neque continuè errare uerisimile est. Oportet itaq;, ut abstinentes personis, de gestis illarum cōpetenter in cōmentarijs sentiamus ac pronūciemus. Quod aūt hæc ita sint, ex his quæ Philinus scripsit, facile intueri licet. Is enim statim in principio secundi libri ita scribit: Carthaginēses atq; Syracusani Messanam obsidebāt. quò cum Romani milites traiecto freto aduenissent, cōfestim aduersus Syracusanos exeuntes, & ab his uicti ac profligati, in urbem regressi sunt: rursusq; aduersus Carthaginenses profecti, non solū fusi fuerunt, uerumetiam magna parte eorū uiui capti. Staimq; cum hęc dixisset, Hieronem, inquit, post id prælium adeò timore perculsum fuisse, ut non solum incensis castris atque tentorijs per noctem Syracusas fugerit, uerumetiam munitissima quæq; loca, quæ in Messanorum regione sita sunt, dereliquerit. Carthaginenses quoque refert eo prælio pari modo perterritos, relictis castris, per Siciliæ oppida se diuisisse: neque post eum diem educere exercitum fuisse ausos. quin duces eorum, cum populorū animos adeò perculsos cernerent, suasisse, ne amplius res eorum fortunæ belli committendas ducerent, Romanos autem Carthaginenses inse-

ſes inſecutos, non ſolum prouinciam deuaſtaſſe Carthaginenſium & Syracuſanorum, uerùm ipſas quoque Syracuſas obſediſſe. Hæc autem adeò omni ratione carẽt, ut ea refellere ſit prorſus ſuperuacuũ. Quos enim paulo antè Meſſanam obſidentes, collatis manibus uictores fecerat: eoſdem mox in fugam conuerſos caſtra reliquiſſe, & perculſis animis ſeſe in ciuitatem recepiſſe, tandemq; obſidionem paſſos eſſe commemorat. Quos uerò prælio ſuperatos à Carthaginenſibus obſideri dixerat, eos ſine mora uictores captis caſtris, factisq; per agros hoſtium incurſionibus, ad extremum Syracuſas obſidentes facit. hæc uerò inuicem conuenire nequaquã poſſunt. Aut enim quod primò poſuit, aut quod mox ſubiecit, falſum ſit neceſſe eſt. Conſtat autem hoc uerum eſſe, cum neminem lateat, Carthaginenſes atque Syracuſanos, relictis caſtris, ſe in urbem recepiſſe: Romanos uerò citato gradu oppugriatum iſſe Syracuſas. Quod autem ille Echetlam in media Syracuſanorũ ac Carthaginenſium prouincia ſitã eſſe dicit, ſupereſt neceſſariò, quòd primò poſuerat falſum eſſe: et cum in eo prælio, quod prope Meſſanam geſtum eſt, uictoria penes Romanos fuerit, authorem tamen illos bello à Carthaginenſibus ſuperatos finxiſſe. Talem per omnes hiſtorias reperias Philinum, neq; ſecus etiam Fabium, ut ſuis locis oſtendetur. Quapropter, ut poſt competentem digreſſionem eò reuertamur unde diſceſſimus, nos pro uiribus noſtra operam dabimus, ut ſtudioſis noſtri operis facile ueritas hiſtoriæ diluceſcat. Cum igitur fama rerum ab Appio, cęterisq; Romanis militibus bene ſtrenuèq; geſtarum, ex Sicilia Romam perueniſſet, Conſules declarati M. Valerius, & C. Octacilius, uterq; cum omnibus copijs in Siciliam miſſus eſt. Erant aũt in ſumma quatuor Romani exercitus, præter auxilia, quæ ſingulis annis à ſocijs accerſebantur. horum ſinguli continebant peditum quatuor millia, equites trecentos. Igitur aduentu Conſulum plerq; ciuitates, tum Carthaginenſium, tũ Syracuſanorum ad Romanos deſecerunt. Hieron uerò cum iam Siciliæ populos cecidiſſe animis cerneret, & ſimul Romani exercitus multitudinem ac uires adauctas, tutius ſibi fore ratus Romanorum, quàm Carthaginenſium partes ſectari, legatos ad Conſules mittit, qui de pace atque amicitia tractarent. Romani, quod Carthaginenſes undiq; maria tenentes cernebant, &, ne aliquando intercludi commeatus poſſent uerebantur, propterea quod & exercitibus ſuis qui antea traiecerant, multa accidiſſet neceſſariorum penuria, commodiſsimam fore huic rei Hieronis amicitiam rati, pacem cum Syracuſanis his ferè conditionibus firmauerunt: Vt rex captiuos, quos in uinculis habebat, Romanis ſine precio reſtitueret, argenti inſuper talenta centum penderet, & ut deinceps Syracuſani ſocij atque amici populi Romani appellarentur. Hieron itaque rex iam ſub Romanorum tutela conſtitutus, auxilijs & commeatibus, quotiens neceſſarium fuit, populo Romano abunde ſubminiſtratis, reliquum ætatis ſuæ fœliciſsimus Syracuſiorum omnium, fortunatiſsimusq; peregit, ex illis qui inter Græcos dominationis & gloriæ cupidi extiterunt. Etenim hic mihi inter cæteros clariſsimus uidetur fuiſſe, & conſilijs ſuis omnibus diu fœliciter uſus, tùm publicis tum priuatis in rebus. Verùm, cum primum earum rerum fama Romam peruenit, populus Romanus approbatis conditionibus pacis, cum Hierone initæ, poſt eum diem haud neceſſarium putauit Romanos omnes copias extra Italiam mittere, duas tantum modo legiones ſatis ſuperq; eſſe ratus: ſimul quòd aſcito in ſocietatem Rege, leuius fore bellum exiſtimabat: ſimul quòd per eum modũ maior futura erat copia rerum exercitui neceſſariarum. Cæterum Carthaginenſes, ubi Hieronem uident hoſtem ſibi factum, Romanos uerò maiorem Siciliæ partem occupatam tenere, ualidiori potentia opus eſſe rati, qua et hoſtibus occurrere, et Siciliam retinere poſſent, ex oppoſita regione Ligurum atque Gallorum multitudinem, præterea etiam pleroſque ex Hiſpania miſites in ſupplemẽtum ſcribunt: quibus in Siciliam traductis, cum Agrigentinorum urbem ad belli apparatum peropportunam eſſe cernerent,

Græcum exemplar habet M.

quòd in fronte aduersus hostes munitissima erat, cõtractis in eam undiq; cõpijs, & cõmeatu abundantissimè pararo, illa ueluti quadã arce belli aduersus Romanos utunt. Consules fœdere cum Hierone percusso, è prouincia decessere. Post eos uerò Lucius Posthumius, & Q. Aemilius consules creati, in Siciliam cum exercitu ueniunt. Hi primũ Carthaginensiũ rebus diligentissimè consideratis, intellectoq; apparatu, circa urbem Agrigentũ facto, audacius, quàm superiores fecerant, Siciliæ reb. incumbendũ censuerunt. Quamobrẽ coactis in unũ omnibus copijs, ipsum Agrigentũ inuadunt: et non longius octo ab urbe stadijs castrametati, hostẽ mœnibus inclusũ tenẽt. Erat iam messis tempus, & longã fore obsidionẽ omnes rebantur: quamobrẽ milites relictis castris audacius, quàm res postulabat, colligendis frugib. intenti erant. Carthaginenses conspicati hostem palantẽ, & uagũ per prouinciã securũ discurrere, magnam in spem adducti, Romanorũ exercitum eo die opprimi posse, magna ui pars in castra hostiũ, pars in ipsos frumentatores impetum faciunt: sed diuersitas morũ, cùm sæpe aliàs, tum maximè eo die rem Romanã tutata est. Nam apud Romanos mors pœna est ijs, qui in bello locũ, in quo constituti sunt, reliquerint, aut aliquo modo è castris fugerint. Quo factum est, ut quamuis Carthaginensiũ longe maior numerus esset, Romani tamen fortissime resistentes, multis quidẽ ex suis amissis, longè plures ex Carthaginẽsib. interfecerint: tandemq; nõ solũ hostes à castris, quæ illi iam tantũ non diserpebant, auerterint uerumetiã eos insecuti, partẽ trucidarint, reliquos redire in mœnia præcipites coegerint. Cæterũ tantus utrosq; metus ex huius diei periculo inuasit, ut deinceps neq; Carthaginenses inconsultius impetum facere in castra Romanorũ auderent, neq; Romani temerè suos frumentatũ abire paterentur. Cumq; Carthaginenses iam nõ amplius in Romanos exirent, sagittis tantummodo eminus pugnantes, Consules in duas partes diuiso exercitu, alterã ad Aesculapij templũ posuerunt: altera ad eam partẽ, quæ ad Heraclíam spectat, castrametati sunt. Quod uerò inter duo castra mediũ erat, ex utraq; parte urbis duplici cinxere uallo: & unã quidẽ fossam inter se ac mœnia urbis fecerunt, quo ab egredientibus tuti forent: alteram uerò extrinsecus, ne aliunde uenire subsidia possent, quæ plerunq; à uicinis ciuitatibus præstari obsessis urbibus consueuerunt. Loca inter fossas atq; exercitũ media & opportunè sita, præsidijs militũ diligentissimè firmarunt: commeatũ cęteraq; exercitui necessaria socij omnes in Erbesum oppidũ summo studio cõgerebãt. Hęc postea ex eo oppido, haud enim procul aberat, milites Romani cõmodissimè ferebant in castra. Ipsi uero Romani ex ea ciuitate, quòd uicina esset, forti usum sumentes, quę necessaria erant abunde sibi cõparabant. Quinq; igitur in hunc modũ menses Carthaginẽses Romaniq; manserunt, neutrã ferè in partem inclinãtibus rebus, nisi quãtum inter eiaculandũ accidebat. Tandẽ uerò, cum fames premere Carthaginẽses cœpisset, ob ingentẽ multitudinẽ, quę inclusa mœnibus tenebat (erant enim ultra L millia hominũ) Annibal penes quẽ summa imperij erat, iam rebus suis protsus diffidens, confestim Carthaginem misit, qui & circumuallationem urbis nunciarent, & opem atq; subsidium peterent: quibus permoti Carthaginenses, instructo exercitu, magnoq; elephantorum numero coacto, ac paratis nauibus, omnes ad Annonem, alterum Carthaginensium ducem, in Siciliam miserunt. Hic coactis omnibus copijs, Heracleã profectus, principiò rebus omnib. diligentissimè consideratis, Erbesum oppidum, quod usq; in eum diẽ horreũ populi Romani fuerat, per proditionẽ recepit, & facultatem commeatũ, ac cæterarum rerũ exercitui necessariarũ hostibus ademit. quo factũ est, ut Romani nõ minus obsiderentur, quam obsiderent. Eò enim ob penuriã annonæ, & cæterarũ rerũ necessariarum redacti sunt, ut sæpenumero de dissoluenda obsidione consiliũ cœperint, quod tandẽ procul dubio fecissent, nisi Hieron Syracusanorũ rex summo studio commeatum, & cætera necessaria exercitui suppeditasset. Post hæc Anno, cum uideret Romanos morbo simul atq; inopia rerum necessariarum

grauites

grauiter urgeri (ingens enim exercitū pestilētia inuaserat) & suos promptos paratosq; ad prælīū intelligeret, coactis ultra quinquaginta elephantis, & simul paratis omnibus copijs, exercitū omnē ex Heraclea educit. Iubet equitibus Numidis, ut præcedāt, & conserendo cū hostibus manus, eos irritent, & quantū in eis sit, hostiū equites prouocare in prælīū conētur: deinde insequēti bus uertāt terga: neq; prius desistāt fugere, q; ad se reuersi sint. Numidæ mandata ducis exequi, collatisq; cū altero exercituū manibus, hostes irritare. Romani equites cōsestim in eos erūpere, Numidas temerè insequi: Libyes prout eis mādatū fuerat, quousq; ad Annonē redirēt, fugere. tū Romanis terga dātibus, insequi, cōplures eorū interficere, reliquos usq; in castra fugare. His reb. ita gestis, Carthaginēses cū exercitu profecti, collē occupāt nomine Torum, nō amplius decē stadijs à castris hostiū remotū. Hūc in modū duob. mēsibus cōmorati, nihil omnino faciūt, præterquā quòd sagittis quotidie, telisq; eminus pugnāt. Interea Annibal multis ac crebris per noctē flammantis ignis indicijs usus, etiā plerisq; nuncijs ad Annonē missis, multitudinē amplius famē perpeti non posse significat, multos ex suis ob penuriā annonæ ad hostes defeciſſe. his tandē causis permotus Anno, in aciē copias educit. nec segniores ad prælīū Cōsules accedūt, ob eas, quas diximus, difficultates. Igitur utriq; copias in locū æquū deducūt, conferunt uires, acriter inter se cōcurrunt, prælīū diu atrox fuit. tandē Romani primā Carthaginensiū stipendiariorū aciē in fugam uertunt, fugientes in elephantos præcipites eunt. Quare cōterritæ pecudes agmina cōturbant. per earū stragem subsecuti centuriones, ad extremum terga uertere Pœnos cogunt. Per hunc modū profligati Carthaginēses, pars in prælio occisi, reliqui Heracleam se recipiunt. Romani elephantis ferè omnibus qui in prælio fuerant, cæterisq; Carthaginensiū rebus potiti, in castra copias reduxerūt. Aduenīēte uerò nocte, cum propter ingentē lætitiā, quę ex bene gestis reb. euenire frequenter cōsueuit, necnō ob laborē superioris prælij, negligentius à Romanis custodiæ fierent, Annibal desperatis rebus, commodissimū tempus ad suam, suorumq; salutē, ob eas quas diximus causas, adesse ratus, intēpesta nocte cum copijs stipendiarijs quas Agrigēti habebat, egressus per medias hostiū munitiones, manipulis palearū æquatis aggeribus, nemine penitus sentiente, cū suis omnib. incolumis euasit. Romani uerò sub primam lucem re intellecta, insecuti parumper uestigia hostiū, mox omnes ad urbem capiendā reuersi, nullo iam repugnante, in portas ciuitatis impetū faciunt, exercitū omnem intra mœnia inducūt, urbem locupletissimā diripiūt, multitudine hominum uarijsq; prædæ generibus potiti. Postquā Romæ senatui nunciatum est, Agrigentū profligatis Carthaginensibus in populi Romani potestatē uenisse, Romani sublatis animis, maiora mente agitare cœperunt. neq; iam ijs rationibus, quibus principio inducti fuerant, insistentes, aut Mamertinos Messanamq; seruasse, aut Carthaginensiū opes contriuisse in Sicilia, contenti erant: sed longe maiorum rerum spe concepta, Carthaginenses omnino è Sicilia expellere cupiebant: ea re patrata, maximū sperabant incrementū res suas habituras. huic igitur rei, atq; his de Sicilia cogitationib. omnes intenti erant, haud ignari pedestribus copijs Romanos sine dubio longē potentiores esse. Igitur expugnato Agrigento, L. Valerius, & T. Octacilius consules creati, magno militū delectu habito, in Siciliam mittuntur. Ita Carthaginensibus mari sine controuersia dominātibus, quasi æquatum erat bellum. cuius rei argumentum est, quod post expugnatum Agrigētum, pleraq; Siciliæ mediterranea oppida, ob metum pedestrium copiarum, ad Romanos desecerant: post uerò aduentum classis longè plures maritimæ ciuitates metu adductę potentię, sese Carthaginensibus dediderant: sic par utrinq; ratio belli constabat. Sed & quoniam Italia sæpenumero ob nauales copias uarijs hostium incursionibus uexabatur, Africa uerò omnino belli expers erat: his rebus diligenter consideratis, populus Romanus mari quoque cum hostibus congrediendum statuit, Quæ res me uel in primis hortata est, ut præ-

ut præsens bellū pluribus uerbis conscriberē, ne quis fortè hoc quoq; principiū ignoraret, quomodo, quando, & quibus causis primū adductus pop. Ro. parandam sibi classem, & naualibus quoq; copijs cum hostibus dimicandum censuerit. Cum igitur bellum aliter nullū finem habiturum uideretur, Romani centum & uiginti nauū classem ædificari curant. Ex ijs centum quinqueremes faciunt, reliquas uerò triremes. In huius classis apparatu, perquam difficilis fuit quinqueremiū ædificatio, quòd nemo eiusmodi nauigijs per id tēpus in Italia utebatur. Quo magis admiranda est Romanorum excellentia, ac magnitudo animi. homines enim maritimarum rerum prorsus ignari, quiq; non modò non competentes, sed ne ullas quidem in uniuersum occasiones, imò nullam prorsus cogitationem maris ante eum diem habuerant, ita intrepidè pelagus ingressi sunt, ut prius nauali bello cum Carthaginensibus certarint, quàm nullum eius rei periculū fecissent, cum per id tēpus Carthaginēses concessione omniū, principatū maris partū olim à maioribus suis, & quasi hæreditario iure sibi relictū tenerent. Quod singulare testimoniū est, & rerū à nobis scriptarum, & audaciæ Romanorum. Nam ij cum primò Messanam traducere copias tentauerunt, non solū armatam nullā nauim habebant, sed ne paulo quidem longiorem, & ne lembū quidem ullum: at Tarentinorum, & Locrensium, & Neapolitanorū nauibus quinquaginta remis instructis, ac triremibus usi, cum exercitu in Siciliam transfretarunt. Erant eo tempore circa fretum Siciliæ complures Carthaginensium naues: quarum una quinqueremis, cum longius à cæteris uagaretur, casu fracta ad manus Romanorū peruenit. Hęc exemplar eius generis Romanis prębuit, eius instar omnis eorū classis ædificata. Itaq; nisi id accidisset, ab eo proposito planè propter imperitiam impediti fuissent. Dum uerò quinqueremes parabātur, interea multitudo omnis ad remigiū exercebatur per hunc modū. Subsellijs in harena per ordinem dispositis, remiges insidētes ad uocem præcipientis, qui in medio eorū erat, omnes unà protendere brachia, ac reducere, remosq; per harenā mouere pariter docebantur: ad illius uocem simul omnes incipiebāt, simul desinebant. per hunc modū nauigandi artem edocti, & perfectis interea nauibus, mare ingressi, post paucos dies circa Italiā nauigantes secundū ducis iussum, uerū in undis periculū fecerūt: C. Cornelius Cos. enim, qui paucis antè diebus classi prępositus fuerat, cūnauarchis mādata dedisset, ut classe perfecta quasi ad portū nauigarent, ipse cum decem & septem Messanā proficiscitur, reliquas iuxta Italię oram relinquit. Paratis Messanę quę ad classis usum necessaria erant, cūres ita poscere uideretur, ijsdē cum nauibus spem nactus, promptius æquo Liparas nauigat. Per id tēpus Annibal dux Carthaginens. Panormi cum classe erat. is audito cōsulis aduentu, Boodem quendā ex senatu Carthaginensi ad ea loca cū xx. nauibus misit: qui eò noctu superueniens, naues Romanorū in portu nactus inclusit. orto die, multitudo ad terrā profugit. Cnæus uerò inopinato malo circumuctus, nescius quid cōsilij caperet, tandē sese hostibus dedit. Carthaginenses nauibus, & duce earū potiti, cōfestim ad Annibalē reuertunt. Non multis interiectis diebus, post adeò apertā recentēq; Cornelij cladem, Annibal, cui arrisisse fortunæ benignitas uidebatur, nō dissimili iactura affectus est. Audierat enim Romanorū classem secus Italiæ littus nauigātem haud procul à Sicilia esse: multitudinē hostium, atq; ordinē, structuramq; nauiū cernere mirū in modū ardebat. Delectis igitur quinquaginta nauibus Italiā petit. Ibi cū propter orā Italię cōtrario quàm Romani cursu ferretur, in classem hostiū bene instructā paratamq; ex improuiso incidit: subitaq; atq; inopinata ui oppressus, naues cōplures amisit. ipse uerò præter spem suam atq; opinionem omniū, cum paucis suorū diffugit. Romani posthæc Sicilię magis appropinquāres, aduerso casu Cōsulis per captiuos cognito, citato cursu, ad † C. Duellium alterum consulem, qui pedestribus copijs præerat, mittunt. Hunc aliquandiu præstolati, cum tandem ad eos perlatum foret, classem hostium non longè abesse, omnes naualiprælio se parant. Sed quia eorum naues,

† Gaium Libium

tardæ

tardæ nimis, & ad celeritatem parũ commodæ erant, ſingulis quibuſq; munimenta quædam aptant, quæ poſtea coruos appellauere. ea fuit machina huiuſmodi, Lignea columna proris inerat longitudinis quatuor ulnarũ, latitudinis palmorum triũ. Hanc dimenſionem habenti, in eius apice rotam conlitt uerant. huic præterea tabulæ inhærentes ſcalas conficiebant, quarũ latitudo erat pedes quatuor, longitudo ſex ulnæ. Foramen tabulati per longitudinẽ erat ſcalæ duorum priorum cubitorũ ſpacium, columnam circundans. Habebat aũt & tabulatum utrinq; prolixũ latus, & profunditatem uſq; ad genu demiſſam. In ligni extremo ferrũ erat inſtar mallei peracutũ, præterea annulus fune alligatus, ita ut hæc machina machinis frumentarijs ſimilima uideretur. Igit̃ ſimulac nauis hoſtium aduentabat, laxato fune ſcalæ dimittebãtur, ferrũ põdere, ac ui ligni ſuper hoſtiũ nauim delapſum figebat̃: ſi aduerſa ptota erat, bini milites per ſcalas deſcendebãt, duo primi præferẽtes ſcuta, reliqui latera ſcutis protecti: ſi uerò obliqua erat hoſtium nauis, in eam ex tota pariter naui deſiliebatur. Facto igitur huiuſmodi apparatu, opportunũ tempus ad nauale ptẽliũ expectabant. C. uerò Duellius caſu alterius Conſulis, qui naualibus copijs præerat, quàm celerimẽ cognito, pedeſtrem exercitũ tribunis militũ relinquit, ipſe ad claſſem maturat iter. Hic cum intellexiſſet Carthaginẽſes regionẽ Mylaſitã populari, eò cũ omni claſſe proficiſcit̃. Carthaginẽſes ſimulac aduentare hoſtẽ intellexerũt, magna ſpe adducti, quòd maritimarũ rerum rudes eſſe Romanos arbitrabant̃, centũ & triginta nauibus paratis, omnes aduerſus hoſtes obiectis proris in altũ feruntur, & bellũ illud ne acie quidẽ ac diſpenſatione ulla dignũ eſſe iudicãt, perinde ac ſi in manifeſtã prædã pergerẽt. Dux eorũ erat Annibal, quem noctu Agrigento eduxiſſe copias, et per medias hoſtiũ munitiones effugiſſe memorauimus. Is ſeptiremem habebat, quę olim Pyrrhi Epirotarũ tegis fuerat. ut ergo appropinquare inter ſe claſſes cœperũt, corui in ſingulis quibuſq; proris proſpecti, ancipites Pœnorũ animos ob rei nouitatẽ aliquãdiu tenuerũt. tandẽ uerò quicquid id foret, te contẽpta, infeſtis ſignis in hoſtes ferunt̃. impliciti is iam ac ſimul colligatis nauibus, militibuſq; Romanis ex ſuis in hoſtiũ nauigia per machinas prorũmpẽtibus, Carthaginẽſes plęriq; trucidati: alij ob machinas hoſtiliũ nauiũ ſtupefacti, ſeſe hoſtibus dediderũt: uiſum eſt enim id certamẽ pedeſtri certamini quàm ſimilimũ. Triginta aũt Carthaginenſiũ naues, quæ primę aduerſus Romanos impetũ fecerãt, captę, inter quas fuit & capta ducis nauis. Annibal uerò præter ſpem atq; opinionẽ, in ſcaphã ptoſiliens, fuga ſaluti ſuæ cõſuluit: teliqua Carthaginenſiũ multitudo pari modo aduerſum claſſem hoſtiũ cum impetu ferebant̃. Vt uetò hoſtilium nauiũ machinis primas ſuorũ naues per artẽ captas intellexere, ad ludificãdi artẽ conuerſi, non iam cõtrario impetu, ſed obliquo in Romanos ferebant̃, freti celeritate nauium ſuarũ, & per eum modũ uiolentiã cotuorũ declinare ſe poſſe exiſtimantes. uerũ ita inſtructę paratæq; erãt machinæ, ut undecunq; appropinquãtes hoſtes ineuitabiliter colligarẽt. Quãobtẽ Carthaginẽſes nouitate coruorũ perterriti, tandẽ in fugam uertuntur, quinquaginta nauib. in prælio amiſsis. Romani iam pręter ſpẽ in mari potentiã adepti, multo acrius bello inſiſtere: ac tum quidẽ Siciliæ immorantes, facto in Segeſtanam oram itinere, urbẽ extrema iam periclitãtem obſidione liberare. mox inde profecti, Macellam urbẽ expugnauerũt. Poſt nauale bellũ Amilcat Carthaginenſium dux, qui tum pedeſtrib. copijs in Sicilia pręerat, cum ad Panormũ degens audiſſet in exercitu Romanorũ inter milites Romanos, atq; auxilia ſociorũ uarias de uirtute ac gloria pugnãdi contentiones agitari, ob eamq; rem ſocios à Romanis ſeparatos per ſeipſos inter Propũ et Thermos dulces caſtrametari, citato itinere, in ſocios profectus, eosq; ex improuiſo aggreſſus, circiter quatuor millia hominũ interfecit. His reb. ita geſtis, Annibal cum illis, quę à prælio ſuperfuerãt nauibus Carthaginẽ redijt. inde non multis intereiectis diebus, cum claſſe & quibuſdam claris tritemiũ ducibus in Sardiniam mittitur. Hic paucis pòſt diebus, à Romanis in quodam portu incluſus, claſſem ferè omnem amiſit.

Ipſe

Ipse per hostium manus dilapsus, mox à Carthaginensibus qui euaserant cæptus, & crucifixus occiditur. Romani, utpote qui iam pelago dominari cœperant, omni studio Sardiniam inuasere. Proximo dehinc anno ab exercitu Romanorum, nihil sanè memoria dignum in Sicilia gestũ. Creati deinde Consules, C. Sulpitius, & A. *Rutilius Panormũ mittuntur, quod illic per id tempus Carthaginensium copiæ hybernarent. Hi confestim eò traiectis omnibus copijs, ante urbem aciem struere: Carthaginenses mœnibus inclusi, pugnandi copiam hostibus non facere. quod cernẽtes Romani, rursus relicto Panormo Hyppanam oppidum petunt, & breui pòst tempore expugnant. Mysistratum quoque interiecto tempore, quòd obsidionem opportunitate loci diutius tolerauerat, à consulibus capitur. Super hæc in Camerinenses, quæ ciuitas paulo antè à Romanis defecerat, ducto exercitu, ea quoque urbs machinis atque tormentis expugnatur. Capta est etiam ab ijsdem consulibus Aetna, & alia complura Carthaginensium oppida. Liparæ quoque ab eisdem obsessæ. Anno autem sequenti Aulus Rutilius consul, qui classi Romanorum præerat, apud Tyndaritanos stationem habebat. Hic Carthaginensium classem non longè à litore inordinatius præternauigantẽ cõspicatus, mandat suis, ut quàm celerrimè duces sequantur. Ipse cum decem tantummodo nauibus ante alios in altum nauigat. Carthaginenses uerò cum hostes cernerẽt, alios adhuc naues cõscendentes, alios mare intrantes, primos longè à socijs remotos fibi propinquos esse subitò cõuersi incredibili celeritate, Romanorum naues circumsistunt, pleraq; submergunt: parumq; abfuit, quin nauis prætoria cum omnibus qui in ea erant, in Carthaginensium potestatem ueniret: quæ tamen uiremorum, ac nimia celeritate freta, tandem uix euasit. Inter hæc reliqua Romanorum classis in altum delata, obuia fit hostibus, ac Carthaginensiũ naues decem onustas capit: ubi & octo mari submersæ sunt, reliquæ arrepta fuga Liparcas insulas sic dictas se recepere. Ex ea pugna hac opinione utrinq; discesserunt, ut primas uictoriæ partes sibi ascriberent: quare ardentius multo sese ad nauale bellum parabant, ac maritimis rebus longè magis intenti erant. Pedestres uerò copiæ per id tempus nihil memoria dignũ fecere, paruis quibusdã & nullius momenti rebus immoratæ, aduenientè uerò æstate instructis paratisq; rebus, ut suprà ostendimus, ad bellum exeunt. Romani quidem cum longis ac rostratis nauibus trecentis & triginta Messanam conueniunt. Vnde postea mouentes, præter dextrum Siciliæ latus, superato Pachyni promontorio, Eenomon nauigant: quo in loco pedestres copiæ classem præstolabantur. Carthaginenses uerò cum trecentis & quinquaginta nauibus rostratis mare ingressi, Lilybęi consistunt: indeq; Heraclium Minoam properant. Romanorũ autem consilium erat, nauigare in Africam, & eò omnem uim belli transferre, quo Carthaginenses nõ de Sicilia solum, uerumetiam de seipsis et regione sua decertare cogerentur. Contrà Carthaginenses diuersum sentiunt. Nam cum cernerẽt quàm facilis esset in Libyã descensus, quàm imbelles populi in agris, hostibus semel prouinciam ingressis, nauali prelio pugnare protinus cum Romanis cupiebant, atq; ita eorũ transitum in Africam impedire. Per hunc modũ his ad resistendũ, illis ad inferendã uim paratis, haud dubiè ex utriusq; obstinatione futurum certamen apparebat. Igitur Romani ijs quæ ad utraque, & ad transfretationem in Africam, & ad hostilis terræ inuasionem necessaria uidebantur, diligentissimè paratis, delectos è pedestribus copijs præstantiores milites in nauibus collocant, classem omnem quadripartitò diuidunt. Partes singulas duplici appellatione uocabant. Prima quidẽ exercitus, & prima classis appellabatur: reliquæ eodem modo per ordinẽ, præter quartam, & tertiam, quæ nullam appellationem dum acceperant, sed appellatæ sunt ut in pedestri exercitu, Triarij. Fuere autem in classe Romana supra centũ & quadraginta milla hominum, singulis quibusq; nauibus trecenti remiges, et classiarij milites centum et uiginti imponebantur. Carthaginẽses duntaxat aptis ad nauale bellum hominibus classem refertam habebant, quorũ omnis multitudo

erat

erat ſupra centum & quinquaginta millia hominum, ſecundum ſeriem nauiũ. quo fit, ut non modò præſentes uidentesq́, uerumetiam audientes magnitudinem periculi, potentiam partium utriuſq́ exercitus, præclara facinora uirorumq́, & nauium multitudinem obſtupeſcant. Romani itaq́ cum animaduerterent fore, ut nauigatio obliqua fieret, ſimulq́ intelligerent hoſtes peritia celeriter nauigandi plurimum pollere, omnibus modis firmum atq́ inacceſſum perficere agmen conantur. Duas igitur ſexremes, in quibus M. Attilius, & L. Manlius uehebantur, æquè diſtantes in fronte collocant. has prima & ſecunda claſsis ab utroq́ cornu, nauibus omnibus per ordinem ſingillatim diſpoſitis, ſequebantur: ita, ut continuè diſtantia, quæ inter duas claſſes media erat, amplior fieret. Roſtrum uniuſcuiuſq́ nauis extrà reſpiciebat. Per hunc modũ protractis, dilatatisq́ per duas claſſes aciebus, duo trianguli latera reſultabãt: ijs tertiam claſſem quaſi baſem parí modo addiderũt, ita ut tres acies ſic diſpoſitæ, plenam trianguli figuram perficerent. Poſt tertiam claſſem ſingillatim ordinatæ erant naues, quibus equi uehebantur: hæ tertiæ claſsi ſubſidia præbebant. Poſt eas triarij ſequebantur per ordinem, quartam claſſem habentes: ac ſingulæ quæq́ naues diſpoſitæ adeò erãt, ut ex utroq́ latere antecedẽtes ſuperarent. Omnis Romanorũ claſsis per hunc modũ inſtructa: primæ partes, hoc eſt, duo latera triãguli in medio uacua erãt: poſteriores uerò, id eſt, quæ baſim ſequebãtur, ſolidiores: claſsis tota firma ac prorſus indiſſolubilis erat. At Carthaginenſiũ duces per idem tẽpus conuocata multitudine, hortarí mílites, ut magno fortiq́ animo eſſent, ſi uincerẽt, bellũ deinceps pro Sicilia futurũ oſtẽdere: ſin uictoria penes Romanos foret, non iam ſe pro Sicilia, ſed pro patria, pro laribus, pro liberis dimicaturos. In hunc modũ hortatí mílitũ animos, naues conſcendere iubent. quod cum omnes alacri animo feciſſent, per ea quæ à ducibus commemorata fuerant, futura cõiectantes, ad bellum audaciſsimè exeunt. Duces interea ordinem Romanæ claſsis conſpicati, in quatuor ipſi quoq́ partes copias diuiſere: harum tres in altum delaræ, extenſo longius dextro cornu, tanquam hoſtem circundaturæ conſiſtunt, proris omnibus in hoſtẽ conuerſis. Quartam ad ſiniſtrum totius aciei cornu per circunflexionẽ ad terram reſpicere faciunt. Duces Carthaginenſium erant Anno, & Amilcar. Anno quí in prælio Agrigentino profligatus fuerat, cum uelocioribus nauibus dextro cornu præerat. Siniſtri curam habebat Amilcar, quí apud Tyndaridas naualí bello decertauerat. Is tunc cum omni robore in medio agmine conſligens, uſus eſt huiuſmodí ſtrategemate. Conſules primo ſtatim congreſſu, tenuem Carthaginenſium aciem conſpicati, facto in medium agmen impetu, in hoſtes prorumpunt. Illi ſicuti eis ab Amilcare mãdatum fuerat, ſimulata fuga, quo Romanorum claſſem diſiungerent, ſtatim cedunt. Romani cupidius inſequuntur. Igitur prima & ſecunda Romanorum claſsis poſt hoſtes audacius profecta, tertia uerò quartaq́ diſtrahebãtur: alijs fune religata Hippagas naues trahentibus, triarijs uero ad horum cuſtodiam unà manentibus. Cum autẽ duæ primæ claſſes ſatis longè ab alijs ſeparatæ uiderentur, Carthaginenſes facto è nauí Amilcaris, quemadmodum antè conuenerat, ſigno, repentè ſimul omnes conuerſi, inſequentes Romanorum naues inuadũt. Fit atrox prælium, ac celeritate quidem, & arte ambiendí, eludendiq́ longè præſtabant Carthaginenſes: robore uerò ac uirtute militum, poſtquam ad pugnam uentum, & collatæ ſimul uires erant, & nauium per coruos iniectos attractione, deniq́ utrorumque ducum congreſſu & conflictu prætorum, quem luculenter in faciem obibant, ſpem Romani habebant haud inferiorem Carthaginenſibus. Talis itaq́ naualis pugnæ ſtatus fuit. Dehinc Anno, quem dextro Carthaginẽſium cornu præfuiſſe diximus, quod ex interuallo interea dum primus conflictus fieret, continebatur, ubi pugnam cum prima Romanorum acie inceptam uidet, ſuperato marí Triarios inuadit. Hinc quoq́ ingens fit prælium, dubioq́ euentu belli aliquandiu certatur. Interim quarta quoq́ Carthaginenſiũ acies, quæ propter littus conſtiterat, cõuerſis in hoſtem proris, claſſem, cui Hippa-

 gines

gines alligatæ erant, à fronte aggreditur. Illi dimissis uinculis, cum hostibus acerrimè dimicant. Tres totius certaminis partes, & tres pugnæ nauales, diuersis, longeq; disiunctis locis uno tempore cernebantur. Et quoniam numerus nauium in singulis pugnis erat penè par, certamen quoq; par erat. Vtriq; enim fortissimè dimicare, omnia inter certantes quàm simillima esse. Nam & primi dimicabant. Tandem superatus Amilcar, & qui cum eo erant, fugam arripiunt. Lucius uerò Manlius captiuas naues religabat. At Marcus Attilius, ubi Triariorum atq; Hippaginum certamen uidet, cum integris secundæ classis nauibus, illis cõfestim succurrit. Triarij, qui iãpridem ab Annone oppressi, summo in discrimine uersabantur, aduentu Consulis instauratis uiribus, rursus acerrimè dimicant. ita ancipiti malo circunuenti Carthaginenses, quòd à fronte simul & à tergo hostes haberent, & præter opinionem à succurrentibus circundatentur, freti celeritate nauium, in altum proficiscuntur, atq; ita saluti suæ fuga consulunt. Interea cum tertia classis Romanorum, quæ circa littus erat, à Carthaginensibus grauiter opprimeretur, L. Manlius inter renauigandum, & M. Attilius triariorum atq; Hippaginum rebus in tuto relictis, diuerso itinere laborantibus succurrere. Illi iam ueluti obsidionem pati, res eorum in extremo sitæ esse: quippe qui proculdubio iampridem perissent, ni coruos ueriti Carthaginenses adhærere hostili classi formidassent, tantum propellere hostes ad littus conati. Verùm Consules repentè circumuentis Carthaginensibus, quinquaginta eorum naues unà cum uiris capiunt. Paucæ ad littus adactæ fugiunt. Singillatim igitur tria prælia à Romanis, Carthaginẽsibusq; uno die commissa huiusce modi fuere, tandem uerò totius pugnæ uictoria penes Romanos fuit. interierunt quidem ipsorum naues quatuor & uiginti. Carthaginẽsium amplius triginta. nulla uerò Romanorum nauis unà cum uiris Carthaginensibus capta. Carthaginensium quatuor & sexaginta cum uiris Romani sunt potiti. Non multo pòst id prælium interiecto tempore Romani parato commeatu, & instauratis, quas ceperant, nauibus, & ad classem adiũctis, ac cæteris necessarijs rebus paratis, ueluti in Libyam nauigaturi, discedũt. Primis autem nauigandi occasionibus intenti, ad arcem quandã nauibus appellunt, quam Mercurij uocant. Ea ante uniuersum Carthaginensem sinum sita, in mare Siciliam uersus protenditur. Eo loco Romani adnauigantes naues recipientes, & cunctam classem restituentes, eam regionem præternauigant, & ad ciuitatem usq; Aspidem sic uocatã, perueniunt. Ibi non procul ab urbe expositis in terram copijs, naues subducunt, uallo q; & fossa diligenter muniũt, ipsi obsidere urbem parant: eo quòd, qui urbem tenebant, sponte sese populo Romano dedere nolebant. Carthaginẽses, qui paulo antè periculum nauali pugnę fugientes, Carthaginem peruenerãt, rati classem Romanorum re bene gesta, recto itinere, Carthaginem nauigaturã, equestribus, pedestribusq; copijs, ac necessarijs nauibus oppotuna ante urbem loca muniuerant. Verùm, postquam expositis in terram copijs, Aspidam urbem obsideri à Romanis intelligunt, relicta adnauigationis obseruatione copias parare, domi foris q; intenti esse, nihil quod ad urbis prouinciæq; custodiam pertineat, prętermittere. Consules inter hæc expugnata urbe Aspida, præsidio q; militum & urbi & regioni impositio, missis præterea Romam legatis, qui Senatum & de rebus gestis certiorem facerent, & quid in posterum agendum foret, consulerent: postremò omnibus copijs in agrum Carthaginensem adductis, impetum in prouinciam faciunt: ac nemine obuiam procedente, regionem populantur. multas habitationes superflue structas incendũt, prædam omnis generis quadrupedum rapiunt, captos homines supra uiginti millia ad naues adducunt. Interim nuncij Roma uenientes mandare Senatum dicunt, ut è duobus Consulibus unus in Africa cum necessarijs copijs maneret: alter cũ classe Romã reuerteretur. Cognita igitur Senatus uoluntate, M. Attilius Regulus cum quadraginta nauibus, & quindecim millibus peditum, equitibus uero quingentis in Africa remanet. Manlius cum reliqua classe, atq; omnibus alijs copijs, eumq;

omni

omni multitudine captiuorum, ex Africa soluens, Siciliam primò, mox Romam incolumis peruenit. Carthaginenses diuturnum fore Romanorum apparatum ad bellum animaduertentes, primùm duos exercitus duces creant, Asdrubalem Annonis filium, & Bostarum: præterea ex Heraclea Amilcarē, missis ad eum nuncijs, confestim accersunt. Is confestim Heraclea soluens, cū quinq; millibus peditum, equitibus quingētis, Carthaginem trajcit, tertiusq; ipse dux ac curam belli unà cum Asdrubale & Bostaro susc ipit. Ducibus igitur inter se de belli administratione cōsultantibus, placuit prouinciæ subsidiū ferre, neq; tātam regionis stragem populationemq; amplius pati. M. Attilius aliquot diebus elapsis expeditionē mouebat. & castella minus munita incursionibus diripiebat, muris uerò cincta obsidebat. Vbi uerò ad ciuitatē Adim obsidione dignam peruenisset, obsidere illam atq; expugnare nititur. Quod ubi Carthaginenses sentiunt, summo studio urbi suppetias ferre; eamq; obsidione liberare cupientes, aduersus Romanos cum omnibus copijs profecti, proximū collem hostibus quidem incommodū, sibi uerò cōmodissimū occupauerunt: in quo castrametati, uictoriæ spem omnem in equitatu atq; elephātis habebant. Relicta itaq; planicie, in altum atq; præruptum locum exercitū ducunt, ueluti hostes, quid agēdum esset, edocturi: quod & fieri contigit. Nā Romani cum elephantos, quibus maximè hostes tanquam efficacissimis ac terribilissimis confidebant, in prærupto monte prorsus inutiles esse ad bellū considerarent, minimè expectandum censuerunt, donec hostiū copiæ in planiciem descenderent. Verùm opportunitate temporis usi, mox orto die ex utroq; latere montem cinxere: quo factum est, ut equi, elephantiq; Carthaginensibus prorsus inutiles forent. Mercenarij tantum milites ex superiori loco egregiè dimicabant. Iamq; legiones Romanas referre aliquanto pedem coëgerant, cum repentè ex alia parte superato monte, reliqui apparent. Carthaginenses cinctos sese undiq; ab hostibus animaduertentes, per abruptum montem derelictis castris, præcipites fugiunt. beluæ quoq; atq; equites postquam planiciem tetigere, tutò omnes euadunt. Romani aliquantisper pedestres copias persecuti, spoliatis deinde castris, factisq; per uniuersam prouinciam incursionibus, agros atq; urbes intrepidè populātur. Interiectis paucis diebus, Tunes oppidum circunsistunt atq; expugnant: sibiq;, quòd peropportunum bello id oppidum uidebatur, eratq; Carthagini & prouinciæ oppositū, castra locant. Carthaginenses paulo antè mari, nunc etiam terra, diuersis prælijs à Romanis superati, non quòd multitudo hostium animo deiecta esset, sed propter ducum imprudentiam omnibus modis miseram & deploratam incurrēre conditionem. Post nouissimum enim prælium, quo fusi, fugatiq; à Romanis fuerant, Numidarum ingens multitudo acta spe prædæ, contra eos aduenit, ab ijs maiorem propè iacturam, quàm à Romanis in dies pati, gens uaga, & rapax omnia populari. Carthaginenses metu Numidarum trepidantes, è prouincia ad urbem confugere, fame atq; mœrore cùm propter multitudinem hominū, tum propter timorem obsidionis pariter uexari. M. Attilius, tametsi Carthaginenses cerneret terrā mariq; grauiter oppressos, ac proinde non multo interiecto tempore, urbem in eius potestatem uenturam speraret: tamen ueritus ne nouus dux, qui propediem uenturus in Africam credebatur, res à se egregiē gestas, sibi tandem ascriberet, de fœdere agere cum Carthaginensibus cœpit. Carthaginenses eam rem lætissimo animo accepere. Mittuntur igitur ad Consulem legati principes ciuitatis, qui de pace agant. Hi cum ad eū peruenissent, tantum abfuit ut fœdus cum Romanis inirent, ut grauitatem eorum quæ imperabātur ne audire quidem æquo animo potuerint. Erenim M. Attilius iam rerum omnium potitus, quicquid Carthaginēsibus offerret, id eos loco beneficij ac muneris accepturos sperabat. Contrà uero Carthaginensibus uidebatur, nihil sibi etiam ad extremū uictis à Consule grauius, nihil acerbius responderi potuisse. Quapropter legati, non solum re infecta discordes discesserunt, uerumetiā respōsum Consulis, ut nimis graue atq; superbum, mirum in modū

detestati sunt. Ea uerò cum in senatu Carthaginensiū retulissent, tametsi Carthaginenses de rebus suis iāpridem prorsus desperauerant, tantam tamen auditis Consulis petitionibus indignationē simulatq; audaciā animo concepe-runt, ut subire potius omnia, & cuncta tam facta quàm tēpora experiri prius decreuerint, quàm aliquid aut nomini suo ignominiosum, aut rebus à se antea præclarissimè gestis indignum perpeti. Redierat fortè ea tempestate Carthaginem, quidā ex ijs qui principiò ad cōducendos mercenarios milites missi in Græciā à Carthaginensibus fuerāt: hic secū magnū militum numerum adduxerat. inter quos fuit Xanthippus quidam Lacedęmonius, uir rei militaris peritissimus, & in bello nō mediocriter exercitus. Is audito Carthaginēsium conflictu, & quemadmodū, quo' ue loco aut tēpore id accidisset, cognito, cōsiderato præterea Carthaginensiū apparatu, equitūq; atq; elephantorū multitudine, cōfestim subducta ratione ad amicos cōuersus, Minimè, inquit, hanc à Romanis cladem acceperunt Carthaginenses, uerùm ipsi à seipsis ob suorū ducū imperitiā. Ea uoce statim per uniuersam urbem, ac principes ciuitatis sparsa, Carthaginenses uocare uirū, atq; eius sententiā experiri decreuerunt. Cū igitur ad eos uenisset Xanthippus, rationem rerum à se dictarū ante oculos eorum posuit: causam cladis, quam à Romanis acceperāt, ostendit. si sibi audire uellent, & relictis montibus, deinceps per loca æqua grassari, illicq; locare castra atq; acies struere, se eos docturum, quo pacto & res eorum in tuto esse, & hostes facile superari queant. His Xāthippi uerbis permoti Carthaginēsium duces, confestim omnem totius rei bellicæ summā in eius manibus ponunt. Erat iam ob hāc Xanthippi uocem per omnem exercitum coortus rumor, & quidā in ore omniū spe atq; lætitia plenus sermo: ubi uerò eductis ex urbe copijs per ordinem cuncta disposuit, & partes aciei mouere, deq; faciendis mandata dare cœpit, tanta inter ipsum atq; superiores duces, qui rei militaris rudes atq; imperiti fuerant, differentia apparuit, ut mox omnis multitudo clamore indicauerit, nihil se magis quàm prælium cupere: adeò nihil mali pati se posse existimabāt duce Xanthippo. His ita gestis, Carthaginensium duces cognito militum ardore, ac cohortati pro tempore animos, pancis interiectis diebus, aduersus hostem copias eduxere. Erant in exercitu Carthaginēsiū plus quàm duodecim millia peditum, equitum quatuor millia, elephanti propè centum. M. Attilius cognito hostium aduentu, & quòd Carthaginenses iter per loca æqua facerent, & castra in planicie præter consuetudinem ponerent, rem quidem hanc tanquam insolitam admirabatur: attamen dimicādi cupidus, obuiā hostibus processit: suaq; castra non amplius, mille ducentorum passuum interuallo, longè à castris hostiū collocauit. Postridie eius diei duces Carthaginensium quid, quo' ue modo agendum foret, inter sese consulere. multitudo uerò dimicationis cupida, in Xanthippum cōuersa, nomine eum appellare, seseq; ad maxima quæq; pericula subeunda promptam paratamq; ostendere: ut in prælium quàm celerrimè copias educeret, hortari. Duces Carthaginēsium simul quòd animatam, accensamq; ad belligerandum multitudinem conspiciebāt, Xāthippo adesse iam prælio cōmodissimum tempus testante, & multitudini, ut se pararet, & Xanthippo, ut rebus omnibus pro arbitrio uteretur, permisere. Xanthippus accepta à ducibus Carthaginēsium potestate, in instruenda acie elephantos singulos quosq; per ordinem ante omnem exercitum in fronte disponit. Post hos aliquo interuallo legionem Carthaginensium collocat. Dextro deinde ac sinistro cornu mercenariorū multitudinē distribuit. Expeditissimum quenq; militem, inter alas equitum ab utroq; cornu pugnare iubet. Romani paratos iam instructosq; ad pugnam hostes conspicati, nullam prælio moram faciunt. Elephantorum autem impetum ueriti, ac præuidentes, uelites præponunt, & multa signa à tergo inuicem posita collocant. Equitatum in utrunq; cornu distribuūt. Fit tota acies breuior quidem quàm antea, at dēsior, ne prærumpi medium agmen ab elephantis posset. Verùm, ut ad uiolentiam elephantorum optimè id à Romanis prouisum, ita contra periculum circum-

uentionis

uentionis erat inutile. Nam cum longè multitudine equorum præstarent Carthaginenses, coartatio ipsa aciei facilem hostibus circundandi facultatem præbitura erat. Structis itaq; utrinq; aciebus, utercp initiũ pręlij ab altero expectabar. Simulac uerò Xantippus elephantos concitari in hostes, & acies illorum perrumpere iubet, equitatũq; ab utroq; cornu in hostes infestissimè ruere: Romani quoq; more patrio, armorũ strepitum edentes, & conclamantes, in consertissimos hostes acerrimè cõcurrunt. Verùm equites Romani, multitudine hostilium equitũ perterriti, confestim ab utroq; cornu fugam arripiunt. Pedites uerò in sinistro cornu positi, declinato elephantorũ impetu, & simul multitudine mercenariorum contempta, in dextrũ Carthaginensiũ cornu infestissimè ruunt, conuersosq; in fugam usq; in castra persequuntur. At ij qui iuxta elephantos constiterant, uiolenta beluarum strage cateruatim conculcantur. Ac tota quidem acies propter retro stantium densitatem aliquandiu indiuulsa stabat. uerùm posteaquam extremæ Romanorũ legiones ab equitibus undiq; circunuentæ, coactæ sunt illis resistere: ij uerò quos in media acie elephantis oppositos diximus, impetu ferarum in firmissimã hostium cateruam acti, fusi ab illis, oppressiq; fuere: tunc omni ex parte laborãtes Romani, alij intolerabili immanium pecudũ ui conculcati atq; oppressi: alij eodem in loco, quo initiò constituti fuerant, ab equitibus occisi: pauci ad extremum, nullam amplius rebus suis spem relictam cernentes, celeritate pedum salutem quæsiuere. sed ij quoq;, quoniam in his locis ubiq; planicies erat, alij ab elepbantis equitibusq; intercepti perierunt: alij numero quingenti cum M. Attilio fugientes, mox in hostium potestatem unà cum illo uenerunt. In exercitu Carthaginensium igitur octingenti mercenarij milites, qui aduersus sinistrum Romanorum cornu constiterant, interfecti. E' Romanis uerò duntaxat duo millia, quos persecutos ad castra hostes paulo antè diximus, salui euasere: reliqui omnes trucidati, præter M. Attilium, atq; alios paucos, quos unà cum eo fugę se cõmisisse diximus. Signa illa Romanorum quæ euaserunt, pręter expectationem Aspidam uenerunt. Carthaginenses itaq; spoliatis hostiũ cadaueribus, cum Consule, cæterisq; captiuis in urbẽ lęti atq; ouantes reuertuntur. Hic si quis rectè considerare uoluerit, multa inueniet ad humanæ uitæ emendationem utilissima. Siquidẽ primò quàm uanum, quamq; ridiculũ sit, ob res secundas, atq; ex animi sententia egregiè gestas, aliquã in fortuna spem sitam habere, singulare uniuersis exemplum prębuit M. Attilius: qui cũ paulo antè nulla erga Carthaginenses ad extremum redactos misericordia moueretur, pacemq; suppliciter orantibus negaret, mox ipse eò redactus est, ut eadẽ illa suppliciter à Carthaginensibus petere cogeretur. Præterea quod olim ab Euripide sapientissimè dictum fertur, Vnicum rectum consilium magnam militum manum uincere: hoc tempore, ex ijsdem operibus fidem accepit. Siquidẽ unus homo, atq; una sententia multitudinem, quæ antea inuicta semper atque insuperabilis fuerat, uicit, superauitq;: ac profligatam urbem, & collapsos tot uirorum animos instaurauit, atq; erexit. Equidem hæc libenter commemorauí, ad utilitatem & correctionem eorum qui commentarios istos sunt lecturi. Nam cum duo hominibus modi propositi sint, quibus facilè mutari in melius queant, unus ob suam cuiusq; calamitatem, alter ob alienæ calamitatis exemplum: procul dubio primus efficax quidem magis est, uerùm non sine detrimento eius cui accidit. Secundus uero, etsi non habet in se tantum utrium, ideo tamen præstat, quòd omnis damni prorsus est expers. quo fit, ut priorem quidem modum nemo sit qui sponte eligat, quandoquidem absque dolore atque periculo accidere id nemini potest. Hunc uerò semper uenari & amplecti conuenit, quod per eum sine aliquo suo detrimento id quod melius est, cernere unicuiq; licear. Iccirco rectè considerantí, optima aduersa uitam institutio uidetur esse experientia, quæ fit ex cõmemoratione rerum ab alijs gestarum. Hęc enim duntaxat semoto prorsus omni detrimento, optimos ueri boni iudices perficit. Sed de bis hactenus.

Carthaginenſes rebus ex ſententia feliciſsimè geſtis, nullum lætitiæ genus prætermiſere, ſiue in agendis Deo gratijs, uictimis' que patrio ritu immolandis, ſeu mutua inter ipſos beneuolentia & comitate. Xantippus reſtitutis tantopere in priſtinum ſtatum Carthaginenſium rebus, non longe poſt in patriam reuertitur, optimè rebus ſuis conſulens. Nam præclara facinora, & res à quoquam egregiè geſtæ, magnam plerunque inuidiam, & graues calumnias conflare ſolent, quibus ciues quidem affinium atque amicorum multitudine freti, facile reſiſtunt: peregrini uerò omnis præſidij expertes, utroque malo quàm celerrimè conteruntur. Afferunt & aliam diſceſſus Xantippi cauſam, quam ſuo ac magis commodo loco latius referemus. Romani ubi præter ſpem profligatum in Africa exercitum, captum' que conſulem, ac reliquas copias in urbe Aſpida obſideri nunciatum eſt, confeſtim ad ſalutem eorum qui relicti in Africa erant, conuerſi, magnam claſſem parandam ſtatuunt, & in Africam dimittendam. Carthaginenſes interea Aſpidam urbem obſidere, ac ſumma ui oppugnare nitebantur, ſperantes ſe propediem compotes fore eorum' qui prælio ſuperfuerant. Sed tanta erat propugnantium Romanorum uirtus, & magnitudo animi, ut omnes hoſtium conatus in irritum caderent. Quamobrem deſperata ad extremum expugnatione, obſidionem ſoluerunt. Nunciatur interea, claſſem à Romanis parari, quæ rurſum in Africam mitteretur. quo rumore permoti Carthaginenſes, ad ueterem claſſem reficiendam, nouam' que parandam, omni ſtudio incumbunt. Statim igitur inſtructis, armatis' que ducentis nauibus, obſeruare atque impedire Romanorum nauigationem in Africam conabantur. Romani facto apparatu trecentarum & quinquaginta nauium, M. Aemilium, & Seruium Fuluium. Conſules, principio ueris, cum omnibus copijs traijcere in Africam iubent. Igitur conſules in Siciliam primò, deinde in Africam nauigaturi oras ſoluunt, iam' que cum non longe à Mercurij promontorio abeſſent, ex improuiſo claſſem Carthaginenſium, quam obſeruare hoſtium aduentum diximus, obuiam habuere. Facto' que in eam repentè impetu, centum & quatuordecim Carthaginenſium naues plenas cepere. Deinc facto ad Aſpidam urbem itinere, ſuſcepta' que Romana iuuentute, paucis diebus in Africa cõmorati, Siciliam repetunt. Traiecto igitur proſperè pelago, quod Africam, Siciliam' que interiacet, cum non procul à Camerina urbe conſtitiſſent, in tantam procellam calamitatem' que incidêre, ut ne referri quidem ſatis, pro rei magnitudine poſsit. Ex quatuor enim & ſexaginta ſupra trecentas nauibus, uix octuaginta incolumes à tempeſtate ſuperfuere. Reliquę omnes aut ſubmerſæ undis, aut ſcopulis infractæ, uniuerſum littus naufragijs, cadaueribus' que compleuerunt. Maiorem iacturam uno tempore mari factam, nemo ante noſtram ætatem meminit. quæ res non tam fortunæ culpa accidit, quàm conſulum temeritate. Nautis enim ſæpe monentibus, uitandum eſſe externum Siciliæ latus, quod importuoſum atque infeſtum eſſet, & ægrè traijci poſſet, præſertim eo anni tempore, quo inter Orionis & canis ſigna nauigabant: illi ſpretis, ac pro nihilo habitis nautarum uocibus, dum ſuperioris uictoriæ fiducia elati clanculum urbes quaſdam hoſtium per id littus inuadere ac capere properant, exiguæ admodum ſpei gratia, in maximas calamitates inciderunt. ac tum primùm dementiam ſuam agnouerunt, atque ita rebus à ſe paulo ante præclariſsimè geſtis, turpi hoc naufragio fœdatis, temeritatis ſuæ pœnas luunt. Enimuerò Romani cum uiribus in omni re utantur, & quod ſemel decreuerunt, omnino perfici neceſſarium ducant: nihilque ſibi impoſsibile factu exiſtiment, quod ſemel eis uiſum fuerit, etſi plerunque ob eam animi obſtinationem rectè faciunt, interdum tamen in apertiſsimos errores dilabuntur, maximè' que in maritimis rebus. Nam in terreſtri prælio, cum hominibus belligerantes, quia certamen inter pares eſt, non ab re ſæpenumero uictoria potiuntur: quanquam hic quoque ſuperantur aliquan-

aliquandò. In mari uerò cum sese omnino fortunæ credant, nihil pensi habentes, in maxima nonunquam pericula incidunt: quod & nunc, & alias sæpenumero illis accidit: accidet'que posthac sæpius: quousque eam animi temeritatem, qua sibi mare quouis tempore nauigabile ac peruium esse putant, repressérint, ac cohibuerint. Carthaginenses cognitis ijs quæ Romanæ classi acciderant, quoniam nec terra inferiores se esse Romanis putabant, propter profligatum M. Attilij exercitum: nec mari propter ingentem iacturam, ex naufragio factam, maiori iam studio ad pedestres simul atque maritimas copias parandas incumbunt: mox Asdrubalem cum omni ueterano exercitu, nouis'que insuper ex Heraclia militibus, ac centum & quadraginta elephantis, in Siciliam mittunt. Præterea, classem ducentarum nauium, & quæ alia ad nauigandum necessaria erant, efficiunt. Asdrubal igitur copijs omnibus in tuto Lilybæi expositis elephantos milites'q; continuè exerere, ac castra palàm moliri, Romanorum socios per Siciliam infestare, denique omnibus rebus intentus esse. Romani, etsi calamitas ex naufragio accepta, omnium animos fregerat: tamen, ne cedere Carthaginensibus uiderentur, nouam ducentarum & uiginti nauium classem cum paxillis ædificandam curant. Quod tanta celeritate factum est, ut intra trium mensium spacium ædificatæ naues fuerint, atque in mare deductæ: quod uix credibile cuiquam uideatur. Cum ea classe A. Aquilius, & C. Cornelius consules petere Siciliam, bellum'que Pœnis inferre iussi, repentè traiecto freto Messanam peruenerunt. Ibi acceptis quæ ex naufragio superfuerant, nauibus, totam simul classem trecentarum nauium fecere. Hinc Panormum Siciliæ profecti, quæ præcipua Carthaginensium ciuitas erat, eam magna ui obsidere aggrediuntur: appositis'que duplicis generis structuris, alijs'que paratis ad eam rem, turrem ad mare sitam facile iternunt: atque illac ingressis cum impetu militibus, eam partem urbis capiunt, quæ Neapolis appellatur. Quo facto, reliqua pars urbis, quam urbem ueterem uocant, metu exanimatis ciuibus, consulibus deditur. Capto Panormo, consules relicto in urbe præsidio, Romam reuertuntur. Proximo dehinc anno Caius Seruilius, & Cneius Sempronius consules creati, ad ortum ueris accepta classe, in Siciliam traijciunt, mox inde in Africam profecturi. Simulac uerò in prouinciam uentum, diuersis locis copias exponunt: nihil tamen memoratu dignum facientes, tandem in Lotophagorum insulam peruenere, quæ Mirmix dicitur: nec longe abest à parua Syrte. Ibi ignari locorum per quæ proficiscebantur, in arcta quædam loca deuenere, ubi refluxu maris in arido destituta classe, inopes consilij, aliquandiu constiterunt: mox, cum penè desperata iam salus foret; rediens unda eos recepit. Verùm non nisi euacuatis nauibus, omni'que onere abiecto, euadere incolumes potuerunt. Post eum diem perterriti tot periculis Romani, cõtinuè per undas ita festinantes iter fecerunt, ut fugæ similis eorum nauigatio uideretur. Cæterum interiecto tempore rursus in Siciliam reuersi, tranlito Lilybæo, Panormi constiterunt. Hinc cum non longe pòst in Italiam nauigarent, tanta tepente coorta tempestas fuit, ut supra centum & quinquaginta naues, ex ea classe, procella maris, per uaria loca, desiectæ tandem naufragio perierint. Tantis calamitatibus tum quidem acceptis, populus Romanus, etsi honorem ac maiestatem imperij sui cæteris rebus anteponendam existimabat: tamen magnitudine miseriarum superatus, mari omnino abstinendum decreuit. Paratis itaque duntaxat pedestribus copijs, quibus in posterum confidendum esse existimabant, Lucius Cecilius, & Caius Curius consules, in Siciliam cum omni exercitu mittuntur. His naues duntaxat sexaginta importandi frumenti gratia datæ. Quo facto, accidit Carthaginensium rem denuò superiorem esse: quippe qui, & mari sine controuersia imperitabant, sublata Romana classe, & in pedestribus copijs ingentem spem sitam habebant; neque id iniuria. perlata enim Romam fama, de bello

in Africa gesto, profligatis que Romanis, cum cognouissent id in primis ui atque impetu elephantorum accidisse, quòd illi acies disiecissent, quòd ordines perturbassent, quòd maximam in exercitu stragem fecissent, tantus elephantorum terror post eum diem Romanos tenuit, ut proximo biennio cum sæpe in Africa, sæpe etiam in Selinuntia regione obuij hostibus fuissent, nunquam tamen aut congredi cum Carthaginensibus, aut in locis æquis propius sex aut quinq; stadijs castrametari ausi sint: collibus semper ac montibus, nullo alio quàm elephantorum metu, se tutantes: sic ut Therucam duntaxat & Liparam expugnauerint. Quamobrem Romani pauore exercitus cognito, parandæ classi rursus omni studio incumbunt. Habitis per id tempus Romæ comitijs, C. Attilius, & L. Manlius Consules designati, nouas quinquaginta naues ædificant, ueterem præterea classem, & necessarias copias parant. Asdrubal Carthaginensium dux, cui nota Romanorum formido erat, cum ex perfugis intellexisset, alterum Consulum cum dimidia parte copiarum in Italiam reuersum, solum que Cecilium cum reliqua exercitus parte Panormi relictum: instante iam tempore messis, Lilybæq profectus, ut sociorum fruges inuaderet, exercitum in Panormitanum agrum induxit, & ad montem castra fixit. Cecilius cognito hostium aduentu, cum Asdrubalem uoluntatem pugnandi habere intelligeret, intra mœnia exercitum continebat. Quibus rebus maiori fiducia elatus Asdrubal, quòd Cecilium cernebat pauidum sese intra urbem continere, deuastato undique atque incenso agro, tandem exercitum per angustias uersus Panormum mouit. Consul tandiu in sententia non educendi exercitum permansit, quoad hostem traijcere flumen, quod iuxta mœnia urbis erat, pelliceret. Postquam igitur elephantos, omnem que exercitum appropinquantes uidet Cecilius, uelocissimum quenque, & maximè expeditum militem exire, atque irritare hostem iubet, quousque uenire ad manus uniuersi cogantur. Animaduertens itaque non longè pòst, quæ cogitauerat, ex sententia succesisse, quosdam ex ijs qui maximè agiles atque expediti erant, pro mœnibus supra fossam constituit, iubet que ut contra elephantos, si illi accederent, telis que uerubus eminus pugnent. Quod si quando iratæ pecudes cum impetu contra ipsos ferātur, in fossas se dimittāt, inde rursus elephantos telis petāt. Mandat præterea fabris fori ingentē telorum multitudinem extra urbē ferre, & ad fundamenta mœniorum certare. Ipse cum signis militaribus ad portam, quæ læuum hostium cornu spectabat, constitit, ac subinde plures ad eos qui iaculis certabant emittit. Simulac igitur pleno impetu pugnare cœptum, magistri elephantorum qui cupidine gloriæ sibi attribui uictoriam cupiebant, beluas in expeditos concitant. Illi sicuti eis à Consule uisum fuerat, statim terga uertunt: infestius que insequentibus beluis, in fossas se demittunt. Beluæ cum primùm ad aggerem fossarum peruenere, uno tempore & à multitudine urbana ex mœnibus, & à militibus ex fossis, sagittis, telis que multifariam feriuntur. Cumque ultra aggerem progredi non possent, necessariò terga uertentes, in suos ruunt, agmina perturbant, magnam suorum stragem faciunt. Inter hæc Cecilius, eductis repentè copijs, ex obliquo & aciem adhuc integram & ordinatam habens, in hostes impetum facit. Illi iampridem à bestijs turbati, & tunc tumultuario impetu à Consule oppressi, facile profligantur. Pars eorum trucidatur, cæteri fuga salutem quærunt. Elephanti cum Indis decem capti: reliqui, dissectis Indis, finito prælio, omnes in potestatem Consulis peruenere. His rebus feliciter gestis, confessione omniū solus fuisse causa uidebat, ut Romani pedestres exercitus sumpta fiducia rursus castra sub dio figerēt. Verùm, cū fama eius uictoriæ Romā peruenisset, incredibili omnes lętitia affecti, non tam quòd captis elephātis longe iā inferiores essent hostiū uires, quàm quòd sui, quia potiti beluis fuerant, audaciores iam facti ad bellū uidebant. Igitur quemadmodum ab initio decreuerant, parata rursus classe, Consules

sules in Siciliam mittunt, cupientes aliquando bello finem facere. Hi commeatu, cæterisq; necessarijs rebus paratis, cum ducentis nauibus in Siciliam trajiciunt. Erat autem hic annus huius belli quartusdecimus. Postquam igitur in Siciliam uentum, Consules acceptis pedestribus copijs, quæ in insula erãt, obsidere Lilybæum pergunt, quòd ea urbe expugnata, facile se sperabant bellum in Africam traducere posse. Verùm Carthaginenses ijsdem planè, quibus Romani, rationibus moti, omni studio Lilybæum seruare constituerunt: haud ignari, amisso Lilybæo, nihil eis in Sicilia reliquũ fore. Nam præter Drepanum, reliqua ferè omnis insula, sub Romanorum ditione erat. Cæterùm ne cui forte, ob ignorationem locorum, quæ à nobis de Sicilia dicũtur, obscuriora uideãtur, eius insulæ situm paucis referemus. Sicilia omnis eodem ferè modo se ad Italiam atq; Italiæ terminos habet, quò Peloponnesus ad reliquã Græciam ac terminos eius. Verùm hoc inuicem differunt, quod hæc paruo admodum freto ab Italia diuiditur, illa exigua terra cum reliqua Græcia coniungitur. Siquidem ex Peloponneso in Græciam pedibus iri, ex Sicilia in Italiam non nisi nauibus trajici potest. Forma Siciliæ triquetra specie figuratur: quotque eius anguli sunt, totidem promontoria ad extremũ efficiunt. Hortũ, quod in meridianam plagã dirigitur, abluiturq; Siculo pelago, Pachynus uocatur: Quod uerò ad Septentriones uergit, ac occidẽtalem portus partem terminat, neq; amplius ab Italia distat mille & D. passibus, Pelorum appellatur. Tertiũ, quod in Africam extenditur, in ipsamq; Carthaginem ad hyemalem occasum spectat, neq; amplius abest à littore Africæ quàm millia passuum C & uiginti septem, Lilybæum incolæ uocant, diuidit q; Sardonicum pelagus à Siculo. In hoc promontorio urbs est eiusdem nominis, quã Romani eo tempore obsederunt, mœnibus, fossisq; munitissima, præterea etiam stagnis, quibus nauigantibus in portum iter est, difficilisq; admodum ingressus, nec nisi peritis expertisq; obtinendus. Romani igitur Lilybæum obsidẽtes, binis castris ex utraq; parte urbem cingere, fossam & aggerem & crebra castella per media loca excitare, machinas struere: nihil denique quod ad expugnationem urbis cõducere uideretur, prætermittere. In primis turrim quandã, quæ in littore sita erat, Africanumq; pelagus spectabat, omnifariam machinis aggrediuntur: de hinc nouas quotidie addunt, disponuntq; per ordinem. Tandem sex turres et quam modò dixi propinquas, omnes uno tempore arietibus, muros ferientibus, euertunt. Itaq; cum ardua, periculosaq; obsidio foret, turribus partim laborantibus, partim impetu tormentorum euersis, machinis præterea in dies magis magisq; urbem infestantibus, ingens pauor atq; formido obsessorum animos occupat. Erat eorum numerus qui in urbe obsidebantur, præter urbanam multitudinem, ultra decem millia hominũ. Inter hæc Imilcon, qui ea tempestate urbi præerat, obsidionem Romanorum magnitudine animi & consilio sustinebat. Vbicunq; Romani mœnia arietibus conquassabant, noua ipse mœnia intra urbem sufficiebat. Sic ubi hostes cuniculos faciebant, ipse alijs cuniculis factis illis obuiabat. Ita semper operam atq; labotem hostium frustrabatur. Interdum eruptiones faciebat, opera hostium turbabat: si quo modo incendere machinas posset, experiebatur. Sæpe etiam uel interdiu, uel per noctẽ hostes inuadebat, adeò ut plures eiusmodi certaminibus perirent, quàm perire in ueris prælijs consueuerint. Per id tempus primores quidam ex cõductis militibus, de prodenda Romanis urbe consiliũ ineunt: cõsensuq; commilitonum freti, per noctẽ mœnia transilientes, in castra Romanorum proficiscuntur, ac Consulibus rem omnem exponũt. Erat ea tempestate Lilybæi Achæus quidam nomine Alexon, qui superioribus tẽporibus Syracusanis urbem tenentibus, Agrigentũ à proditione liberauerat: hic cognitis ijs quæ de proditione agitabãtur, è uestigio rem omnẽ Imilconi pandit, ille celeriter omnibus, qui ordines in exercitu ducebant, conuocatis, præter eos qui noctu mœnia transgressi fuerant, uniuersa quæ de proditione intellexerat eis aperit: rogat, obtestaturq;, ne per ignominiã dedere sese atq; urbẽ hostibus uelint, magna

insuper

insuper præmia, si in fide permanserint, pollicetur. Cum omnes ad ea quę dicebantur consensissent, confestim unà cum ipsis, ad Gallos Annibalem mittit, Annibalis filium, eius quem in Sardinia post amissam classem, cruci à Carthaginensibus fixum diximus: gratissimum hūc fore uniuersis ratus, quòd simul cum illis sub patre militauerat. Ad cęteros uerò mercenarios milites Alexona ire iussit, quòd magnam in eo uiro omnes fiduciam habebant. Confestim uocata ad se multitudine, partim precibus, partim pollicitationibus munerū tandem effecere, ut omnes unanimiter in fide atq; beneuolentia erga Carthaginenses permanerent. Quamobrem aduentantibus mox principibus proditionis, rogareq; eos, & quæ cum Romanis egerant, aperire uolentibus, non modò non paruerunt eis, sed ne audire quidem eorum uoces uoluere: quin telis lapidibusq; eos insecuti, procul à mœnibus fugarūt. Ita Carthaginenses ex manifesto proditionis periculo summo in discrimine per stipendiarios positi, parum abfuit, quin in hostium potestatē uenirēt: sed Alexon, qui superiori tempore, ob suam in Agrigentinos fidem non solum urbem, uerumetiam patriā, leges, libertatem seruauerat: nunc quoq;, ne Carthaginenses ad extremam perniciem deuenirent, confessione omnium causa fuit. Carthaginenses, etsi nihil ex his, quæ Lilybæi agebantur, intelligere poterant, suspicati tamen difficultates eorum qui iampridem obsidebātur, quinquaginta nauibus ad hoc ipsum paratis, decem millia militum imposuere. Classi præficiunt Annibalem, Amilcaris filium, qui primū ductor triremiū, Atarbiq; amicus fuit. eum paucis pro tempore hortati, omni conatu Lilybæū penetrare, suisq; subsidiū ferre iubent. Annibal cū decem millibus militum primò ad Egusas insulas, quæ inter Carthaginem ac Lilybæū iacēt, nauigat, & opportunā nauigationē illic expectat. Nactus deinde secundā auram, passis uelis in ipsas fauces Lilybetani portus se rebatur, suos omnes instructos armis, & ad belligerandum paratos habebat. Cōsules partim repentino aduētu hostium perculsi, partim ueriti, ne si cōgredi cum hostibus tentarent, nimia uentorū ui, suæ quoq; naues in portum agerentur, nauigationem hostium nequaquam impedire decreuerūt: armati tantum ad littus, si fortè hostem deterrere ab ingressu possent, concurrūt. Interea multitudo omnis, quæ in mœnibus erat, aduentum suorū conspicata, animos erigere, spe simul atq; lætitia trepidare, aduenientes plausu, sublatisq; in cœlum clamoribus hortari. Annibal incredibili audacia fretus, cum suis nauibus aduolat, portumq; præter spem atq; expectationem omnium ingressus, incolumes copias Lilybæi exponit. Accepto mœnibus præsidio, incredibili omnes lætitia affecti, non tam aduentu nouarum copiarum, quàm quòd Romani impedire Carthaginensium naues non fuissent ausi. Imilcon dux Carthaginensium, quoniam omnes suos promptos, animatosq; ad bellum cernebat, ueteres quidem milites ob aduentum noui supplementi: nouos uerò, quia anteactorum malorum expertes erant, minimè prætereundam esse eam opportunitatē ratus, omni studio ad incēdia machinarū incumbere decreuit. Igitur omnibus in concionem uocatis, longa oratione uniuersos hortatur, eorū animos confirmat, præmia singulis quibusq;, qui se fortiter gesserint, pollicetur, Carthaginenses uniuersis gratiā relaturos affirmat. Eiusmodi oratione cōmoti milites, paratos sese esse omnes annuunt: uociferantes præterea rogant, ne cunctetur amplius, iamiam exire in hostes iubeat. Dux exosculata militū fortitudine, confestim eos dimisit, mandans omnibus ut corpora curarent: deinde præsto essent, facturi quicquid ab eorum ducibus sibi imperaretur. Paulò post conuocatis ducibus, quid facturus sit indicat, partes distribuit, suum cuique locum designat, iubet ut ipsi ante omnes alios in conticinio, locis sibi designatis, adsint. Illi mandata ducis exequuntur. Imilcon eductis cum prima luce copijs, pluribus simul locis in machinas impetum facit. Romani consilium hostium coniectura quadam facilè suspicati, baud segniter se habere, arma capere, rebus omnibus quàm maximè intenti esse. Igitur ubi primùm egredi Carthaginenses cœperunt, à Romanis occurritur, ingens circa mœnia tumultus fit.

tus fit. Carthaginenſes circiter uiginti millia hominum erant, Romani etiam plures. Quoq; magis relicto omni ordine pugnabatur, eo apertiora pericula erant: in tanta enim multitudine militum, uir aduerſus uirum, quaſi ſingulari certamine congreſſus, depugnabat. Verùm maxima pugna atq; ingẽs tumultus circa machinas erat. Nam qui ab utroq; exercitu in eo loco conſtituti fuerant, illi quidem ad expugnandum, hi uerò ad propugnandum omni ſtudio innixi, in tantum, tamq; atrox certamen deuenere, ut tandem in ijſdem, in quibus conſtituti fuerant, locis permanentes, incredibili animi magnitudine occiderint. Sed qui inter eos commixti inter certandũ fuerant, tanta audacia contra Romanos ferri, eorum machinas ferro, igne, telis, cæteriſq; huiuſmodi rebus impetere, ut Romani eo die, cum nullo modo inceptis hoſtiũ reſiſtere poſſent, res ſuas in extremo propè ſitas uiderint. Poſt longum certamẽ Imilcon, quoniam multas in exercitu cædes fieri, nihil tamen ſeſe proficere poſſe intelligebat, receptui canere iuſsit. Romani, etſi eo die in periculo fuerint, omnem belli apparatum amittendi, tamen incredibili fortitudine animi, hoſtibus reſiſtentes, tandem machinas, cunctaq; opera ſua tutati ſunt. Poſt hęc Annibal cũ ijs, quas ſecum adduxerat, nauibus intempeſta nocte, nihil ſentiẽtibus hoſtibus, Lilybæo ſoluens, Drepanum ad Adherbalem Carthaginenſium ducem proficiſcitur. Quoniam, cùm propter loci opportunitatem, tum ob ſpeciem ac pulchritudinem portus, præcipua ſemper cura Carthaginenſibus fuerat, eam urbem ſeruandi. Diſtat autem à Lilybæo ſtadijs circiter centum uiginti. Carthaginenſes interea, & ſi quid Lilybæi ageretur, ſcire magnopere cupiebant: tamẽ quia ita iam poſt diſceſſum Annibalis preſſa obſidio erat, ut neq; ingredi quiſquam, nec egredi urbem ualeret, compotes deſiderij fieri nullo modo poterant. Per id tempus Rhodius quidam nomine Annibal, clarus ſanè uir, cognito Carthaginenſium deſiderio, pollicetur ſe naui, inuitis omnibus, Lilybæum aditurum: inſpectisq; omnibus rebus, Carthaginenſibus renunciaturum. Id quanquam hilari animo audirent Carthaginenſes, tamen quia Romana claſsis in ipſis propè faucibus portus erat, impoſsibile eſſe eã rem omnes rebantur. Rhodius nihilominus intrepidè deducta naui, proficiſcitur. Cumq; in proximam inſulam, quæ cõtra Lilybæum eſt, applicuiſſet, nactus poſtridie ſecundam auram, Lilybæum nauigat: per diemq; ſpectantibus hoſtibus, atq; omni conatu profectionem eius impedire laborantibus, portũ ingreditur, ac cuncta quæ animo conceperat, perfecit. Alter Conſulum tantam uiri audaciã admiratus, quo intercipere abeuntem poſsit, per noctem decem uelociſsimas naues, in faucibus portus continet, cum ijs diſceſſum Rhodi ipſe quàm diligẽtiſsimè obſeruat, itidem reliquum exercitũ factitare iubet. Naues igitur quæ in faucibus portus erant, ex utraq; parte proximè paludem extenſis remis, aduentum Rhodiæ ratis expectabant, hanc ueſtigio in eorum poteſtatem futuram arbitrantes. At Rhodius non per noctem, neq; ex abdito, ſed palàm medio die, per medias hoſtium naues, adeò inſtructas ac paratas, audacia ſimul atq; celeritate fretus, prętereuectus eſt: nec euaſiſſe, nauemq; ac uiros illęſos ſeruaſſe contentus, ubi paulum hoſtes prætérit, conuerſa prora eos prouocauit, nemine omnium, ob ſtupendam eius nauis celeritatem, adire eum auſo. Rhodius unica rate quaſi triumphatis hoſtibus, Carthaginem redijt: Senatui omnia quæ uiderat, narrauit, id quod & poſtea ſæpius fecit, atq; ita magnũ emolumentum Carthaginenſium rebus attulit, dum & Carthaginenſibus quę neceſſaria eſſent ſignificauit, & obſeſſos confidentes, Romanos uerò temeritate rei cõſternatos reddidit: quę plurimum ex eo iuuabatur, quòd paulo antè per experientiã locus adnauigationis diligenter ipſi ſignificatus eſſet. Nam mox atq; comparebat, ab Italiæ partibus turrim ſupra mare imminentem è regione prorę in conſpectu ponebat, ſic ut eæ turres quæ Libyam reſpiciunt, cunctis in proſpectu eſſent: per quam ſolam rationem fieri poterat, ut ſecundo uento nauigantes in fauces portus appellerent. Huius autem Rhodij audacia complures moti, quibus locorũ notitia erat, idẽ facere audebãt, Romani eã hoſtiũ

ludificatio

ludificationem grauiter & iniquo animo ferentes, fauces portus obstruere tentauerunt. Quamobrem primum onerarias naues quamplures sabulo onustas, in profundum mittunt. Hinc supra eas infinitam penè uim aggeris ingerunt: frustra tamen omnia facitantes. Nam & uasta profunditas cuncta simul absorbebat, & fluxus, refluxusq; maris iniecta omnia passim diffundebat: ægrè tandem ex una parte nonnihil aggeris constitit. Eo loco confestim quadriremis quædam Carthaginensium nauis, noctu emissa detenta est, qua confestim potiti Romani excellenter armatam, instructamq; in portu tenentes, aduentum cæterarum, & maxime illius Rhodiæ cupidè expectabant. Illa casu per noctē aduenies, solita uelocitate portum ingreditur: sed dum redire uellet, secuta ex improuiso quadriremis premere fugientem cœpit. Rhodius principio uelocitatem nauis admiratus, ubi eam diligenter perspexit, & quadriremem Carthaginensium à Romanis captam agnouit, iam desperata fuga, congredi cum hostibus cogitur. Postquam ad manus uentum, quia & numero nauium, & præstantia militum, Romani longè superiores erāt, nauis Rhodia nullo negotio expugnatur, Rhodius ipse capitur. Romani hac naue potiti, & ad quadriremem addita, ambas instructas, paratasq; continuè in portu tenentes, facilem deinceps aditum in Lilybæum prohibuere: urbs interea acriter à Romanis oppugnari, mœnia plerisq; in locis ui tormentorum euerti. Imilcon nouum continuò murum pro euerso sufficere, in eruptionibus & machinarum incendijs nullam amplius spem habere. In hunc modum cum aliquandiu perseueratum esset, tanta repentè uentorum tempestas coorta est, ut machinas omnes atq; opera stridore ac procella conflictaret, quarundam etiam turrium tabulata alta dejiceret. Tantum uentorum turbinem Græci quidam milites, ex ijs qui intus erant, aptissimum fore ad incendia machinarum rati, cogitationem suam duci aperiunt. Dux probata militū sententia, necessarijsq; omnibus è uestigio paratis, confestim eruptionem facere suos, ac ignem machinis, tribus locis injicere iubet. Quo confestim à militibus peracto, ignis ui uentorū facile in opera depellitur: quæ, quia arida erant, ac iam diu ad solem usta, igni facilimè absumebantur: & dominante uēto, nulla humana ope resisti poterat. Siquidem nouitate rei ita omnes perterriti erant, ut neq; uidere quid agerent, nec considerare quippiam possent: quin & cadentibus ex alto lignorū frustis percussi, & fumo obcæcati interdum cadebant, dum ferre præsidium machinis nitebātur. Quoq; maiorem ob prædictas causas Romani difficultatem habebant, eo Carthaginensibus omnia commodiora erant. Siquidem & cernere hostes, & omnes eorum machinas conspicari facile poterant: & si quid aduersus Romanos iactabant, id uiolentia uenti facilimè ferebatur, maioremq; in machinas impetum faciebat. Tandem uerò tanta uis ignis fuit, ut & bases, quibus stabiles turres erant, cremarētur, & arietum capita liquefierent. Post hęc Cōsules in reficiendis machinis, operā ponere destiterūt. Aggere tamē atq; fossa undiq; & castra quoq; sua cingentes, lenta obsidione superare hostes decreuere: nec prius cum castris abscedere, quàm Lilybæo potirētur. Lilybetani refectis, quæ cōuenerāt, mœnibus, magno animo iam obsidionē tolerabant. Hæc cū Romæ nūciata essent, Senatus, quòd multi in obsidione interierāt, & penè uacuefacta classis erat, nouo delectu habito, in supplementum decem millia hominum in Siciliam mittit. Hi primò in portum traducti, inde pedibus in Lilybetana castra iter fecere. Iam * Appius Claudius cōsulatū inierat, prioribusq; consulibus Romam reuersis, ipse apud Lilybæum exercitui præerat. Hic simulac aduenisse supplementum uidet, uocatis ad se centurionibus, tempus inquit sibi uideri, ut cum omni classe Drepanum nauigent: Adherbalem Carthaginensium ducem, qui illic erat, nihil tale suspicantem, ex improuiso aggrediantur. eum nouarum copiarum in Siciliam aduentum ignorare: neq; existimare classem Romanorum, quæ tantam in obsidione Lilybæi iacturam hominum passa sit, aliquo modo nauigare posse. Post ea uerba Consulis, omnibus

Publius

consilium

consilium eius approbantibus, ex ueteribus nouisq; copijs milites delegit, naues optimis quibusq; ex toto exercitu delectis uiris compleuit. Nam quòd & nauigatio propinqua erat, & præmiorum spes maxima, omnes id munus hilari animo suscipiebant. Paratis igitur omnibus, quæ necessaria uidebantur, nocte intempesta, nihil sentientibus hostibus, Drepanum uersus nauigat. Aduenìente uerò luce, cum iam non longe à Drepano forent, nauibus Romanorum apparentibus, Adherbal, & si primùm inopinato hostium aduentu perculsus fuit, statim tamen ad se reuersus, atq; animo confirmatus, tentare omnino fortunam prælij constituit: & omnia potius experiri, quàm pati sese in portu, per ignominiam ab hostibus obsideri. Quamobrem euestigio turbam remigum ad littus cogit, mercenarios milites ex urbe tuba conuocat: eos pro temporis angustia cohortatur, si fortiter dimicarint, spem uictoriæ: sin subire periculũ recusarint, acerbitatem obsidionis ante oculos ponit. His dictis omnibus præsto sese ostendentibus, uociferantibusq;, ne amplius tarderet, sed iamiam in hostes classem immitteret: Adherbal laudata militum uirtute, confestim naues conscendere iubet: admonet præterea omnes, ut in nauim suam oculos dirigant, eam alacri animo sequantur. Nihilo deinde eõmoratus ipse, uti pollicitus erat, primus nauigat diuersa regione portus, quàm Romani aduentabant. Consul hostes conspicatus, præter opinionem suam, non solũ non cedentes, neq; ad fugam paratos, sed potius summo studio manus conserere cupientes, naues suas, quarum aliæ iam intra portum erant, aliæ in ipsis faucibus, aliæ mox sequebãtur, omnes referre gradum iussit. Hic cum primæ naues iussu Consulis iter uertissent, alijs quæ ponè sequebantur, adhuc properantibus in portum, tanta conflictatio facta est, exeuntibus pariter atq; intrantibus nauibus, ut extremo in periculo Romanorum res foret. Explicatis tandem summo cum labore nauibus, præfecti singulas quasq; in ordinem iuxta littus collocabant, proris aduersus hostes conuersis. At Consul, qui ab initio post omnem classem sequebatur, tum in altum profectus, læuum cornu obtinuit. Inter hæc Adherbal cum quinq; nauibus supra læuum Romanorum cornu in altum progressus, nauis suæ prora in hostes conuersa, à pelago se firmauit. idem ut aliæ quatuor naues, quæ suam sequebantur, facerent, per nuncios imperauit. Ita omnibus à fronte consistentibus, sublatis signis, à pelago in Romanos defertur, quorum naues circa littus in ordinem dispositæ erant. Hoc enim ideo à Romanis prouisum fuerat, ut exeuntes è portu Carthaginẽsium naues facilius opprimi possent. Verùm id postea magnã Romanis proxime terram confligentibus iacturam intulit, ob causas quas dicemus. Nam ut primum appropinquare inter se classes cœperũt, signis è prætorijs nauibus ab utraq; parte sublatis, inuicem concurrentibus hostibus, pugna committitur. Diu acriter certatum, ita ut æquale esse periculum uideretur. Erant enim in utraq; parte ex omni pedestri exercitu delecti præstantissimi milites. Semper tamen Carthaginenses præualebant, tum quòd nauea eorum uelociores erant: tũ quòd peritiores ad nauigandũ remiges: tũ uel maximè, quòd pelagus tenebant, per quod longè lateq; pro eorum libidine discurrere poterant. Siue enim aliqui eorum ab hostibus premebãtur, cõfestim celeritate nauium freti, in altum euadebant: ac si fortè insequebantur hostes, in eos plurimæ simul conuersæ, eadem celeritate circumueniebant, maximasq; inferebant clades, nonnullas interim naues submergebant. Siue aliqui ex sociis periclitabantur, confestim sine labore atq; periculo præsidium ferebant, aduersis puppibus in altum nauigantes. At Romanis magna proximum littus impedimenta afferebat. Siquidẽ in arcto coacti, neq; refugere cum opus erat, neq; seipsos tutari, neq; laborantibus succurrere poterãt: & quod in bello nauali præcipuum haberi solet, per medios hostes præterlabi, ac deinceps in pugnantes impetũ facere, impossibile Romanis erat: tum quòd naues eorum grauissimæ erant, tum quòd remiges maritimarũ rudes, & ad nauigandũ inepti. Cõsul igitur cũ rem in deterius labi cerneret, nauibus partim in littore

confractis, nonnullis etiam submersis, desperatis ad extremum rebus, primus omnium fugam arripuit. Circiter triginta naues ex omni classe, quæ huic fortè propinquæ erant, cum secutæ, reliquæ omnes tres & nonaginta numero in Carthaginensiũ potestatem uenere. Præterea copię omnes captę, exceptis ijs quæ proiectis in terram nauibus perierant. Adherbal magnam ijs rebus gestis laudem apud Carthaginenses meruit, ut qui singulari prudentiam, ac magnitudine animi, omnia fœliciter peregisset.* Appius uerò Claudius à Romanis iurgijs contumelijsq; uehementer affectus, quod adeò imprudenter se gessisset, quòd rem Romanam summum in discrimen adduxisset, ipse tandem Consulatu abdicatus, summa cum ignominia, in iudicio concidit. Romani, & si ingens se accepisse uulnus intelligebant, nihil tamen pristinæ magnanimitatis immemores, confestim reparata classe, nouisq; coactis copijs L. Iunium Consulem in Siciliam mittunt. Hunc ijs qui Lilybæum obsidebant, subsidium ferre, commeatumq;, & cætera exercitui necessaria subministrare iubent. Ille cum sexaginta rostratis Messanam nauigat. hic contractis ab omni Sicilia, præterquam à Lilybæo, nauibus, classem efficit centum & uiginti rostratarum, præter onerarias, et quas frumentationis causa seoũ habebat, numero circiter octingentas. earum mediam ferè partem, & quasdam ex rostratis quæstori tradit, ac ferre in castra commeatum iubet, ipse interea Syracusis manet: reliquas, quæ paulo pòst à Messana sequebantur, & frumentum ex mediterranea regione, à socijs imperatum, excepturus. Per idem tempus Adherbal captiuos Romanorum, & naues, quas prælio acceperat, Carthaginem misit. Hinc Carthalonem præfectum triginta nauibus ei traditis, exire in hostem iubet. Ipse paulo post cum septuaginta nauibus eum sequitur. Carthalonem admonet, ut quascunq; naues hostium possit, integras capiat, reliquas incendat. Carthalo igitur per noctem impigrè facta nauigatione, cum ex improuiso classi Romanorum, quæ in Lilybetano portu asseruabatur, superuenisset, ac naues hostiũ alias incendisset, alias abripuisset, maximo in periculo rem Romanã posuit. Nam cum inter eos, qui custodiæ gratia circa classem excubabãt, magnus repentè clamor, atq; ingens tumultus ortus foret, Imilcon intellecto strepitu, & iam diluescente die, aduentu hostiũ cognito, repentè euocatis ex urbe militibus, hostes inuadit. Ita ex omni parte circumuentis Romanorũ copijs, in non mediocre periculum deuenerunt. Præfectus Carthaginensium, paucis Romanorum nauibus partim captis, partim contritis, non longè pòst Lilybæo soluens, uersus Heracleã nauigat, ut commeatum, qui ex ea parte in castra Romanorum ferebatur, intercluderet. Iter facienti speculatoriæ naues Carthaloni nunciant, magnũ omnis generis nauium numerũ aduentare. quo nuncio accepto, Carthalo nequaquã cunctatus, quòd ob res paulo antè egrègie gestas Romanos spernebat, aduersus eas properauit. Eodẽ modo Romani quoq; adesse classem hostiũ, à speculatoribus cognouere. Verùm ij cum se longè impares esse ad nauale bellum arbitrarentur, in proximũ fortè littus naues subduxere. Erant in ijs locis recessus quidã, atq; anfractus, quibus desuper rupes imminebãt. In ijs cõsistentes Romani, lapidibus fundisq; naues hostiũ arcebant. Carthaginẽses etsi à principio tandiu obsidere illos, quoad eorum potirentur, decreuerant: tamen cum propter naturam loci nihil proficere se, posse intelligerent, & Romanos acrius quã sperabant, resistere intuerentur, paucis tandẽ onerarijs nauibus acceptis, ad propinquũ flumen nauigarunt, ubi discessum hostiũ obseruarent. Interea loci Consul peractis ijs, quorũ gratia Syracusis remanserat, superato Pachyni promontorio, Lilybęum petebat, ignarus earum rerum, quæ ijs qui se præcesserunt acciderant. Dux Carthaginensium aduentu Consulis rursus per exploratores cognito, confestim aduersus eum properauit, cupiẽs procul à cæteris Romanorũ nauibus, illi cõcurrere. At L. Iunius cum de lõge aduentũ hostilis classis prospexisset, magnitudine eius perterritus, cõmitere pugnam non audebat, fugere ob propinquitatem hostium non licebat; quare ad loca difficilia atque periculosa conuersus,

Publius

in pro-

in proximo portu ſtationem fecit: decreuitq; potius extrema omnia experiri, quàm pati, ut exercitus Romanorum in poteſtatem hoſtium ueniret. Id conſpicatus Carthalo præfectus Carthaginenſium, proficiſci aduerſus hoſtes deſtitit: ſed medium quendam inter utranq; Romanorum claſſem, portũ tenuit, ratus per eum modum utriq; claſſi abeundi facultatem ablatum iri. Interiectis diebus ingens procella inſurgere cœpit: quam aliquandiu antea prouidentes Carthaginenſium nautæ, ut qui magnam maritimarum rerum, locorumq; in quibus erant, peritiam habebant, Carthaloni ſuaſerunt, ut ſuperato cõfeſtim Pachyni promontorio, uim tempeſtatis euitaret. Id cum ille feciſſet, cum omnibus ſuis incolumis euaſit. At Romanorum claſsis ui tempeſtatis agitata eſt, quoniam loca importuoſa erant. Ita ad extremum fracta eſt, ut nihil ex tot nauibus, quod utile in poſterũ foret, ſuperauerit. His Romanorum tot tantisq; calamitatibus, rurſus accidit Carthaginenſiũ rẽ ſuperiorẽ fieri. Romani nuper ingenti clade apud Drepanum nauali prælio affecti, tũc uerò omnino amiſſa claſſe, mari protinus exceſſere, in terra duntaxat ſpẽ habẽtes. Cõtrà uerò Carthaginenſes & maris imperiũ ſine cõtrouerſia tenebant, & in terra haud prorſus ſine ſpe erant. Igitur qui Romæ erãt, & qui in caſtris apud Lilybæũ, quanquam utriq; ob prædictas clades maximè afflicti forent, tamen in obſidione omnino perſiſtendum eſſe cenſuere. Quare & illi quæ neceſſaria erant, ſuppeditabant: & hi, quantum pro uirſbus licebat, durabant in obſidione. L. Iunius Conſul poſt amiſſam naufragio claſſem, curæ ac ſolicitudinis plenus, Lilybæum peruenit: ibi omni cogitatione quam maximè intentus, noui aliquid agere ſtudet, quo acceptam ex ſuperiore clade ignominiam minuat. Quocirca non longe pòſt, tenui quadam oblata occaſione, Erycen per proditionem occupat: ſimulq; & templo Veneris, & oppido potitur. Eryx eſt Siciliæ mons, mari imminens ex ea parte quæ ad Italiam ſpectat, inter Drepanum ac Panormum, magis tamen Panormo coniunctus. Hic magnitudine omnes Siciliæ montes excedit, præter unum Aetnam. In eius uertice planicies eſt, inq; ea Erycinæ Veneris templum, quòd ſine controuerſia omnium Siciliæ templorum opulentiſsimum atque ornatiſsimum eſt. Paulo infra uerticem urbs eſt eiuſdem nominis, longiſsimum ac difficilimum undiq; habens aditum. Hic Conſul uno in uertice, altero ad radices montis, quà aditus à Drepano erat, præſidio collocato, cuſtodire utrumq; locum pergit: ſperans ſe per eum modum, & urbem, & totum montem tutò tenere poſſe, Carthaginenſes capto Eryce, Amilcarem cognomento Barcam claſſi præficiunt. Hic cum omnibus copijs in Italiam delatus, maritimam oram populatus eſt. Erat autem annus eius belli decimus octauus. Hinc uaſtatis Locrorum ac Brutianorum agris, cum omni claſſe in Panormitanum agrum reuertitur. Hic locum occupat bello gerendo aptiſsimũ, inter Rhegium ac Panormum altè mari ſupereminentem, natura munitum, & ad tenendum exercitum tutiſsimum. Eſt enim mõs, quem præciſè undiq; rupes cingunt, in ſummitate habens planiciem quandã non minori ambitu, quàm duodecim millium paſſuum, peruiam, & culturæ aptiſsimam. Eſt ptęterea maritimis auris præclarè expoſitus, morniferarum ferarum omnino expers, à mari & à mediterranea regione rupes habens inacceſſas: quæ uerò media loca ſunt, modicam ſtructuram requirunt. In eo tumulus inſurgit, qui ſpeculæ ſimul, atq; arcis locum obtinet. Portum habet amœniſsimum, & ijs qui à Drepano, uel Lilybæo Italiam petunt, commodiſsimũ, aquarum præterea copia inſignem. Aditus ad eum omnino tres ſunt, & ij perdifficiles, duo à mediterranea regione, tertius à mari. In eo loco Amilcar caſtra poſuit, ut qui neq; propriam urbem, neque ſpem ullam habebat, ſed medijs ſeſe obijciebat hoſtibus: neque tamen quieſcere interea hoſtes permittebat. Nam & mari ſæpe ab eo loco delatus, in maritimam Italiæ oram omnia uſque ad regionem Cumarum uaſtauit: & poſtea pedeſtri itinere ducto exercitu, caſtris ante Panormũ poſitis, nõ lõgius ab exercitu Romanorũ octingentis paſsibus: ibiq; tres ferè annos commoratus, multa & præclara facinora fecit,

cit, quæ particulatim commemorare difficilimum foret. Quemadmodũ enim dum pugiles præclariores dexterè ac fortiter propoſita corona pugnantes plagam plagæ indeſinenter iungunt, neq; ſpectatoribus, neq; ipſis certatoribus poſsibile eſt, ut de ſingulis impulſibus & plagis rationem reddant, ſed ſatis intelligentiæ cùm ex efficacia uirorũ, tum utrorumq; concertatione, peritia quoque & uiribus adhuc, & alacritate animi accipiunt: ita & de ducibus cenſendum eſt, de quibus nunc loquimur. Etenim uel cauſas, uel modos, quibus ſingulis diebus inuicem inſidias, inuaſiones & impreſsiones ſtruunt & inferunt, ſi quis ſcribere uellet, neq; ipſe numerare poſſet, & infinitam moleſtiã audientibus generaret, nec legentibus aliquid utilitatis adferret: ſed magis ex generali narratione, & concertationis exitu, ad intelligentiam prædictorũ ueniri poterit. Neq; enim ex hiſtoria ſtrategematum, neq; ex tempore, & præſentis caſus ſenſibus, nec eorum quæ ex temeraria & uiolẽta audacia geſta ſunt, aliquid in præſenti bello percipi potuit. Sanè diſcerni prorſus inter utroſq; exercitus multis de cauſis non potuit. Nam exercitus utriuſq; partis pares erãt, & caſtra pariter inacceſſa, propter admodum exiguum medij loci interſtitium: quod potiſsimum in cauſa erat, quòd particularia quotidie diſcrimina indeſinenter ſubibantur: in uniuerſum uerò nihil quod ſummam rei concernebat, perficiebatur. Nam ijdem frequenter in conflictationibus alij interibant, alij ſemel inclinantes, confeſtim periculis exempti ſecuri reddebantur, ac rurſus decertabant. Verùm fortuna tanquam optima diſpenſatrix, è regione illos commutans, è prædicto loco & certamine in locum anguſtiorem & certamen periculoſius cõcluſit. Romanis enim, quemadmodum ſuprà diximus, non ſolum in uertice, uerumetiam in radicibus montis Erycen cuſtodientibus, Amilcar urbem Erycinam capit, quæ media erat inter uerticem mõtis, & præſidia Romanorum, quæ in radicibus erant. quo facto, accidit Romanos qui in uertice erant, à Carthaginenſibus obſeſſos, ſummo in diſcrimine uerſari: nec minus ſanè Carthaginenſes ipſos in Erycina urbe premi, duobus Romanorum præſidijs, altero ſupra uerticem, altero à radicibus montis obſeſſos: nec niſi unicam, & eam perdifficilem ad importanda in urbem neceſſaria, habẽtes uiam. Ita inuicem & obſeſsi, & obſidẽtes ſumma obſtinatione animorum utriq; perdurabant, extrema omnia tolerantes, et maximis quibuſq; periculis ſeſe obijciẽtes. Tandẽ nõ, ut Fabius inquit, uiribus debilitati ac delaſsati, ſed ut rigidi quidã & inuicti uiri, ſacram coronam fecêre. Antequã enim altera pars alteram uinceret, quamuis biennium eo loci certaſſent, per aliam rationẽ bellum illud terminari cœpit. Itaq; res Eryceæ, & pedeſtres copiæ, hunc in modum conſtitutæ erant. Vtræq; autem reſpublicæ ſimiles erant generoſis uolucribus ad extremum uſq; ſpiritũ inter ſe certantibus. Illæ ſiquidem tametſi ſæpenumero propter amiſſas uires alarũ uſu deſtituãtur, animo tamen infracto manẽtes, plagas tantiſper repellunt, donec ultrò aliquãdo inuolutę facile aliæ ab alijs aufugiãt: quo facto, aliæ alijs prævolant. Sic Romani iam & Carthaginenſes laboribus iã defatigati, prælijs continuis obriguerũt, ac uires ſuas diſſoluerũt, & propter diuturnos ſumptus remiſerunt. Romani autem quamuis annos iã propè quin decim marinis cõflictationibus prorſus abſtinuerãt, cũ propter aduerſos euentus, tum quòd pedeſtribus copijs bellum hoc terminare confiderent: quoniã uerò propoſitum ipſis nõ ſuccedere uidebant, præſertim uerò propter audaciã ducis Carthaginenſium, tertio iam nauticarum copiarum ſpem conceperunt. Cogitarunt enim, ſi propoſito illo proſperè uterentur, ea tantum ratione finẽ ſe bello rebus ſuis commodum impoſituros. quod & tandem effecerunt. Primùm enim mari abſtinuerunt, cedentes infortunij euentibus: ſecundò, quòd nauali pugna circa Drepanum uicti eſſent. Tum uerò tertio ad idem propoſitum regreſsi ſunt, quo victores facti, Carthaginenſium exercitus circa Erycen commeatuum ſubſidio priuarũt, ac finem toti bello impoſuerunt. Erat autem conatus ille maxima ex parte quædam animorum contentio. Nam neceſſarij ſumptus ad id propoſiti reipublicæ non erant, uerùm priuatim ciues pro ſuis

quiſq;

quisq; facultatibus contribuentes, plures unâ simul quinqueremẽ ædificabãt, & necessarios ad eã sumptus subministrabant. Tantus erat universi populi ardor ad res bellicas, imperiũq; Romanũ propagandũ. In hunc modũ ducentas quinqueremes parauere, instar eius nauis Rhodiæ, quam apud Lilybæũ captã supra ostendimus. Huic classi præficiunt L. Lutatiũ consulẽ, eumq; aduenientẽ iam uere, aduersus Carthaginenses mittũt. Hic igit̃ cum omni classe ex improuiso in Siciliã delatus, primo aduentu Drepani portũ, cæteroscq; qui circa Lilybæum erant, occupauit, uniuersis Carthaginensiũ nauib. sese ad Ducẽ pauidè recipientibus. Hinc Drepanũ instructis machinis, cæterisq; ad obsidionẽ necessarijs, expugnare nitit̃. Et quia nõ longè aberat Carthaginensiũ classis, memor præteritarũ rerum, quantũ momentũ bello maritimæ res afferent, haudquaq; per ociũ atq; socordiã tempus conterebat: sed remiges ac nautas assiduè exercebat, neminemq; ex tota classe ociosum esse patiebatur. Ita breui tempore factũ est, ut Romani milites ad nauales pugnas aptissimi forent. Carthaginenses præter expectationẽ cognito aduentu Romanæ classis, confestim ipsi quoq; naues parant, frumento, ac cæteris necessarijs reb. onerant, ne quid ijs qui apud Erycem obsidebant̃ necessarijs rebus deesset. Classi Annonẽ præficiunt, hic delatus ad insulã, quam uocant Hieronesum, inde nihil sentientib. hostibus, in castra ad Amilcarẽ nauigare, & euacuare naues, ac cõmeatum exponere properabat. Acceperat autẽ et classiarios milites ex stipendiarijs selectiores, cum quibus erat & Barcas, ut cum hostib. dimicare posset. At Lutatius aduentu hostiũ cognito, eorũ consiliũ suspicatus (haud enim difficilis coniectura erat) optimis quibusq; è pedestri exercitu militibus secũ adductis, confestim ad Egusam insulam nauigat. Hæc insula nõ longè abest à Lilybæo. hic hortatus pro tempore militũ animos, ut in sequentẽ diẽ omnes sese ad pugnã pararent, edixit. Postridie cum iam diluescere dies cœpisset, Consul prosperũ quidẽ, ac secundũ adesse hostibus uentũ conspicatus: classi uerò Romanæ planè aduersum, præterea mare turbidum esse ac procellosum, quid agendum foret, aliquãdiu dubitauit. Mox uerò considerans suos, si durante procella maris, ad manus cum hostib. ueniant, præliũ duntaxat cũ Annone & cum nauálibus copijs, & cũ impeditis atq; onustis nauib. inituros. Si uerò prorogato pugnæ tempore, tranquillitatẽ maris expectent, iam necesse fore, ut cũ euacuatis ac maximè expeditis nauibus, cũ optimo quoq; milite è pedestri exercitu, delecto: & quod maximũ est, cum Amilcaris audacia, quo nihil terribilius per id tẽpus audiebat̃, in certamẽ descendant. Statuit tandẽ, quamuis turbido & aduersante mari cũ hostib. congrediendũ. Venientibus igitur pleniis uelis Carthaginiensiũ nauibus, classem structã atq; paratã opponit. Carthaginenses ubi interceptũ classis suæ cursum ab hostibus uident, nauesq; illorũ ad certamẽ paratas, dimissis uelis, ipsi quoq; se ad præliũ cõparant. Hic confirmatis animis utrinq; confligitur, quo in loco cum omnia è diuerso forent, quàm olim in pugna apud Drepanũ fuerant, non immeritò diuersum quoq; res exitũ habuere. Romani enim naues quàm celer rimas habebant: onera omnia, exceptis quæ ad belligerandum necessaria uidebantur, deposuerant. Remiges eorũ diu exerciti, & ob eam causam acres, ad certamen prompti erant. Optimi quiq; milites ex toto pedestri exercitu delecti fuerant. Carthaginensibus hæc omnia contrà euenerant, eorũ naues onustæ, et ob id ad res gerendas ineptæ erant: turba remigũ ac nautarum ut tum ulturaria, ita ad res bellicas rudis: milites noui, necdum periculis assueti. Nam quod Romanos nunquã amplius mari quicquam molituros existimabant, omnem protinus rei nauális curã cogitationemq; deposuerant. Quamobrem simulac pugnari cœptũ à Romanis, superant̃. Naues eorũ quinquaginta uel fractæ, uel submersæ, septuaginta plenæ captæ, reliquæ sublatis uelis, subita uenti mutatione facta, mirabili celeritate sese ad Hieronesum ex fuga receperunt. Consul post præliũ cum omni classe Lilybæũ reuersus, prædã & capiuorũ corpora inter suos diuidit. Fuerũt enim è Carthaginensib. uiui capti, præter eos qui inter certandũ perierant, circiter decem millia hominũ. Carthaginenses tali ac tanta

clade perculsi, etsi animo ad belligerandū promptissimi erāt, diuersis tamen rationibus impediebant. Siquidē neq; ijs qui in Sicilia erant, subministrare commeatum poterant, amissa classe, & hostibus mare undiq; tenentibus: et deserinquere ducem, ac milites optimè de republica meritos, proditionis simile existimabant: quibus uero copijs, aut quibus ducibus contenderent, nō habebant. Quapropter missō ad * Amilcarē quam celerrimè nuncio, potestatē illi tradūt, quicquid de republica usum fuerit, faciendi. Amilcar optimi simul, ac sapientissimi ducis officium fecit. Quandiu enim aliqua Carthaginensiū rebus spes superfuit, nullū unquam laborē, nullū periculū euitauit, sed summa industria atq; audacia fretus, omnia pro adipiscenda uictoria, si alius quisquā ex ducib; ipse assiduè subijt. Vbi uerò Carthaginensiū rebus nullam amplius relictā spē uidet, prudenter ac moderato animo cedens tempori, legatos qui de fœdere agerent, ad Consulem misit. Enimuero optimi ducis officium existimandū est, posse nō solū uincendi, uerumetiā cedendi tempora perspicere. Lutatius quoq; conditionē fœderis nequaquā aspernatus est, conscius difficultatū, quibus ex diuturno bello populus Romanus premebat, et quòd iam bellū terminare liceret. Ita tandē de fœdere cōuenit, huiusmodi conditionib. præscriptis: Amicitiā esse Romanis Carthaginensibusq;, si id populo Romano uideatur, excedere prorsus omni Sicilia Carthaginienses, neq; posthac Hieroni bellū inferre, neque cōtra Syracusanos Syracusanorū ue socios mouere arma: Carthaginenses sine precio captiuos omnes reddere, insuper talenta argenti Euboica duo millia & ducenta Romanis, annos uiginti, pendere. Has conditiones Romā missas, populus Romanus cōprobare noluit, uerū in Siciliā decē uiros cum authoritate publica legatos misit. Hi in Siciliā delati, summā rei haudquaquā immutarūt, tempore pendendi argenti duntaxat coarctato, ac mille insuper talentis additis. Id præterea conditionibus addidere, ut non solū Sicilia, sed etiā omnibus insulis, quæ inter Siciliā atq; Italiā mediæ sunt, Carthaginenses excederēt. Per hunc itaq; modum primo bello, quod Romani aduersus Carthaginenses pro Sicilia gesserunt, finis impositus. Durauit id bellum continuos quatuor & uiginti annos, omnium sanè quæ nos audiuerimus, longissimū atq; maximū. In quo, ut alia omittā memoratu digna, semel quinqueremibus ex utraq; parte amplius quingentis, iterū nō multo minus quàm septingentis inuicē pugnatū fuit. Amiserunt in eo bello Romani quinqueremes septingentas, cū illis quæ diuersis naufragijs perierunt. Carthaginenses uerò circiter quingentas. Itaq; qui ante eum diē admirati fuerant Antigoni & Ptolemæi et Demetrij nauales copias, et classem, meritò posthac magnitudine rerū à Romanis, Carthginensiū busq; gestarū, omnem admirationē deposuere. Quod si quis considerare uelit, quantū interfit inter quinqueremes ac triremes, quib. Persæ aduersus Græcos, Lacedæmonij bello inter se usi fuere, profectò nunquam maioribus copijs mari pugnatū intelliget. Quibus ex rebus clarè cōstat, id quod principio à nobis propositū fuit, Romanos neq; fortuna, ut Græcorū quidā putant, neq; casu, sed haud præter rationē talibus ac tantis rebus exercitatos, uniuersale sibi imperium non modo audacter uindicare conatos, sed & uoti compotes esse factos. quanquam erunt fortasse qui dubitent, quę causa sit, quòd cum longe magis polleant hac tempestate terra mariq; Romani, quippe qui uniuerso iam orbi dominantur, non tamen aut tot simul naues ædificare, aut tantam uno tempore classem conficere ualeant. Verùm eius rei causam facile licebit intelligere, cum ad expositionem Romanæ reipublicæ, morumq; atq; institutorum eius uentū erit. Nam de ijs præter propositum facere mentionem, neq; nobis commodū, neq; lectoribus nostri operis utile foret. Siquidē res ipsæ amplissimæ sunt, sed tamen usq; in hunc diem, ut id quod sentio dicā, nemini notæ, culpa eorum qui historias scripserunt. Ii enim partim ignorarūt, quæ scriberent: alij, et si rectè intellexerūt, obscurè tamen ac prorsus inutiliter scripsere. Enimuero in hoc bello, si quis diligenter animaduertat, pares sanè utriusq; populi animos, resq; omnes duarū maximarū ciuitatū inter se similimas inueniet:

inuenîet. Principiò desiderium utriusq; simile fuit, magnitudo animi par, cupiditas gloriæ æqualis, uiri apud Romanos longe quidem præstantiores: sed dux Carthaginensiũ Amilcar cognomẽto Barca Annibalis pater, qui postea bellũ cum Romanis gessit, prudentia & fortitudine nemini secundus. Fœdere autẽ inter Romanos, Carthaginenseśq; percusso, similes ferè casus utrũq; populũ excepere. Bellum enim ciuile sequutum est. Romani quippe statim cum gente Falisc̃orũ bellum gerere cœperunt, quod tamẽ intra paucos dies, ciuitate eorũ potiti terminarunt. Carthaginenses uerò per idẽ tẽpus exterorum ac Numidarum, et aliorum Africę populorũ, qui unà cum illis defecerant, bello circumuenti, in extremũ ferè discrimen deuenere: tandemq; nõ modò pro prouincia, sed pro seipsis, pro libertate, pro liberis, pro solo natali, coacti sunt dimicare. Quod bellũ, cum multis de causis memoratu dignũ sit, summatim, breuiterq;, sicuti ab initio proposuimus, referemus. Nam quale, quamq; atrox sit id bellũ, quod à plerisq; irreconciliabile uocat̃, facile quiuis ex reb. gestis eorũ temporũ suspicari poterit. quàm uerò multa prouidere ducem exercitus, & longè antea cauere oporteat, qui stipendiarijs militib. utit̃, ex ijsdẽ planè rebus quę tũ contigerũt, palàm fiet: et præterea quid discriminis sit inter mores cõmixtos et Barbaros, et eos qui in disciplinis, legibus, & politicis morib. educati sunt: quodq; præcipuũ est, ex cognitione earũ rerũ facile intelligent̃ causæ eius belli, quod postea Annibal aduersus populũ Romanũ gessit. Quæ quoniã non modò apud eos qui historias scripserunt, uerumetiã apud eos qui in ipso bello fuere, interdum dubiæ sunt ac perobscuræ, operę preciũ erit, si ueritatẽ rei studiosis nostri operis apertã faciemus. Amilcar post percussum cum Romanis fœdus, copias ab Eryce in Lilybæũ deduxit. hinc sese statim magistratu abdicauit: copias Gesconi duci, qui Lilybęi erat, transmittendas in Africã tradidit. Gesco, quòd res nouas in tanta multitudine hominũ, si simul in Africã delatæ forent, uerebat̃, præsertim cum magna militibus stipendia deberent̃, quæ propter inopiã ærarij solui nõ poterant, prudentissimè antea prouiderat, ne simul omnes, sed diuersis inter se temporibus, copiæ mitterent̃. Factis etiã de industria interuallis, ut facilius per partes prouideri posset: primiq; antè domũ abijssent, quàm secũdi superuenirẽt. Carthaginenses inopia ærarij præcedentib. sumptibus exhausti, non solũ non dimittebant copias: sed ut in urbe aduentũ cęterarũ expectarẽt, iubebant, quo simul cũ omnibus de stipendijs transigerẽt. Cæterũ cum multa in urbe, & per noctẽ, & interdiu à militibus maleficia cõmitterent̃, intolerabilisq; iam esset multitudinis intemperantia, Carthaginenses accersitis ducibus, eos rogant, ut tantisper dũ de prouincijs disponerent, omnẽ multitudinẽ quæ in urbẽ conuenerat, ad oppidũ Siccã traducant. Præterea nonnihil pecuniæ singulis quibusq; tradi iubent, quo facilius tolerare moram possint. Duces dicto Carthaginensiũ obtemperãtes, sine mora multitudinẽ educere cœperunt. Verùm cum singuli quiq;, quemadmodũ superiori tempore fecerant, uellent impedimenta Carthagini relinquere, ueluti paulopòst eò pro stipendijs reuersuri: Carthaginenses ueriti, ne si id eis permitterẽt, alij amore liberorũ, pars uxorũ gratia, uel nõ abirent, uel mox in urbẽ reuerterent̃, & ita conditiones ciuitatis nihilo meliores fierent, tandẽ bostiliter cũ omnib. rebus suis exire inuitos coegere. Vt igitur in Siccã traducti sunt milites, licentius iã per ociũ atq; socordiã uitã agebant: id quod in exercitu pernicios̃issimũ est, & ferè ac solum, ut ita dicã, fons atq; origo seditionũ omniũ. Quidã stipendia insolentius quàm antè, ac longè maiora quàm prius postulabant, omnes munerũ memores quæ inter pericula duces, cũ eos ad bellũ hortarentur, sibi pollitici fuerant, etiã præter stipendia longe maiora expectabãt. Verùm spes sua eos frustrata est. Nã simul atq; omnes in Sicca oppido cõuenere, missus ad eos Anno Carthaginensium dux, nõ solũ nõ attulit munera quæ sperabãt, sed de penuria ærarij multa locutus est, & aliquã stipendiorũ remissionẽ postulauit. Quib. rebus cõmota multitudo, confestim insurgere cœpit, ingens tumultus, magnaq; in exercitu seditio ac turba (quã uocant) orta, utpote in tanta morũ atq; linguarũ uarietate. Nam

Carthaginenſes, quòd ex uarijs diuerſiſq; hominũ generibus exercitũ cõpo-
nerent, partim quidẽ rectè faciebant: ſiquidẽ neq; cõſpirare inter ſe facilè adeò
diuerſa gens poterat, & mandatis ducũ facilius uniuerſi obtemperabant. At ſi
quando furor aut oblocutio uel ſeditio in exercitu oriru, tunc neq; mulcere
quenquã, neq; alicui modũ imponere licet. Gens ignara cum impetu ferĩ. Vbi
ſemel ad irã uentũ eſt, more ferarũ cõtinuè magis crudeſcit, neq; ullus eſt ſæui-
tiæ modus. Quod ea tẽpeſtate in exercitu Carthaginenſiũ euenit. Erant enim
Hiſpani alij, alij Galli, quidã Ligures, itẽ Baleares: Græci etiã nõ pauci, quorũ
plures profugi erant, & ſeruí. maxima uerò pars ex Afris erat. Quamobrem
neq; congregare omnes uno tempore cuiquã licebat, neq; alius ad eã rem mo-
dus inueniri poterat. Ducẽ ſingulorum linguã noſſe, impoſsibile erat. Plures
uno tempore ad conuocandam multitudinem, adhibere interpretes, ac ſimul
quarto uel quinquies etiã eadem de re loqui, propè quàm prius (ut ita dicam)
impoſsibilius uidẽ. Reliquũ erat, ut id per duces eorũ fieret, quòd Anno eue-
ſtigio expertus fruſtra laborauit. Siquidẽ alij mandata ducũ nequaquã intel-
ligebant, alij aliter referebant quàm dicerent, licet duci conſenſiſſent: pars id
ignorantia, pleriq; uitio faciebant. Quamobrẽ perplexitate, inhumanitate, ac
diffidẽtia omnia plena erant. Inter cętera querebanr, à Carthaginenſib. ſtudio
neminẽ ex ijs ſub quibus in Sicilia militauerant, quiq; munera eis polliciti fu-
eran,: ducẽ ad ſe, ſed eum eſſe miſſum, qui nullis hiſce rebus interfuiſſet. Tan-
dem uerò raptis per iram armis, contempto Annone, & cæteris ducibus, Car-
thaginẽ uerſus profecti, apud oppidũ Tunes, quindecim millibus paſſuum à
Carthagine, caſtra locant. Erant hi ſupra uiginti millia hominũ. Carthaginen-
ſes tunc demũ ſe circumſpicere, tunc errata ſua recognoſcere cœperunt, cum
nullũ amplius rebus ipſorũ remediũ eſſet. Ingens enim Carthaginenſiũ error
fuit, tantã cõductorum militũ multitudinẽ, finito bello, in unũ locũ coẽgiſſe,
cum nullã ſpem amplius rei militaris haberent: nec eo minor, liberos, uxoreſq;
eorum, aut cętera impedimẽta non retinuiſſe Carthaginí, quibus (ſi res poſtu-
larer) ueluti obſidib. uti poſſent. Tamen cum tantã multitudinẽ hominũ baud
parũ formidarent, nihil quo illoru iram leniri poſſe arbitrarenr, prętermittere:
iubere, ut in caſtra eorũ à ſuis frumentũ & cætera neceſſaria portarẽtur, uẽde-
renturq;, quo precio illi uellẽt. Crebras prætera legationes ad eos ex ſenatu
Carthaginẽſi mittere, pollicerique facturos ſe quę ipſi peterẽt, modò poſsibilia.
At mercenarij milites ſingulis dieb. noui aliquid cogitare, audaciores iã facti,
quòd timeri ſeſe à Carthaginenſib. ſenſerãt, quodq; bello Siculo exerciti erãt:
et nec Carthaginẽſes, nec alij quiquã cõſpectũ ipſorũ in armis haud facile per-
ferre poſſent. Quãobrẽ ubi priùs debita ſibi ſtipẽdia petere cõſueuerãt, nunc
etiã interfectorũ equorũ precia exolui ſibi poſtulabãt. Neq; ijs cõtenti, rurſus
multorũ annorũ frumentũ deberi ſibi aſſerebant: pro eo, inauditũ ante eũ diẽ
precium flagitabãt. Deniq; quotidie noui aliquid, quo bellũ mouerent, reperie-
bãt. Peſsimi quiq; et maximè ſeditioſi milites, in exercitu prędalebãt. Cartha-
ginẽſib. omnia ſeſe quæ poſsibilia eſſent facturos pollicẽtibus, tandẽ inter eos
cõuenit, ut omnia quæ in dubio eſſent, unius arbitrio cõmitterenr, quo duce
illi in Sicilia uſi eſſent. Sed enim Amilcarẽ Barcã, ſub quo in Sicilia militauerãt,
nõ ſatis diligebãt: quòd neq; nunc in tanta diſsẽſione ad eos ijſſet, et antea ſpõ
te ſeſe magiſtratu abdicaſſet. Geſconẽ uerò omnes unanimiter amabãt, quoniã
& dux in Sicilia fuerat, & erga eos perbumaniter ſe geſſerat, cũ cæteris in reb.
tũ uel maximè in traductione copiarũ in Africã. Huic igiũ ſummã rei cõmittẽ-
dã omnes cenſuere. Geſco è ueſtigio cũ pecunijs mari profectus, ſimulac Tu-
nes appulit, principiò duces cõuocat, deinde ſingulas quaſq; nationes cõgre-
gari iubet. Hic eos partim prętereritarũ rerũ gratia increpat, partim pręſentiũ ad
monet: in futurũ ut Carthaginẽſes, quorũ milites lõgo tẽpore fuiſſent, colãt,
lõga oratiõe hortaĩ. Tandẽ ſuadet, ut ſuũ quiſq; ſtipendiũ equo animo capiat:
id uerò per nationes diuidere cupiebat. Erat in exercitu Cãpanus quidã, qui
nuper ſeruus è Sicilia à Romanis transfugerat, utrib. corporis atq; audacia in

rebus

bus bellicis insignis, nomine Spendius. Hic metuēs, ne, si fœdus cū Carthaginensibus fieret, in domini sui potestatē deueniret, ac secundū leges populi Romani cæderetur, summā audaciā uerbis acre ipsa quæcunq; moliri, quo omnia magis perturbarentur, seditionem quàm fœdus, bellū quàm pacem, præoptare. Præterea etiam Afer quidā nomine Matho, qui liber quidē erat, atq; in Sicilia pro Carthaginensibus dimicauerat: sed quia multa in dissensione seditiose fecerat, supplicium formidabat. Hic igitur Spēdio cōsentiens, conuocata Afrorū multitudine admonet, ut prudenter rebus suis consulant, neq; dubitent Carthaginenses, cū primū cęteri milites accepto stipēdio in prouincias reuersi fuerint, omnem suam iram in Libyes conuersuros: utq; ita cunctis Afris ipsorum supplicio terrorem incutere conaturos, proinde uideāt quid agāt. Quibus uerbis cōmota mirū in modum multitudo, simul quòd mentionē duntaxat de stipendio à Gescone factam intelligebant, nihil autem neq; de precio interfectorū equorū, neq; de frumento tot annorū ab eo commemoratū: extēplò omnes simul in concionem, deliberandi causa uenere. Hic Spendio ac Mathone uehementer in Gesconem, ac reliquos Carthaginenses inuehentibus, omnes facilimè aures præstabant. Quod si quis præterea aliter consulere nitebatur, non expectabant, idē' ne quòd Spēdius, an diuersum sentiret, intelligere, sed cōsestim iactis in eū lapidibus, interficiebāt. Multi in hūc modū, non solū duces, uerùm etiā priuati homines cæsi: nihilq; aliud in tanto tumultu, per totū exercitū audiebatur, quàm uerbū, Inīce, inīce, pariter omnes clamabant. Et quamuis hoc continuè faciebāt, magis tamen sæuiebāt, si quando ebrij à cœna surrexerant. Itaq; si quis dicere, Inīce, semel cœpisset, confestim ita undiq; lapides cōcurrebant, ut ne fugæ quidē locus ullus relinqueretur. Ita cū nemo amplius cōsulere in cōcione quippiā auderet, Spendiū & Mathonē unanimi cōsensu duces sibi constituere. Gesco, etsi tantū in multitudine tumultū ac seditionē cerneret, tamen utilitatem patriæ cæteris omnibus rebus præponendā existimabat. Itaq; cum intelligeret, crudescētibus in dies magis multitudinis animis, res Carthaginensiū summū in discrimē adduci, etiā cū sui capitis periculo insistere, atq; experiri omnia decreuit: & nūc uocatis ad se principibus cōiurationis, nūc singulis separatim nationibus accersitis, eorū animos precibus, pollicitationibusq; mulcere conabatur. At illis nondum frumentum quod petierant cōsecutis, & tamen deberi sibi affirmātibus, acriterq; petentibus, Gesco contumaciā illorū cohibere uolēs, ut à Mathone ipsorū Duce ista peterēt, iussit. Ad eā uocē indignata multitudo, in tantā insolentiā prorupit, ui cōfestim pecuniā omnē, quæ ad dissoluenda stipendia parata erat, diripuerint, Gesconēq; ipsum, ac cæteros qui cū eo erāt, Carthaginēses ceperint. Matho aūt ac Spendius multitudinis duces, ut celerius exardescceret bellū, immane aliquod patrare facinus properabant. Quamobrē insolentiā multitudinis adiuuātes, unà cū pecunijs etiā sarcinas Carthaginenses rapuere, Gesconē, cęterosq; qui cū eo erāt, post multas cō tumelias duci in uincula iussērūt. Ipsi posthac crudeli, et ante eū diē inaudita inter se facta cōiuratione, apertū cū Carthaginēsib. bellū gessere. Ex huiusmodi igit' causis natū est, taleq; principiū habuit bellū cōtra stipēdiarios gestū, quod Africanū dicit'. Matho ac Spēdius paratis ijs quę suprà memorauimus, cōsestim ad oēs Africæ ciuitates legationes mittūt, ad libertatē eos prouocātes, & ut sibi adiumēto esse uelint rogātes. Omnibus ferè Africę populis inceptū cōprobātibus, cōmeatuq; et copijs abūdē submiīstratis, duces diuiso inter se exercitu, pars Vticā, alij Hipponē, quòd hę ciuitates in cōspiratione dissensērāt, obsedere. Carthaginēses, qui rē quidē familiarē dūtaxat agricultura sustētare, publicas uerò pecunias ex tributis Africæ colligere, pręterea cōductis tantum modo militib. bella gerere cōsueuerāt, tūcijs nō modò priuatis, sed ea omnia in capitis sui pernicie cōuersa animaduertētes, multis uno tēpore difficultatibus premebāt, nec quo se uerterēt satis sciebāt. tātoq; hęc grauiora eis uidebantur, quāto pręter spē acciderāt magis. Etenim lōgo ac difficili in Sicilia bello fatigati, percussō ad extremum cū Romanis fœdere, sperabāt sese aliquandiu quiescere,

scere, ac respirare posse. At id longè contrà euenit: bellum enim subitò exarsit, infestius multo, ac periculosius, quàm antea. Siquidem primò de possessione Siciliæ cum Romanis certabant, nunc uerò pro se ipsis, pro liberis, pro patria, subire pericula cogebãtur. Ad hæc nulla amplius arma, nullæ nauales copiæ, nullius classis apparatus apud eos erant, ut qui tot naualibus prælijs uicti ac profligati fuerant, nulla præterea in posterum tributa, nullum amicorum aut sociorum præsidium expectabant: tunc demum intelligentes, quantum inter externum ac transmarinum bellum & ciuilis seditionis tumultuationem interesset: cuius mali causa profectò ipsi sibijpsis fuere. etenim superiori bello, quòd iustas se causas habere putarent, superbè nimium atque auarè Africæ populis imperauerant, uniuersorum fructuum medietatem abstulerant, tributa in ciuitatibus duplicauerant: nullum etiam ijs qui per ignorantiã deliquerant, remittere crimen uoluerant. Duces eos duntaxat honestauerant, non qui benignè ac clementer se gessissent, sed qui grandem ærario pecuniam cumulassent, quamlibet iniustè per eos in populum sæuitum esset. qualis fuit is quem suprà memorauimus, Anno. Quibus rebus factũ est, ut populi Africæ non solum hortatu multorum, uerumetiam unico nuncio facilè ad rebellionẽ induci posse uiderentur. Siquidem mulieres ipsæ, quod superiori tempore uiros liberosq; earum, ob non soluta uectigalia duci in seruitutem uiderant, in singulis quibusq; ciuitatibus conspirauere, nihil relictorum sibi bonorum occultantes, sed mundos etiam muliebres (quod dictu incredibile uidetur) ad soluenda stipendia sponte conferentes. quibus ex rebus tantum Mathoni ac Spendio facultatum comparatum, ut non solum in militibus, quæ principio coniurationis polliciti fuerant, abunde persoluerint, uerumetiam ad futuros belli apparatus satis superq; habuerint. Quamobrem non præsentia solum, uerumetiam futura prospicere rectè consulentem conuenit. Carthaginenses, etsi tot undiq; calamitatibus circumuenti forent, non tamen omnino animi concidere: sed quantis pro angustia temporis licuit, paratis mercenarijs militibus ducem præficiunt Annonem, quòd ille & antea bellum circa Hecatompylon terminasse uidebatur. hinc urbanam iuuentutem armant, equites etiam urbanos exercent, reliquias nauium, triremesq; partim ueteres instaurant, partim nouas instruunt. Interea Matho & Spendius, cum iam septuaginta armatorum millia ad eos ex Africa cõueniissent, diuisis, quemadmodum suprà diximus, inter se copijs, Vticam atq; Hipponem obsidebant, nondum tamen desertis castris, quæ apud Tunes oppidum antè constituerant. ex quo fiebat, ut Carthaginenses omni Africa excluderentur. Siquidem Carthago in promontorio sita est, in mare protendens, insulæq; speciem habet, nisi quòd arctissima tellure Africæ coniungitur. Vrbs ipsa partim mari, partim stagnis coarctatur. Latitudo telluris, quæ eam cum Africa iungit, non amplius quàm tria millia passuum cõtinet. Huius ab una parte, quæ in mare protenditur, nõ longè abest Vtica ciuitas, in altera iuxta paludem Tunes est oppidũ. Hostes igitur castris hinc apud Tunes, illinc apud Vticam positis, Carthaginẽses ab reliqua Africa excludebant: ac modò noctu, modò interdiu, ad mœnia usque Carthaginis prorumpentes, tumultu & trepidatione urbem complebant. Inter hæc Anno, quæ bello necessaria erant, diligentissimè parauit: erat enim uir promptus, & ad huiusmodi res ingeniosissimus. At paulo pòst aduersus hostes cum exercitu profectus, quòd recte discernere tempora nesciret, magnã ducis imperitiam præ se tulit. Missus etenim in auxiliũ Vticensibus obsidione laborantibus, primo impetu hostes elephantorum multitudine perterritos dissipauit: mox uerò adeò imprudenter se gessit, ut ipsos obsessos, in quorum subsidium uenerat, maximum in discrimen, & extremam ferè perniciem adduxerit. Nam cum balistas, tormẽta, catapultas, ac omnifariam oppugnandarum urbium machinas, secum Carthagine detulisset, castris ante mœnia urbis positis, pugnã cũ hostibus cõmisit. Illi cũ elephantorũ uiolentiã sustinere nõ possent, desertis castris, pluribusq; ex suis interfectis, in proximum collem

aduersus Numidas bella gerere solitus: qui ubi semel fugam arripuere, uix ad tertiam diem consistere solēt, quasi iam uictor foret, cura persequendi hostes abiecta, Vticā ingressus, tantummodo curando corpori operā dabat. Hostes uerò sub Amilcare in Sicilia militare consueti, ac sæpe eodem die fugere hostem, & mox iterum insectari, simulatq; Annonem Vticā ingressum cognouere, exercitumq; fiducia uictoriæ securum degere, repente castra hostiū aggressi, eorum partem interficere, reliquos cum ignominia sese in urbem recipere coegerunt, machinis & cætero belli apparatu, nemine iam contradicente potiti. Neque hoc solum tempore Annonis imprudentia Carthaginensibus obfuit. Nam paucis interiectis diebus, cum castra hostium apud Sorzam oppidum forent, nactus opportunissimum tempus quo hostes, bis structis de more aciebus, bis tumultuario impetu facto, superare facile potuisset, utrunq; tempus ignauia atq; socordia prætermisit. Carthaginenses itaq; cum Annonem imperitè uersari in eo bello cernerent, rursus Amilcarem unanimi consensu ducē creant: huic elephātos septuaginta tradunt, omnē præterea conductum militem, & transfugas, item equites, peditesq; urbanos, ita ut uniuersi essent circiter decem millia hominum. Hic euestigio cum exercitu profectus, incredibili uirtute, uno tempore & animos hostiū fregit, & obsidionem Vticæ dissoluit: & dignus ea gloria, quam ex rebus gestis antea cōparauerat, eaq; expectatione, quæ de eo apud omnes erat, apparuit. Fuit autem prima eius industria hunc in modum cognita. Promontorium in quo Carthago sita est, aspero admodum dorso, ac montuosis saltibus ad reliquam Africam coniungitur. Viasq; habent ea loca perdifficiles, atq; inaccessas, et magna ex parte manu factas. Igitur tumulos omnes, qui itineribus imminent, Matho occuparat, ac præsidijs ea loca diligentissimè firmauerat. Fluit præterea per hæc loca Machæra fluuius, altis quidē ripis ac prærapido gurgite, nec nisi unico pōte transmeabilis. Supra pontē urbs est nomine Sephyra, hanc eodē modo Matho tenebat. Quibus ex rebus accedebat, ut nō modò exercitui Carthaginensiū, sed & priuatis quibusq; hominibus præclusus in Africā transitus foret. Quæ cū animaduerteret Amilcar, nihil intentatū relinquens, quo exercitū in Africam traduceret, tandem hoc consilio usus fuit. Animaduerterat cursum eius fluminis, quod suprà memorauimus, interdū flante uento ita distineri, ut stagnaretur ferè eius hostia, nec multū per id tempus in mare defluere. Itaq; facilem fore per ea tempora secus mare transitū suspicatus, rem nemini pandit: dum taxat quæ exercitui ad profectionem necessaria erant, parat. Hinc opportunum ei rei tempus expectat. quod simulatq; aduenit, per noctem cum exercitu profectus, nemine id sentiente, præter fluuij hostia copias omnes traducit. Orta uerò luce, & hostibus, & his qui in urbe erāt, tantæ rei miraculo obstupefactis, Amilcar aduersus eos, qui * Sephyram custodiebant, exercitum mouit. Spendius ubi traductas ab Amilcare copias intellexit, rapto confestim agmine in subsidiū suorū proficiscitur. Ita sibi inuicē utriq; exercitus opitulabātur. Erant aūt in ciuitate ponti uicina ad decē millia hominū, Vticæ uerò circiter quindecim millia. hi facile à se circūueniri posse Carthaginēses arbitrati, si utriq; aduersus eos proficiscerētur, & sub idē tempus alteri à fronte, alteri à tergo hostibus occurrerēt, repente cū omnibus copijs profecti, cōfirmatis animis aduersus Amilcarē tendunt. At Amilcar nihilominus iter persequitur, prima fronte elephantos habens, deinde equites, ac leuis armaturæ milites, postremò legionarios. Vbi uerò hostes ardentius in suos irruentes cernit, subitò mutari ordines, ac totum conuersi agmē iubet, ita ut qui à fronte erant, cōuerso itinere de industria, quasi fugam facerent: qui uerò postremi incedebant, alia ex parte flectentes, in primā frontē properarent. Quo facto Libyes, qui utrinq; Carthaginensibus obuiabant, rati hostes eo tumultu perterritos fugam arripuisse, deserto ordine circa illos funduntur, statimq; ad manus ueniunt. Simulac uerò equites sibi appropinquātes, ac reliquas copias cum impetu irruētes cernunt, nouitate rei perterriti, celeriter dissipantur, ac postremò se fugæ committūt.

Alij

Alij à legionarijs militibus, à latere inuadentib. magna cũ cede profligati: alij ab elephantis, equitibusq, qui post legionarios ruebant, pessundati. Ad sex millia hostium tam Afrorum quàm stipendiariorum in eo prælio cecidere. capti circiter duo millia: reliqui fuga accepta, partim ad ciuitatem ponti uicinã, nonnulli in castra quæ circa Vticam erant, se recepere. Amilcar his rebus feliciſsimè gestis, hostes qui in ciuitatẽ aufugerant insecutus, ciuitatẽ primo impetu cepit, militibus qui in ea erant, ad oppidum Tunes euestigio fugientibus. hinc per reliquam prouinciam grassatus, pleraq; oppida in potestatem redegit: alia tormentis ac manu militari expugnauit. ex quo factum est, ut Carthaginenses, qui paulo amè nullam rebus suis relictam spem cernebant, pristinum robur audaciamq; resumerẽt. Matho per id tempus Hipponem obsidebat. Hic Spendio & Autarico Gallorum duci persuaserat, ut hostes insequerentur: & plana quidem loca ob elephantorum equitumq; hostiliũ multitudinem euitarent, radices uerò mõtium tenerent: neq; ab hostibus, ob multa quæ accidere poterant, longè secederent. Præterea Numidas, Líbyesq; frequentibus nuncijs solicitabat, monens atq; orans, ut sibi præsidium ferrent, neq; paterentur tam opportuna ad libertatẽ Africæ tempora in irritum labi. Spendius igitur sex ueteranorum millibus ex omni multitudine, quæ apud Tunes erat, assumptis, per radices montium, non longè ab hostibus castrametabatur. habebat præterea unà Gallos, qui sub Autarico militabant. Erant hi circiter duo millia hominum: nam reliqua Gallorum multitudo, bello Siculo Romanis Erycen obsidentibus, ad eos transfugerat. Cum interea Amilcar in quadam planitie undiq; montibus circunsepta, cum omni exercitu moraretur, auxilia Numidarum, Afrorumq; magna multitudine Spendio superuenêre. Quo factum est, ut exercitus Carthaginensium tribus undiq; hostium castris cingeretur. à fronte Afri, à tergo Numidæ, ab latere Spendius imminebat. In tam iniqua conditione, maxima diu Amilcarem dubitatio tenuit quid sibi agẽdum foret. Erat per id tempus inter Numidas Narua quidam nobilitate generis clarus, ac in primis animo regio præditus. Hic semper Carthaginensibus fauebat, patrium habens sodalitium: & tunc potissimũ ob id suecurrerat, quòd Amilcarem ducem ereassent. Quamobrem opportunum tempus adesse ratus, quo amicitiam cum Amilcare iniret, in eius castra proficiscitur, habens secum Numidas circiter centum. Cumq; iam propè esset, audacter constitit, colloquium manu petens. Amilcar eius uiri audaciam admiratus, unum ex equitibus ad eum mittit. Ille iccirco se uenisse dicit, ut ducem alloquatur. Amilcare adhuc dubitante, neq; id credente, Numida equum atque hastam ijs qui secum erant tradit, ipse intrepidus ad Amilcarem proficiscitur. Cuncti admirabantur, obstupebantq; tantam uniꝰ Numidæ audaciam. Tandem uerò in colloquium uocatus, narrat sese omnibus Carthaginensibus mirificè affectum semper fuisse, Amilcaris uerò amicitiam iampridem summopere optasse. proinde adesse nunc sese, nunquam duci defuturum, sed omnibus in rebus sua omnia cum illo sine fraude communicaturum. Ea re audita Amilcar, tantam animo lætitiam concepit, tum ob audaciam adolescentis, quod adeò intrepidè ante eius conspectum profectus fuerat: tum ob simplicitatem, qua inter loquendum fuerat usus, ut non modo eum rebus suis socium adiunxerit, sed & filiam se ei in uxorem traditurum iureiurando affirmarit, dummodo fidem Carthaginensibus seruaret. Post hæc Narua ad suos reuersus, postridie cum duobus millibus Numidarum, qui sub eo erãt, ad Amilcarem transit. Ea manu militum Carthaginensibus addita, Amilcar iam cum hostibus dimicare ausus fuit. Spendius item auctis suorum uiribus, aduentu Afrorum ac Numidarum, exercitum in loca æqua deducit, ac sine mora cum hostibus congreditur. fit atrox prælium. Tandem Carthaginenses, & multitudine elephantorum freti, & Narua egregie operam nauante, uictores in eo prælio fuere. Autoricus & Spendius desperatis rebus, fugam arripuerunt. ex reliquis ad decem millia hominum in prælio cæsi, capti uerò circiter quatuor millia.

millia. Post id præliũ, Amilcar captiuis omnibus, qui secum militare uellent, licentiam concedit, armaq; ex defunctorum hostium spoliis præbet. Cæteros uerò qui recusabant, ad se uocatos hortatur, ne posthac arma aduersus Carthaginenses moueant: se omnium quæ usq; in eum diem patrarant, impunitatem concedere. proinde si uelint, licere unicuiq; quò uellet abire: si uerò posthac quid tentare deprehenderentur, certas eos pœnas daturos. Per idem tempus conducti milites, qui Sardiniam custodiebant, Mathonem ac Spendium imitati, Carthaginenses omnes qui in insula erant inuadunt, Bostarum ducẽ, ac reliquos ciues qui cum eo erant, in arcem adductos paulo pòst obtrũcant. Annone rursus duce in Sardiniam cum nouis copijs misso, conducti milites ab eo deficientes, confestim simul cum ueteranis contra eum conspirant, & mox cruci affigunt. Post hæc dignam tam atroci scelere pœnam ueriti, Carthaginẽses omnes qui in insula morabantur, strangulantes interfecere: oppidisq; omnibus atque arcibus potiti, ipsi post eum diem insulã tenuere, donec ortã inter se ac Sardiniæ populos seditione, ab illis expulsi, in Italiã uenerunt. Per hunc modum Sardinia à Carthaginensibus defecit, insula & magnitudine & multitudine hominum, & omni fructuum genere excellens. De qua quoniam multi ante nos scripsere, non duximus necessarium ea repetere, quæ à multis tradita, omnibus notissima sunt. Matho ac Spendius, & unà Autoricus, Gallorum dux, ueriti ne Amilcaris benignitas in dimittendis captiuis, præsertim oblata impunitate apud Libyes, cæterosq; conductos milites præualeret, crudele aliquod facinus machinari conabantur, quod multitudinis animos à Carthaginensibus omnino alienos faceret. Igitur concionem aduocare iubent. quò simul ac omnis multitudo cõuenit, tabellarius quidam cum literis adducitur, ueluti nuper ad eos ex Sardinia missus. Tenor literarum fuit, ut Gesconem, cæterosq; captiuos diligenter custodirent: esse enim in exercitu nonnullos, qui Carthaginensium gratia, liberationem illorum quærerant. Spendius huiusmodi occasionem nactus, primò hortatur milites, ne simulatæ Amilcaris clementiæ in dimittendis captiuis fidem adhibeant. non enim iccirco eos dimisisse, quo saluos esse cuperet: sed ut per illorum dimissionem omnium simul potiretur: neque de aliquibus, sed de uniuersis supplicium sumeret. Præterea admonet, ut Gesconem, & cæteros Carthaginenses diligenter obseruent, neq; abire per negligentiam permittant. Nam si aliter fecerint, statim sese & hostibus contemptui futuros, & in rebus gerendis maxima incommoda subituros. Etenim quis dubitet, si tam egregius dux, tamq; præstans in re militari ex eorum manibus per secordiam dilabatur, confestim uniuerso exercitui suo eundem inimicissimum fore? Adhuc eo dicente, alter à Tunete tabellarius aduenit, eiusdem planè sentẽtiæ literas afferens. quibus in concione recitatis, Autoricus dux Gallorum assurgens: Vnam, inquit, salutis uiam sese rebus suis prospicere, si omnis spes, quam in Carthaginensibus habeant, præcidatur: quamdiu quis ad illorum benignitatem respexerit, fidum in bello socium esse non posse. Itaq; illis maximè credere oportere, illos audire, illis mentem adhibere, qui acerbissima contra Carthaginenses consulerent: qui uerò aliter suaderent, proditores atq; hostes iudicandos esse. Hæc cum dixisset, hortatur, suadetq; ut Gesconem, ac cęteros qui cum eo in uinculis erant, item Carthaginenses omnes, qui postea capti forent, graui ter excruciatos necent. Erat hic maximæ in concionibus authoritatis, quòd eius orationem plurimi intelligebant. Nam homo longo tempore militiæ assuetus, Punica lingua utebatur, quæ iam ob diurnitatem eius belli omnibus ferè notissima erat. igitur oratio eius fauore militari excepta, à multitudine laudabat. Verùm multis, ex singulis quibusq; nationibus simul eũtibus, consultantibusq; inter se optimum fore, ut duriora illa supplicia tollerẽtur, præsertim in Gescone, cuius multa erga se beneficia extabant, nihil prorsus quod ab illis diceretur, intelligi poterat, utputa multis simul & singulis propria lingua consulentibus. Cum uerò tandem constaret, eos supplicia Carthaginen-

sium deprecaturos, seditiosus quidam, qui tum & ipse assidebat, sublato clamore, Inijce, inquit. quo uerbo continuò omnes uno impetu à multitudine lapidibus obruuntur, adeò, ut paulo pòst eos ueluti à feris lanatos propinqui eorum extulerint. Post hæc Gesconem, & reliquos captiuos, qui numero septingenti erant, extra uallum producunt: ibi à Gescone incipientes, quē paulo anteè ex omnibus Carthaginensibus, ueluti de se optimè meritum, rerum suarum arbitrum elegerant, singulorum manus præcidunt, membra dilacerant: & ad extremum fractis cruribus, adhuc uiuos in scrobem quandam conijciunt. Carthaginenses supplicio suorum ciuium cognito, quid agerent, non habebant: duntaxat quod in eis erat, supra modum affligebantur, ac tantam urbis ignominiam, tantam suorum ciuium calamitatem deplorabant. Denique ad Amilcarem, atq; Annonem alterum Carthaginensium ducem legatis missis, rogant, obtestanturq;, ne tantam in conciues suos crudelitatē inultam relinquant. Caduceatores præterea, qui defunctorum corpora ad sepulturam petant, ad crudelissimos hostes transmittunt. Illi non solū cadauera eis negant, uerumetiā Carthaginenses admonēt, ne posthac caduceatores ad se mittāt, neq; etiā legatos: si iecus fecerint, idem de illis, quod super de Gescone, suppliciū sumptum iri. quod reliquū sit, sese unanimi cōsensu iam diu constituisse, fixumq; animis tenere, ut quicunq; è Carthaginēsibus in potestatē suā ueniāt, duris affecti supplicijs necētur: qui uerò ex Carthaginensiū socijs capiātur, eos præcisis duntaxat manibus Carthaginē remittant. Quā postea rem diligentissimè obseruarunt. quo fit, ut si quis hæc rectè intueatur, nō dubitet affirmare, nō modò corpora hominū, & quædā in illis ulcera ita interdū crudescere, ut sanari nullo modo possint, sed id longè magis humanis animis accidere. Vt enim in ulceribus euenit, ut si illis medicamentū curandi gratia adhibeas, ulcus ipsum ui medicaminis refricatū augescit: si uerò curā eius negligas, lōgè magis sua ipsius natura extendit: neq; prius desinit, quàm omne subiectū corpus corruptū, labefactumq; sit. Ita animis quoq; cōsimiles interdū morbi ac tabes accidunt, ut nullū ex reliquis animalibus homine atrocius atq; efferacius fiat: cui si interdū ueniā, aut impunitatē aliquam cōcesseris, aut aliter benignitate eū fueris prosecutus, id omne dolū fraudemq; existimans deterior fit, & erga beneficum longè magis infidus. si uerò te contrà opposueris, nihil est adeò durū, crudele, nefariū, quod non facile aggrediatur: laudem sibi eam temeritatem existimās, donec ad extremū omnino efferatus animus humanā naturam exuit. Quarū rerum initiū, ac sanè maiorē partē mali mores afferūt; & deprauata à teneris annis educatio. Additamēta postea multa sunt; sed in primis auaritia ducum, atq; crudelitas: quę omnia ea tempestate et multitudini stipendiariorum, & in primis ipsis ducibus accidēre. Inter hæc Amilcar hostium contumaciam molestè ferens, Annonē alterum Carthaginensium ducem ad se uocat: ratus, cōgregato simul omni exercitu, facilius perduci ad finem res bellicas posse. hostiū uerò quoscunq; aut tunc captiuos apud se habebat, aut postea in eius potestatem uenere, alios occidit, alios uiuos ad se allatos bestijs obiecit: unam tantū belli dissolutionem uidens, si aliquando posset hostes radicitus euertere. Per id tempus cum uiderentur Carthaginenses longè meliori spe bellum gerere, subitò mutata fortuna, uerti in contrarium res cœperunt, simulac enim in unū duces cōuenere, tanta inter eos dissensio orta est, ut non solum curam persequendi hostes omiserint, sed potius opprimendi se facultatem hostibus præbuerint. Quibus rebus permoti Carthaginēses, iussere, ut è duobus ducibus alter in urbem reuerteretur: alter, quē milites mallent, in exercitu maneret. Accesit adhæc, quòd onerariæ ferè omnes, quibus ad ferendū in castra frumentū, cęteraq; necessaria importanda utebātur, aduersa tempestate correptę, naufragiū fecerant. Pręterea Sardinia, ex qua plurimum subsidij ad res bellicas habere semper consueuerant, à Carthaginēsibus, uti suprà diximus, defecerat: et ne quid eorū calamitati deesset, Hipponēses atq; Vticenses, qui soli ex omnibus Aphricæ populis, nō solum

in eo

in eo bello, sed etiã Agathoclis, Romanorumq; temporibus contínuè Carthaginensibus fidẽ seruauerant: tunc non modò turpiter ad Afros defecerunt, sed & confestim maximam illis beneuolentiã & fidem, erga Carthaginenses uerò implacabilem iram et odiũ enorme ostenderunt. Carthaginenses q; omnes qui præsidij causa apud illos erant, numero circiter quingentos, unà cum eorũ duce occisos mœnibus præcipites dederunt, ac ciuitatẽ Afris tradiderunt, neq; eorum cadauera petentibus ad sepulturam ciuibus reddere uoluerũt. His rebus elati Matho ac Spendius, ipsam Carthaginẽ obsidere aggrediuntur. Amilcar tunc Annibalem Carthaginensiũ ducem collegam habebat. hunc enim miserant Carthaginenses, repulso à cura belli Annone per milites, quibus in dissensione ducum data fuerat à populo potestas, quem uellent retinendi. Cum hoc igitur et Narua coniunctus per prouinciã discurrebat, præcidens undiq; hostibus cõmeatum: maximã enim cùm in hac, tum in cæteris rebus Narua Numas operã nauabat. Hoc itaq; in statu castra erant. Carthaginenses uerò undiq; ab hostibus circumuenti, confugere ad socias ciuitates cogebantur, quibus per ea tempora Hieron Syracusanus magna submisit auxilia, suppeditatis omnibus quæ à Carthaginensibus petebantur. Siquidẽ salutem illorum plurimũ rebus suis conducere sibi persuaserat, & ad imperium in Sicilia, et ad amicitiam cum populo Romano conseruandã: ne Carthaginensibus omnino oppressis, liceret Romanis omnia quæ collibuissent, nemine contradicente, perficere: prudenter sanè atq; astutè. nunquam enim huiusmodi res contemnendæ sunt, neque permittendum cuiusquam principatũ in tantum crescere, ut neq; de manifesta iustitia apud eum dubitare liceat. Romani quoq; fœdere cum Carthaginensibus astricti, nihil industriæ, quo minus omnẽ illis opem præstarent, prætermisere. A principio quidem orta inter utrunq; populum quædam dissensio fuerat ex huiusmodi causis. Carthaginenses cum primùm obsideri ciuitas cœpit, circiter quingentos homines, qui ab Italia quæstus gratia nauigantes, frumentum in castra hostium deferebant, capi, & in carcerem conijci fecerunt. Eam rem grauiter et iniquo animo populus Romanus tulit. Verùm cum paucis interiectis diebus, ob eam rem legatos Carthaginem misissent, Carthaginenses benigniter omnes qui in uinculis erant, dimisere. quę res usq; adeò grata Romanis fuit, ut confestim captiuos omnes Carthaginensium, qui ex bello Siculo apud eos remanserant, sine precio liberauerint, semperq; post eum diẽ Carthaginensibus subsidium petentibus, dederint: mercatoribus, qui sub eorum imperio erant, ut frumentum Carthaginem exportarent, permiserint: cõtrà uerò ferre in castra hostium commeatum, omnibus prohibuerint. Præterea quo tempore ueterani, qui in Sardinia erant, à Carthaginensib. defecere, missos ad se legatos, qui insulam populo Romano traderent, audire noluerunt. Vticenses uerò paulo pòst, se ac sua pari modo illis dedentes respuere, nullaq; in re transgredi leges fœderis uoluerunt. Carthaginenses talibus amicorum præsidijs subleuati, obsidionem tolerabant. Matho uerò ac Spendius non minus obsidebantur, quàm obsidebant: siquidem in tantam rerum necessariarũ penuriam eos Amilcar adduxerat, ut tandem coacti fuerint obsidionem dissoluere. Interiecto tempore optimis quibusq; ex omnibus copijs, militibus delectis, & quinquaginta millibus hominum simul congregatis, confestim contra Amilcarem contendunt. Cęterùm planitiem, ob elephantorum atq; equitum, qui sub Narua erant, multitudinem semper uitabant: loca duntaxat ędita, ac non facilè peruia præoccupare nitebantur. Quo tempore, etsi uiribus atq; audacia haudquaquam inferiores erant hostibus, ob imperitiam tamen rei militaris sæpenumero à Carthaginẽsibus superabantur. Tum denicq; rectè discernere licuit, quantum inter peritiam ducis, ac temeritatem imperitæ multitudinis interesset. Nam iam multos particularib. necessitatibus adactos industria sua reliquis abscidit et concluſit, iam multos in publicis præliis per insidias circumuentos sustulit, nõnunquam præter expectationẽ tam noctu quàm interdiu irruens hostes perterrefecit. Quicunq; uerò usui in eius potestatem ue-

Senatores congregatis simul ducibus, post multos uariosq; sermones, tandē Annonē atq; Amilcarem ignoscere sibi inuicem, & parere Carthaginēsibus coguntur. Ita posthac omnia communi duorum ducum consilio administrabantur sic, ut postquam Mathon particularibus conflictationibus in angustiam redactus esset, post multas quoq; insidias & insectationes, quas & apud Leprem oppidum, & alijs in locis struxerant, tandē ex composito decernere cum hostibus statuerint. Utriq; ad hoc alacres ueniebant. Igitur socios omnes conuocant, copias undiq; contrahunt, præsidia etiam ex ipsis urbibus educunt, tanquam de omnibus rebus uno tempore dimicaturi. Postquam ex utraq; parte omnia ad pugnam instructa, paratáq; erant, ex composito se inuadunt. Fit atrox prelium, ad extremum uictoria penes Carthaginenses fuit. Afrorū magna pars inter certandum cæsi: reliqui ad propinquam quandam urbem confugientes, nō longe pòst sese Carthaginensibus dedidere. Ipse uerò Mathon uiuus in manus hostium uenit. Uticenses duntaxat, atq; Hipponenses conscij perpetrati à se sceleris, neq; ullum ueniæ aut misericordiæ locum sibi relictum putantes, in pertinacia permanserunt. Usq; adeò omnibus in rebus plurimum mediocritas potest: præstatq; nihil sponte uideri affectasse, quod cuiquam intolerabile futurum sit. Ad extremū Amilcare atq; Annone quàm proximē eos castra mouētibus, sublata omni spe, dedere sese, atq; ea pacisci quæ Carthaginensibus uiderentur, coacti fuere. Per hunc modum finis Africo bello impositus, ita prospero Carthaginensium euentu, ut non solum omnem Africam recuperarint, uerùm uniuersos rebellionis principes meritis tandem supplicijs affecerint. Siquidem Matho, reliquiq; captiui in triumphum à iuuentute Carthaginensi per urbem ducti, dignas tandem sceleribus suis pœnas luere. Tribus ferè annis, & quatuor mensibus id bellum duravit, omnium, quæ nos audiuerimus, crudelitate ac omni scelerum genere maximum. Romani ea tempestate suasionibus militum, qui è Sardinia ad eos transfugerant, pellecti, nauigare in insulam pergebant. Cæterùm Carthaginēsibus id ægre ferentibus, quòd ad se potius spectare insulam dicebant, & tam copias, quas in Sardiniam mitterent, parantibus, Romani eam iam nacti occasionem, bellum illis indixere: querentes eum belli apparatum, non tam contra Sardiniam, quàm contra seipsos fieri. At Carthaginenses, quòd se per id tempus minimè idoneos esse ad bellum denuò cum Romanis gerendum intelligebant, cedentes tempori, usque adeò omnes belli causas auertere conati sunt, ut non modò insulam reliquerint, uerùmetiam mille & ducenta talenta, ne se in præsentia bello infestarent, Romanis miserint. Hæc igitur ita gesta fuere.

POLYBII MEGALOPOLITANI HISTORIARVM, LIBER SECVNDVS Nicolao Perotto interprete.

SVperiori libro exposuimus, quando Romani compositis Italiæ rebus exterarum nationum res aggredi cœperūt, quomodo in Siciliam nauigarunt, quas ob causas pro hac insula bellum cum Carthaginensibus gesserunt, quo primùm tempore nauales copias pararunt: & breuiter, quæcunq; in hoc bello utriq; ciuitati usque ad finem accidere, in quo Carthaginenses quidem prorsus Sicilia excesserunt, Romani uerò omnem insulam præter ea loca quæ Hieron Syracusanorum rex tenebat, imperio suo adiecere. Hinc à nobis commemoratum, quo pacto orta inter Carthaginenses, & conductos eorum milites, seditione bellum exarserit, quod Africanū nominatur, et quò tandem inaudita hominum crudelitas euaserit: postremò

quem finem eiusmodi res habuerint. Nunc uerò quæ hæc secuta sunt, summatim conabimur perscribere, singula quæq; quemadmodum initiò proposuimus, attingentes. Postquam Carthaginenses Africæ res composuere, confestim Amilcarem cum exercitu in Hispaniam mittunt. Hic cum omnibus copijs profectus Annibale filio comite, qui tum ferè nonum ætatis suæ annum agebat, superatis columnis Herculis, Hispaniæ partem Carthaginensibus recuperauit. In ijs locis annos circiter nouem commoratus, multis Hispaniæ ciuitatibus bello subactis, plerisque etiam persuasione in fidem Carthaginensium receptis, dignam tandem rebus à se gestis mortem obijt. Siquidem cum aduersus atrocissimos uiros, ac potentissimos populos bellum gessisset, & maximis quibusque periculis, intrepidè sese, accum summa omnium admiratione opposuisset, extremum uitæ diem morte confecit. Carthaginenses exercitui Asdrubalem Amilcaris affinem & triremium ductorem præfecerunt. Romani primùm per id tempus in Illyrium, atque eas Europę partes cum exercitu transfretarunt: quæ res diligenter animaduertenda est ab ijs qui uerè & propositum nostrum, & originem atque incrementum Romanæ potentiæ intelligere student. Eiusmodi igitur transfretatio ob tales quasdam causas facta est. Agron Illyriorum rex, Pleuratii filius fuit. hic equestres, pedestresq; copias longè plures habuit, quàm quispiam cæterorum regum, qui ante eum in Illyrio regnauerant. Atqui mercede à Demetrio Philippi patre corruptus, Midonijs, qui ab Aetolis obsidebantur, subsidium tulit. Aetoli enim cum nullo pacto persuadere Midonijs potuissent, ut suis institutis ac legibus uterentur, tandem uiribus aggredi eos cœperunt, positisque circa urbem diuersis in locis castris, eam obsedere, omnem uim atq; machinam adhibentes, quo urbe potirentur. Cæterùm cum interea comitiorum dies aduenisset, esset que dux alter exercitui præficiendus, obsessorum rebus adeò iam extenuatis, ut nihil aliud quàm de deditione cogitare uiderentur: Asdrubal Aetolos adit, atque æquum inquit esse, sese, qui tot labores pericula' que in ea obsidione perpessus fuerat, fortunis quoque hostium si uincerentur, atque armis potiri. Fuere ea tempestate complures ex ijs, præsertim ad quos peruenturus eiusmodi magistratus uidebatur, qui eam conditionem molestè ferentes, multitudinem rogarunt, ne quid noui decernerent, sed rem omnem integram ei quem fortuna uellet reseruarent. Tandem ab Aetolis decretum, ut quicunque urbe potiretur, prædam omnem, fortunas atque arma cum Asdrubale diuideret. Cum hæc ita se haberent, esset; postridie comitiorum dies, quo pro consuetudine Aetolorum prior dux à magistratu remouendus, nouus' que creandus erat, per noctem circiter centum lembi Midoniam, ad loca urbi uicina nauigarunt. In his erant Illyriorum decem millia. ubi ad portum uentum est, aq; iam diluescere dies cœpit, clàm maturato gressu in terram descendunt, & more solito aduersus Aetolorum copias cohortes agunt. Aetoli aduentu eorum cognito, etsi nouitas rei, atque audacia Illyriorum, omnium simul corda mentesq; perstrinxerat, animis tamen iam longo tempore elati, & propriis confisi uiribus, maiorem equitum atque armatorum partem ante castra in plano collocant: cum alia quadam equitum atque expeditorum militum parte loca quædam per opportuna non longè à castris præoccupant. Illyrij impetu repente in expeditos facto tum ob multitudinem militum, tum quòd agmen in medio densissimum erat, sine mora eos expulere: equites uerò qui una erant, recipere sese ad reliquum exercitum turpi fuga coegerunt, hinc ex opportunis locis in eos qui constituti in planicie fuerant, citato agmine irruentes, eueſtigio omnes in fugam uertunt. Midonij ex urbe profecti, eos insequuntur, Aetolorum magnam partem cædunt, alios capiunt, armorum atque impedimentorum omnium sine controuersia potiuntur. Illyrij peracto regis imperio, impedimentis' que, atque omni præda nauibus impositis, solutis lembis eueſtigio domum redcunt. Midonij recuperata præter spem salute, aduocato q;

concilio, cùm de alijs rebus inter se cõsultant, tum in primis de diuisione prædæ armorumq; hostilium. decernunt itaque communem facere diuisionem, exemplo sumpto ab eo qui & dux Aetolorum fuerat, & illis qui successuri erant iuxta Aetolorum decretum sumpto exemplo: sic fortuna quasi de industria uim suam ex ijs quæ illis acciderant, cæteris quoque hominibus ostendente. nam quæ propediem passuros sese ab hostibus uerebantur, eadem ipsi iubente fortuna intra paucorum dierum spacium hostibus intulerunt. Aetoli uerò eò calamitatis redacti, omnibus documento extitere, nunquam de futuris rebus ueluti iam factis consulendum esse: neque spem in ijs prælocandam, quæ euenire aliter possunt: sed continuè partem aliquam ijs quæ præter spem accidere ualent, reseruandam, cùm omnibus in rebus, quandoquidem homines sumus, tum uel maximè in bellicis. Agron rex postquã lembi uictores affuere, cognitis suorũ rebus gestis, incredibili lætitia elatus, quòd Aetolos tantopere uiribus suis confidẽtes, à suis uictos intelligebat, intempestiuis conuiuijs, & perpotandi perui gilandiq; insanæ dulcedini deditus, in dolorẽ laterũ incidit, quo paucos post dies consumptus diem suũ obijt. Extincto Agrone, in locum eius Teucam uxorẽ suffecere. hæc regnũ per fidem amicorũ administrabat, atq; muliebri usa ingenio, & ad illã duntaxat prosperitatem rẽ spiciens, nihil autem exterarũ rerum cogitans: primũ omnibus suis cõcessit, ut qui priuatim nauigare uellent, de prædari quo scunq; impunè possent. Post hæc parata ingenti classe, eam emisit, oppositã omnem prouinciã sibi inimicam esse ducibus asserens. Hi primo impetu Elienses, Messenios q; inuadunt. Quippe eas frequẽter regiones Illyrij populabantur. Nam & propter lõgitudinẽ maritimæ regionis, & quòd mediterraneæ erant præcipuæ earũ regionũ ciuitates, nõ facile obuiare Illyriorũ incursionibus poterãt. Intrepidi per omnẽ prouinciã discurrebãt, uastabãt, diripiebãtq; omnia. Per idẽ tempus cùm fortè in Epirũ proficiscerentur exportandi cõmeatus gratia, Phœnicẽ uenere. Erãt cum in ea urbe Galli milites circiter octingenti, qui mercede ab Epirotis conducti, urbẽ tutabãtur. Cum his habito sermone de proditione ciuitatis, baud reluctantibus Gallis in terram descendunt, statimq; & urbe & omnibus quæ intus erant, Gallis iuuantibus potiuntur. Epirotæ ea re cognita, extemplo cum omni populo suppetias ferũt, et nõ longè ab urbe iuxta propinqui fluminis ripas castrametantur: tabulas ut ab ijs qui in urbe erãt, tuti forent, è põte dirimũt. Interea cũ eis nunciaretur, Scerdilaidũ cum quinq; millibus Illyriorũ pedestri itinere per angusta Antigoniæ loca aduẽtare, exercitũ diuidunt: partẽ in Antigoniã seruatũ ea loca trãsmittũt, reliqui ibidẽ ocioſi ac negligẽtes permanẽt, & quæ in ea regione erant, securè consumunt: eosq; qui in præsidijs & excubijs erãt, contẽnunt. Illyrij, quos esse in ciuitate diximus, cognita & diuisione exercitus, & negligẽria hostium, intẽpesta nocte urbẽ exeunt, põti tabulas imponũt, flumen trajiciũt, & munitũ natura locũ nacti, reliquũ noctis quieti agũt. Vix dies aduenerat, cũ instructis utrinq; aciebus prœliũ collatis uiribus, cæsum est: uictoria penes Illyrios fuit. hostiũ paucos fuga seruauit, cæteri aut occisi, aut capti. His tot tantisq; obsessi calamitatib. Epirotæ, desperata prorsus salute, legatos ad Aetolos atq; Achæos mittunt, ab ijs opẽ precantur. Illi miserati eorum iacturã, præsidiumq; afferre cupientes, Helicranum proficiscuntur. Illyrij quoq;, quos Phœnicem cepisse suprà memorauimus, cum Scerdilaido cõiuncti, ad eundẽ locum uenere: nec longe ab illis castrametati, capessere prœliũ studebant: sed difficultas locorũ id prohibebat, & allatæ interim à Regina literæ, quibus amputari moras, & reuerti ad se omnes iubebat, quòd nõnullæ Illyriorũ ciuitates ad Dardanos defecissent. Quamobrem depopulati omnem prouinciã, inducias Epirotis concessere: in quibus liberã quidẽ corpora, & ciuitatẽ eis reliquerũt, multitudinẽ uerò seruorũ, et reliquã omnẽ prædam adduxerũt ad naues. Ita pars mari, alij terrestri itinere per angustias Antigoniæ domũ reuersi, non paruũ terrorẽ maritimis Græciæ ciuitatibus reliquerunt. Nã cum munitissimã, potentissimamq; Epirotarũ urbem præter fidem

sum, sed non satis pro tempore respondit. At quoniã, inquit, Romanis ô Teucra optimus mos est, priuatas iniurias publicè ulciscendi, iuuãdiq; iniuria affectos, dabimus operã, Deo uolente, ut non longè pòst regias istas consuetudines cogaris emendare. Adhæc regina temerè sanè ac muliebri ingenio eò iracundiæ prorupit, ut neglecto iure gentiũ, cum legati reuerterẽtur, miserit post eos, qui iunsorẽ illum authorẽ eiusmodi uerborũ obtruncarẽt. Romani, fama tanti facinoris in urbẽ perlata, extemplò ad belli apparatũ intenti esse, milites scribere, classem ædificare: nihil deniq; prætermittere, quod ad ultionẽ tanti sceleris pertineret. At regina adueniète uere longè plures quàm antea lembos in Græciã mittit, eorũ pars Corcyrã nauigãt, alq; Dyrrhachiensiũ portum petunt: & dum se aquæ, & commeatus gratia eò proficiscì simulant, consiliũ capiendæ urbis ineũt. Dyrrhachienses securi, & nihil prorsus suspicãtes, intrare urbem inermes permittunt, aquę, et cõmeatus prętextu, re ipsa uerò ciuitatis per insidias occupandę gratia uenientes. At illi, ubi scse intra urbem admissos cernunt, nudatis quos in aquarijs urceis absconditos gestauerant, gladijs custodes portę obtruncant: porta potiuntur. Hinc ex composito irruentibus à litore reliquis, magnam mœniorum partem occupant. Ciues, etsi tali ac tam repentino casu nonnihil perterriti fuere, acriter tamen ac forti animo propugnãtes diu restiterũt, tandemq; Illyrij excedere mœnibus coacti. Itaq; Dyrrhachij ciues, qui per negligentiam in periculo fuerant et urbem & patrios lares amittendi, per fortitudinem nihil mali perpessi, prudentius in posterum rebus suis consuluere. Duces Illyriorum solutis extemplò nauibus in altum profecti, & cum ijs quos nauigare Corcyram diximus, coniuncti, omnes simul maturato itinere obsidere urbẽ aggrediuntur. Corcyrenses insperato malo circunuẽti, nec suis freti uiribus, legatos ad Achæos atq; Aetolos mittunt: præterea ex Apollonia & Dyrrhachio petunt subsidium: rogantq;, ne expelli scse per scelus natali solo à Barbaris patiantur. Ii casum Corcyrensium miserati, decem Achæorum cataphractas naues muniunt: ac paucis interiectis diebus, Corcyrã nauigant, sperantes scse primo aduentu obsidionem Barbarorum solutũros. At Illyrij septem cataphractis nauibus ab Acarnanibus, cum quibus societatẽ inierant, acceptis, Achęis obuiam procedunt: nec longè ab insulis, quas Paxos appellant, eos nacti, ineunt præliũ. Acarnanes, & naues Achæorum, quæ aduersus eos pugnabant, æquales erãt in certamine, âtq; integræ in congressibus permanebant, præterquam quòd uiri ex ipsis pugnantes, uulnerabantur. Illyrij uerò quaternis simul lembis connexis, naues hostium implicabant, & undiq; circundatas impediebant. Tum itaq; aduersariorũ naues in conflictu perfossæ et ligatæ adflictabantur, adhærentibus illarum rostris Illyriorum lembis. Hinc in eas cũ impetu prosilientes, facile ob multitudinẽ superabãr. Per hunc modum quatuor Achæorũ quadriremes ab Illyrijs captæ, quinqueremis una submersa cum omnibus qui intus erant, inter quos fuit Marcus Caryneus, uir maximæ apud Achæos authoritatis: et quandiu uixit, omni officio erga patriã functus. Verùm qui cõtra Acarnanes pugnabant, simulac Illyriorũ uictoriã prospexere, freti celeritate nauiũ, uerterunt terga: et omisso prælio, domũ incolumes remigrarunt. Illyriorum multitudo hac uictoria elata, facilius atque audactus solito urbẽ obsidebat. Corcyrenses iam omni spe destituti, tolerata aliquandiu obsidione, ad extremum Illyrijs sese dederunt, præsidiumq; eorum et ducem præsidij Demetrium Pharium intra urbem accepere. His rebus gestis, Illyriorum duces iterato Dyrrhachium reuersi, urbem obsedere. Per idem tempus Consules Romani C. Fuluius cum classe ducentarum nauium, & A. Posthumius cum terrestribus copijs Roma profecti. Fuluius Corcyram uenit, ratus adhuc durare eius loci obsidionem. sed cum serò uenisse sentelligeret, Illyrijs iam urbem adeptis, nihilominus nauigare in insulam statuit: tum intelligendi gratia quid actum foret, tum ut ea quæ de Demetrio senserat, experiretur. Quippe Demetrius, quoniam exhibitum sibi ab æmulis apud reginam negocium intellexerat, mulieris iram ueritus, miserat Romam,

qui & urbem, & cætera quorum dominus erat, Romanis pollicerentur. Corcyrenſes igitur aduentu Romanorum hilares facti, conſentiente Demetrio, & præſidium Illyriorũ, quod intus erat, tradidere Romanis, & urbem, ac poſtremò ſeipſos fidei eorum commiſere, ita demũ ſe tutos fore contra ſcelera Illyriorum rati. Romani Corcyrenſibus in amicitiam receptis, Demetrio reliquorũ gerendorum duce uſi, in Apolloniã nauigant. Eodem tempore A. quoq; Poſthumius cum terreſtribus copijs Brunduſio tranſfretabat. Erant circiter uiginti millia peditum, equitum duo millia. Hi ſimul omnes Apolloniam uenere, ſtatimq; urbe in fidem recepta, Dyrrachiũ nauigarunt, quòd obſideri ab Illyrijs urbem intellexerant. Illyrij aduentu Romanorum cognito, præ timore ſoluta obſidione paſſim fugiunt. Romani Dyrrachio quoq; in amicitiam recepto, ad loca magis intra Illyrium nauigant, multis in itinere receptis oppidis, ac ſimul Sardieis ſubuerſis. Interea legati è Parthenia, obuiã Romanis ueniunt, ſeſe & ciuitatem ſuam dedentes. Quibus una cum ijs qui ab Atintanis mittebantur, in fidem receptis, iter uerſus Iſſam faciunt, quòd eam quoq; urbem audiuerant ab Illyrijs obſideri. Qua ſimili modo diſſoluta mox obſidione potiti, pleraq; in Illyrio oppida per uim expugnauere, in quibus circa Nutriam, non ſolum pleroſq; milites, uerumetiam tribunos militum aliquos, & quæſtorem amiſerũt. Viginti quoq; Illyriorum lembis potiti, qui commeatum uehebant in caſtra. Ex ijs qui Iſſam obſidebant, nonnulli qui ex Pharo erant, Demetrij gratia ſalui permanſere, cæteri omnes profligati Narbonem fugerunt. Teuca perquã paucis comitantibus Rhizonem ſe recepit, oppidum ſanè munitiſſimũ, & procul à mari, in ipſa Rhizonis fluminis ripa ſitum. Poſt hæc Conſules pleriſq; Illyriorum ciuitatibus Demetrio traditis, et plurimo potentatu adiecto cum claſſe atque omni pedeſtri exercitu Dyrrachiũ reuerterunt. Hinc C. Fuluius cum magna naualium ac pedeſtrium copiarum parte Romam nauigat. Poſthumius uerò Dyrrhachij commoratus, paratis quadraginta nauibus, & nouo delectu ex finitimis ciuitatibus habito, ſtatiua faciebat, Ardienſes, cæteroſq; qui ſe fidei Romanorum tradiderant, ſecum habens. Aduenientè uere, Teuca legatos ad populum Romanum miſit, qui de fœdere agerent. Tandemq; his conditionibus initum fœdus fuit, ut Teuca quotannis tributum Romanis ſolueret, ut omni Illyrio excederet, pauciſſimis quibuſdam locis exceptis: et quod maximè ad Græcos attinebat, ut nauigare ei deinceps ultra Lyſſum non liceret, niſi cum duobus lembis, atque ijs inermibus. His peractis, Poſthumius ad Achæos atque Aetolos legatos mittit, qui cauſam belli, & tranſfretationis Romanorum edoceant, res geſtas referant, conditiones legant initi inter eos fœderis. Hi peracto conſulis imperio, ab utroque populo humaniſſimè recepti, rurſus Corcyram redierunt, magno metu liberatis Græciæ ciuitatibus ob fœdus cum Illyrijs percuſſum. Quippe ea tempeſtate Illyrij non aliquorum, ſed communes omnium hoſtes erant. Prima igitur Romanorum cum exercitu tranſfretatio in Illyrium, atque eas Europæ partes hæc, et ob huiuſmodi cauſas fuit. Poſt id Romani legatos Corinthum quoq; atque Athenas miſere, quo tempore Corinthij eius belli quod aduerſus Iſthmios gerebant, participem eſſe populum Romanũ uoluerunt. Aſdrubal ea tempeſtate (nam hic res Hiſpanaa ſupra dimiſimus) incredibili uirtute imperium Carthaginenſiũ in Hiſpania adauxerat, urbem condiderat, quæ à quibuſdã Carthago, ab alijs Noua ciuitas appellatur, ob loci opportunitatem: non ſolum ad res Hiſpaniæ, uerumetiam Africæ cõmodiſſimam: de cuius ſitu, & quam præſtare utriq; prouinciæ poteſt utilitate, aliàs opportuniorẽ nacti locum, diſſeremus. Romani cum intelligerent uires Carthaginenſium uſque adeò in Hiſpania creuiſſe, ne eam quidem partem negligendam putauere: ſed ignauiam ſuam accuſantes, quòd anteactis temporibus per ſocordiam, quaſi dormitantes, adoleri in Hiſpania Carthaginenſiũ nomẽ permiſerant, recuperare quod omiſſum fuerat, decreuerunt. Verùm mouere in præſentia aduerſus Carthaginenſes bellum non audebãt, ueriti imminentẽ Romanæ urbi Gallorũ multitudinem, quorũ

impetum

impetum in dies magis formidabant. Quamobrē componere primū cum Asdrubale de rebus Hispaniæ, deinde aggredi Gallos: & utcunq; cessura res esset, subire periculū statuerunt, haud dubij, se nō solū non dominari Italiæ, sed ne tutò quidem patriā, aut proprios penates tenere posse, nisi domitis Gallis. Missis igit ad Asdrubalem in Hispaniā legatis, percussum cum Carthaginēsibus fœdus fuit. In quo inter cætera cautum, ne liceret Carthaginensibus Iberum fluuium cum armis trajcere, per reliquam Hispaniæ partē impune progredi ualerent. His compositis extemplò bellum in Italia contra Gallos mouerunt: quod summatim exponere operæprecium duximus, quo præparatio ad reliquam historiam, quemadmodum ab initio proposuimus, dilucidior fiat. Repetemus autem paulo altius ab eo tempore, quo primùm Galli obtinuerunt Italiam. Quippe hanc historiam non solum iucundam, ac scitu & memoria dignam, uerumetiam necessariam putauimus, ad intelligendum, quibus postea uiris, aut quibus locis fretus Annibal, imperium Romanorum ausus sit inuadere. Primum uerò de prouincia dicemus, quis eius situs sit, & quo modo se ad reliquam Italiam habeat. Quippe hoc pacto quæ ad rerum gestarum cognitionem attinent, facilius poterunt intelligi, descriptis primò locorum aut regionis proprietatibus. Omnis igitur Italia trianguli figuram habet. Latus quod orientem spectat, Ionio mari, & sinu Adriatico terminatur. Quod uerò ad meridianam regionem atq; occasum uergit, Siculo & Tyrrheno clauditur pelago. Hæc latera inuicem copulata, apicem trianguli faciunt propositum Italiæ promontorium, quod Cocynthum incolæ uocant: & meridianam plagam spectans, Ionium ac Siculum diuidit mare. Tertium latus: quod ad gelidissimū Septentrionis axem, & mediterranea loca protenditur, terminat continuatio alpium, qui à Massilia, & locis supra Sardoum pelagus sitis incipientes, usq; ad intimum Adriatici maris sinum continuè extenduntur, exiguo quodam spatio in medio relicto. Huic lateri, quod terminari alpibus dicimus, & quasi trianguli basem intelligimus, à meridiana regione uersus Septentrionem subiacent campi, extrema totius Italiæ, omnis Europę maximi atq; uberrimi. Horum etiam forma triangularis est: apicem trianguli facit Apennini atq; alpium copulatio, non longè à mari Satdoo supra Massiliam. Latus, quod Septentrionem spectat, quemadmodum suprà diximus, alpes faciunt, quæ ad duo millia & ducenta stadia protenduntur. Latus uerò quod ad meridiem uergit, perficit Apennīnus: hic ad tria millia & sexaginta stadia protenditur. Basis locum tenet littus ipsum maris Adriatici, eius magnitudo est à Sena urbe usq; ad intimū eiusdem maris sinum. Hæc duorū millium, & quingentorum stadiorū spacio continetur. Ita omnis campōrū circuitus decem millibus clauditur stadijs. De fertilitate huius regionis haud facile dixerim. ita enim in omnia frugum genera fœcūda est, ut sæpenumero nō stratę tritici modius frumenti Siculus non amplius quatuor obolis uęnum ierit, ordei uerò non amplius duobus, dolium uini tantundem. Milij præterea & farris tanta copia est, ut opinionem hominum superet. Quām uerò glandibus abundet, quæ ex nemoribus eius regionis diuersis in locis producuntur, uel id in primis testimonio est, quòd cum infinitam penè porcorum multitudinem Italici generis homines alant, & ad sacrificia facienda, & ad priuatos usus, & ad necessarium exercitibus apparatum: ijs omnibus abunde hæc regio alimenta subministrat. Iam uerò quanta particularīū etiam rerum, quæ ad uictum hominum spectant, in ea prouincia copia sit, ex hoc licet intelligere, quòd uiatores, cum in hospitia diuertunt, nunquam de rebus, quas sint accepturi, particulatim paciscuntur, quod cæteris in locis fieri cōsueuit: sed quātum singuli quiq; homines soluere debeant, cum hospitibus conueniunt. Hi uiatoribus honorificè acceptis, & omnibus ad uictū necessarijs abunde subministratis, non amplius quàm siliquam capiunt (hæc oboli tertia pars est) id precium rarò excedunt. Hominum uerò tanta copia, ea proceritas ac pulchritudo corporum, tantum in rebus bellicis robur, ut facilius sit id ex eorum re-

Italiæ descriptio.

bus ge-

bus gestis, quàm ex cuiusquam oratione intelligere. In alpibus ab utroq; late re loca montuosa habitant, ad eam partem quę uersus Rhodanum & Septentrionem spectat, Galli, qui Transalpini appellantur: ad eam uerò quæ campis imminet, Tauriſci, Agones, & alia pleraq; Barbarorum genera, à quibus Transalpini non genere, sed differẽtia loci differunt: ideo Transalpini dicti, quòd trans montes colant. Summa uerò Alpium iuga tum propter locorum asperitatem, tum quia altæ niues premunt terram, gelu & perpetuo penè rigore constrictæ: tantum abest ut ab hominibus colãtur, ut nullum quidem uestigium extet humanum. Apẽninum uerò à principio supra Massiliã, ubi cum alpibus coniungitur, Lygures colũt. præterea omne id latus, quod mare Tyrrhenum & campos spectat, uersus mare quidem usq; ad Pisanam urbem, quæ prima Tyrrheniæ ciuitas ad occidentem uergit: uersus mediterraneam uerò regionem, Aretium usq;. Post Ligures Tyrrheni habitant, mox utrunq; Apẽnini latus Vmbri. Dehinc Apẽninus distans à mari Adriatico circiter quingenta stadia, dimissis campis conuersis ad dexteram, & per mediam Italiam transiens, protendit in Siculum pelagus. Campi uerò qui inter Apẽninum & Adriaticũ sinum medij sunt, usq; ad urbem Senam extenduntur. Padus fluuius, quem poetæ Eridanum uocant, ortum habens in radicibus alpium, ubi quasi apicem trianguli esse suprà memorauimus, in planiciem uersus meridiem defluit. hinc sese ad orientem flectens, duobus hostijs prorumpit in Adriaticum sinum. Aquarum multitudine præter cæteros Italiæ omnes abundat. Quippe omnes aquæ, quæ ab Apennino alpibusq; descendunt, in unum coeunt Padi alueum. Aestiuo, quàm hyemali tempore, maior fluit, ob liquescentium niuium multitudinem. Nauigatur à loco quem incolæ Volanam appellant, uersus alpes, circiter duo millia stadiorum. Vbi primùm oritur, simplex est: mox in duos alueos diuisus, binis in sinum Adriaticum hostijs erumpit, Padoam, Volanamq; incolæ uocant. Volana portum efficit inter omnes maris Adriatici portus tutissimum. Padum, eius loci habitatores olim Bodencũ uocauere. Multa præterea de hoc fluuio Græci scriptores referunt, utputa Phaetontẽ ex auriga patris præcipitem in eum decidisse, continuas Heliadũ lachrymas, quas deinde arbor reseruat, incolas loci ex eo die pullatis uestibus, quas in signum mœstitiæ gestare inceperant, assiduè usos: atq; alia plurima, quæ nos in præsentia omisimus, superuacua fore rati ad nostri operis præparationem. posthac cum se locus offeret, quantum res postulare uidebitur, referemus: præsertim cum Timæum constet ea quæ ad hanc regionem attinent, ignorasse. Campos omnes, quos Apennino atq; Adriatico mari terminari diximus, olim habitauere Tyrrheni, quo tempore Phlegræos etiam campos, qui circa Capuam & Nolam sunt, tenebant, quando etiam magnam uirtutis existimationem adepti esse noscuntur. Quapropter non oportet historiographos potentiã Tyrrhenorum ad eam regionem referre, in qua nunc habitant: sed ad prædictos campos, & occasiones ex illis locis acceptos. Cum ijs ob uicinitatem loci frequenter Galli conuersabantur. Hi specie ac fœcunditate regionis pellecti, exiguam quandam nacti occasionem, exercitum comparant: factoq; in Tyrrhenos impetu, finibus expellunt, campos deinceps ipsi tenent. Inter Padum atq; alpes habitant Laij, mox Lebitij, dehinc ingens Insubrum natio: pòst non longe à ripa fluminis, Cenomani. Loca uerò mari Adriatico uicina antiquum ex Paphlagonia genus colit. Hi Veneti appellati, neq; moribus, neq; ornatu corporis admodũ, sed tantummodo lingua à Gallis differunt. De illis Tragici poetę multa scribunt, & plurimas ineptias monstrose referunt. Inter Apenninum rursus & Padum primò Ananes, pòst Boij, inde Eganes, postremò Senones, iuxta Adriaticum mare extremi omnium Gallorum incoluerunt. Pręcipuæ igitur authoritatis populi ex Gallis, qui in Italia morabantur, hi sunt: uillas habitabant nullis septas mœnibus, apparatuum omnium prorsus expertes erant. In terra super strato gramine dormiebant, uescebãtur carne, bellicas solummodo res atq; agriculturã exercebant, & simpli-

& ſimplicem uitam uiuentes, neq; ſcientijs, neq; alijs artibus operam dabant: diuitias ſuas in auro & pecudibus habebant, quòd hæc ſola, cum ferret neceſſitas, quocunq; libêret, facile transferri poſſent: amicitijs comparandis maximum quiſq; ſtudium adhibebat. Quippe is maximè pollens inter eos putabatur, qui quàm pluribus colebatur. Principiò haud eam tantùm regionem tenebant, ſed & pleroſq; ex uicinis audacia eorũ deterritos ſibi aſciuere. Interiectis temporibus, cum bellum aduerſus populum Romanum gererent, ſuperatos prælio Romanos, Romanorumq; ſocios, ac turpiter in fugam conuerſos perſecuti, triduo poſt initam pugnam Roma, præter Capitolium, potiti ſunt. Sed Venetis per id tempus regionem eorum infeſtantibus, retrocedere coacti, fœdere cum Romanis percuſſo, ac reſtituta urbi libertate, domum remigrarunt. Hinc inteſtinis inter ſe bellis uexari cœpere. Nam qui Alpes incolebant, animaduertentes uires iſtorũ in dies ſummopere augeri, plerunq; aduerſus eos mouebant. Interea Romani inſtauratis uiribus, res Latinorum compoſuere. Annus erat poſt captam urbem trigeſimus, cum Galli ingenti exercitu comparato Albam reuertuntur. Romani, quòd aduentus eorum repentinus fuit, & neq; exercitum cogere, neq; à ſocijs auxilia conuocare auſi fuerunt, haudquaquam aduerſati Gallis fuere. Cæterum poſt duodecimum annum, cum iterum Galli eòdem reuerterentur, ueſtigio Romani aduentu eorum cognito, ac collectis ſociorum auxilijs, obuiam alacres cum exercitu proceſſere, nihil magis quàm dari ſibi ab hoſtibus pugnãdi copiã cupientes, qua de omni imperio uno tẽpore decerneretur. Galli audacia Romanorum perterriti, ſimul orta inter ſe ſeditione, per noctem ſic diſceſſerunt ad ſua, ut fugientibus haud diſſimiles eſſent: atque annos tredecim quieti permanſere. Poſtea cum uires populi Romani indies quammaximè augeri cernerent, de pace agere cœperunt: qua impetrata, ad trigeſimum annum quieuere. Iam uerò Tranſalpini iterato eos infeſtare: hi, ne utrinq; premerentur ueriti, per generis affinitatem precari, ne ſibi inimici eſſent: munera præterea opima offerre, ut bellum in populũ Romanum cõuerterent: hortari, ſe omnibus uiribus eis affuturos oſtendere. Id ubi perſuaſum illis intelligũt, omnes unanimi conſenſu aduerſus Romanos per Tyrrheniam profecti (quippe magnus Tyrrhenorum numerus apud eos morabatur) facta ingenti præda, domum ex Romanorum prouincia incolumes reuertuntur. Hic orta inter eos pro diuiſione prædæ ſeditio uſqueadeò proceſsit, ut non ſolùm prædæ, uerumetiam imperij magnam partem perdiderint: quod frequenter accidere Gallis conſueuit, ob immoderatas eorũ crapulas atq; ebrietates. Quarto dehinc anno cum Samnitibus cõiuncti, denuò Romanos inuadũt, plurimos eorum in regione Camertinorum cædunt. Non multis interiectis diebus eos iterato adgreſſi, iuxta Sentinatum regionem prælium ineunt, plurimos obtruncant, reliquos ad ſuam quenq; domum fugere compellunt. Poſt decimum annum comparato ingenti exercitu, in Hetruriam profecti, Aretium obſident. Romani Aretinis auxilium ferentes, non longè ab urbis mœnibus dimicarunt. In qua pugna ſuperati, Lucio cõſule amiſſo, M. Curium in eius locum ſuffecere. Hic ſtatim legatos in Galliam ad redimendos captiuos mittit: qui cum eò peruenissent, uiolato iure gentium, à Gallis interficiuntur. Quo ſcelere indignati acriter Romani, nouo delectu habito, penetrare in Galliam adgrediuntur. Sed parum proceſſum erat, cum eis Senones occurrunt. Hos collatis ſignis, ueſtigio adgreſſi ſuperant, magnam partem interficiunt: ſi qui ſuperfuerãt, ſedibus fugant, regione potiuntur, nouam ipſi in urbem coloniam inducunt: eam ueteri nomine, quòd primò à Gallis habitata fuerat, Senam appellant. Eſt autem ea urbs, quemadmodum ſuprà memorauimus, in littore Adriatici maris ſita, ubi campi Italiæ terminantur. Boij, cum Senones proprijs finibus fugatos à Romanis intelligerent, ueriti ne ipſi quoq; idem paterẽtur, coacto exercitu, Tyrrhenisq; omnibus in ſubſidium uocatis, arma aduerſus Romanos mouent: nec multis interiectis diebus, prælium ineunt, in quo Tyrrhe-

Germanorum crapula & ebrietas notatur.

norum magna pars cæsa, Boiorum ad extremũ quampaucissimi fugere. Nec tamen ob eam stragem cecidere animis, quin proximo anno iterum aduocatis uiribus, collectaq; omni iuuẽtute, quæ ad usum armorum apta uidebatur, in Romanos exeunt: ubi adeò fusi profligatiq; fuere, ut penè ad internecionem delerentur. Quamobrẽ mitigatis parumper animis, fœdus cum Romanis per legatos percutiunt. Erat, dum hæc gerebantur, tertius annus post trajectionem Pyrrhi in Italiam, & quintus post eam cladem, quam Galli apud Delphos passi fuere. Ita ea tempestate fortuna quasi pestis quædam hostilis in Gallos immissa, passim omnes persequebatur. Verùm enimuero ex ijs prælijs, quę suprà memorauimus, duplicem utilitatem Romani cepere. Nam & assuefacti dimicare cum Gallis, quorum nomine nihil apud eos tetrius, nihil horribilius esse consueuerat: præstantissimi aduersus Pyrrhum certatores facti sunt, & ita Gallorum audaciam paulatim contriuerunt, ut non longè pòst securi primò cum Pyrrho de Italia, deinde cum Carthaginensibus de imperio Siciliæ dimicauerint. Galli superioribus prælijs uexati, quinq; & quadraginta annos quieuere, non uiolata pace, quam cum Romanis habebant. Postquam uerò senes, qui & conspexerant sæpe pericula, & uarias experti fuerant iacturas, naturæ concesserunt: insurrexere iuuenes ingenio prauo, rudes, & præteritarum rerum omnino inexperti. Hi, ut fert natura hominum, confestim nouis rebus studere cœperunt, & quocunque res ferret, infesti Romanis esse, à Transalpinis etiam auxilium aduocare. Verùm id principiò duces tantùm inconsulta plebe peragebant: quo factum est, ut uenientibus Arminum cum exercitu Transalpinis, multitudo Boiorum, quæ huiusmodi rerum ignara erat, aduentum Transalpinorum uerita, cum ducibus suis in dissensionem uenerit: Gallorumq; sic regibus interfectis, prælium cum Transalpinis commiserint. Romani quoque ea tempestate aduentu Transalpinorum deterriti, copias eduxerant: sed cum primum Gallorum inter se conflictum audiuere, domum iter uerterunt. Quinto dehinc anno, M. Lepido consule, C. Flaminius legem ad populum tulit, ut ea regio Galliæ, quam Picenum uocant, unde Senones fuerant expulsi, militibus Romanis diuideretur. Quæ res causa extitit, ut nouum bellum statim suscitatum fuerit. Nam plerique ex Gallis, ac præcipuè Boij, qui proximi Romanis erant, eam rem grauissimè indignabantur, rati Romanos iam non amplius de principatu, aut gloria, sed de præda atque interitu suo certaturos. Quapropter maximæ illæ gentes Insubrium & Boiorum inter se consentientes, confestim ad eos Gallos mittunt, qui trans Alpes ad Rhodanum habitant, & propterea quòd mercenariam militiam obeunt, Gessatæ uocantur (nam id ea dictio significat) quorum regibus Congolitano & Aneroesti in promptu magnam auri summam offerunt, ac simul admonent, quàm magna sit Romanorum fœlicitas, quantumq; ipsis ex eo futurum sit emolumenti, si uincant: atque ita eos ad bellum contra Romanos suscipiendum incitant, ac facile hoc pacto unà cum præmissis persuadent: simul dant illis fidem, se socios belli futuros. Res gestas maiorum suorum in memoriam reuocant: eos non solùm prælio fudisse olim Romanos iactant, uerùm etiam post prælium incredibili celeritate urbem Romam cepisse. Dehinc rebus omnibus, quarum ea urbs refertissima erat, potitos, cum in ea mensibus septem imperassent, sponte restituto Romanis imperio, integris omnibus fortunis suis fœliciter in patriam reuersos. Hæc iactando, monendoq;, ita reges ipsos, populosq; Galliæ ad bellum incenderunt, ut neque maior unquam exercitus, neque ex ualidioribus pugnatoribusq; militibus, neque omni apparatu insignior ex ijs Galliæ partibus descenderit. Hæc ubi Romam delata fuere, tantus in urbe terror coortus est, ut confestim nouos delectus facere cœperint, commeatum parare, interdum copias ad fines suos educere, uelut iam præsentibus Gallis, qui tamen nondum proprijs sedibus excesserant. Quæ res non parum Carthaginensibus profuere, ad imperium in Hispania propagandum. Siquidem Romani hæc,

quem-

quemadmodum suprà diximus, magis necessaria putantes, quòd hi populi eorum ceruicibus imminerent, negligere res Hispanas coacti sunt, quoad res Italiæ cõponerentur. Itaq; renouato cum Asdrubale duce Carthaginensium, quemadmodum suprà memorauimus, fœdere, totis iam animis in bellũ Gallicum uersi, id unum per id tempus maximè cogitabant, quo pacto aduersus Gallorum impetum resistere possent. Galli autem Gessatæ, coacto circa Rhodanum exercitu, & cum ingenti multitudine hominũ superatis tandem Alpibus, in cãpos qui sunt circa Padũ, descenderunt. Reliqui Galli quoq; octauo anno post eius regionis traditionem. Cum his confestim Insubres Boïq; magna multitudine coniunguntur. Veneti uerò & Cenomani legationibus Romanorum deliniti, amicitiam populi Romani societati Gallorũ prætulerunt. Quamobrem teges ob suspicionem eorum, partem copiarũ Insubribus præsidij gratia relinquere coacti, ipsi cum reliquo exercitu castra uersus Hetruriam mouerunt, ducentes peditum circiter quinquaginta millia, equitum uerò ac bigarum uiginti millia. Romani, cum primùm superatas à Gallis Alpes cognouere, L. Aemylium consulem cum exercitu Ariminum miserunt, ut ille oppositus hostibus, transitum eorum prohiberet. Vnus uerò prætorum proficisci in Hetruriam iussus, quòd alter consulum C. Atilius principio consulatus sui in Sardiniam cum classe nauigarat. Ciuitas tota mœsta atq; sollicita erat, nec sine ingenti metu tanti Gallorum conatus expectabantur. Veniebat in mentem uetustæ cladis, & quasi fatalem Romanæ urbi gentem omnes formidabant. Itaq; maximus iampridem exercitus paratus erat: noui insuper delectus quotidie habebantur: admonuerant socios, ut instructi paratiq; forent. Præterea ut descriptiones omnium copiarum totius Italiæ ad senatum referrentur, mãdauerant, omnem simul multitudinem Italici exercitus nosse cupientes. Frumenti insuper, telorumq;, ac cæterarum rerum bello necessaria rum tantum apparatum fecerant, quantum nemo ante nostram ætatem meminit. Nec sanè cæteri Italiæ populi segniores: adeò enim aduentu Gallorum perterrefacti omnes erant, ut non iam pro Romanis bella geri, neq; pro eorum imperio certari, sed pro sua singuli quisq; salute, pro ciuitate, pro patria existimarent: propterea omnes Italiæ populi libenter Romanis in hoc bello paruerunt. Libet mihi hoc loco apparatum populi Romani, & magnitudinem copiarum, quas ea tempestate habebat, commemorare: quò manifestè omnes intelligant, quales, quantasq; res, quibus tunc uiribus adgredi Annibal fuerit ausus t & quibus copijs potentiæ Romanorum oppositus, urbem Romam in tantum discrimen adduxerit. Primum igitur cum consulibus quatuor legiones urbanæ in expeditionem exiuerant. Harum singulis quinque millia & ducenti pedites, equites uerò trecenti inerant. Habebãt etiam ijdem consules auxilia sociorum: horum numerus erat triginta millia peditũ, equitum uerò duo millia. Erant præterea tumultus Gallici causa hæ copiæ paratæ, à Tuscis atq; Sabinis peditum circiter quinquaginta millia, equitum uerò ad quatuor millia. Hi statim ut Galli transire Apenninum nunciati sunt, uersus Hetruriam missi, atq; eis prætor urbanus præfectus est. Post hos Vmbri & Sarsenates Apennini accolæ ad uiginti millia coacti. Veneti item atq; Cenomani circiter uiginti millia. Hi omnes in Apennino consistere iussi erant, ac in Boiorum agros, cum facultas daretur, irrumpere. Has aduersus Gallos copias principio opposuerant. Erant præterea in urbe Roma paratæ aliæ copiæ, quæ præsidiorum gratia tenebantur: & si quid subitaneum accideret, iussa senatus expectabant. Romanorum uiginti millia peditum, equites uerò mille & quingenti: sociorum autem triginta millia peditum, equitũ duo millia. In tabulis uerò relatæ erant copiæ Latinorum octuaginta millia peditum, equitum quinq; millia. Samnitium septuaginta millia peditum, equitum septem millia. Iapigum ac Mesapiorum peditum quinquaginta, equitum uerò sexdecim millia. Lucanorum peditum triginta, equitum tria millia. Marsorum autem, & Marrucinorum, ac Ferentanorum, & præterea Vestinorum,

peditum uiginti, equitum quatuor millia. Erant quoque per id tempus in Sicilia, & circa Tarentum legiones duæ præsidij gratia constitutæ. Harum singulæ habebant peditum quatuor millia & ducentos, equites uerò ducentos. Insuper Romanorum ac Campanorum multitudo erat circiter ducenta & quinquaginta millia peditum, equitum uiginti tria millia. Ita omnium copiarum, quæ senatui populoq; Romano subiectæ erant, numerus fuit peditum supra centum & quinquaginta millia, equitum uerò circiter sex millia. Omnium autem simul ex tota Italia armatorum numerus, septies centena millia peditum, equitum ad septuaginta millia. Aduersus quos Annibal uix uiginti millia hominum habens, in Italiam ausus est irrumpere. Sed de his alias latius. Galli tandem superato Apennini iugo, in Hetruriam descenderunt: nemine resistente, eam regionē uastantes, ac tandem Romam properāt. Cumq; iam circa urbem essent, quam Clusium appellant, distatq; ab urbe Roma non amplius trium dierum spacio, nunciatur eis, Romanorum copias, quas præsidij gratia in Hetruriam collocatas diximus, simul conuenisse, ac se insequi. Quo nuncio accepto, Galli uestigio iter in Romanos tumultuosius conuerterunt. Cumq; inuicem alij alijs uicini essent circa solis occasum, tum quidem mediocri interstitio relicto, castrametati utrique exercitus subsistebant. Obortis deinde tenebris, Galli erectis de more ignibus, equitatum omnem in castris relinquunt, iubentes, ut cum prima luce, postquam hostibus conspicui fuerint, iter post eos arripiant. Ipsi occultè discedentes cum omni multitudine peditum, Fesulas uersus iter faciunt, eo consilio, ut simul equites suos reciperent, ac simul insequentes hostes interturbarent. Romani iub prima luce Gallorum equites tumultuosius abire conspicati, fugam & trepidationem existimantes, rapto post eos agmine, incautius feruntur. Quos simulatq; nacti fuere, insurgentibus undique ex composito Gallis, atrox initio utrinque initum est certamen. Tandem Gallis numero atque ferocia animi longè præstantibus, Romanorum circiter sex millia in ea pugna cecidere, reliqua omnis multitudo salutem pedibus quæsiuit. Eorum magna pars recepit sese in locum quendam, situ atque natura loci munitum. Hos principiò Galli obsidere adgressi: sed quoniam & transactæ noctis uigilijs, & eius dietlabore confecti erant, ad curanda duntaxat corpora uertuntur, relicto ibidem præsidio equorum, qui diligenter tumulum custodirent, eo proposito, ut nisi postridie se sponte dederent, totis uiribus eum locum expugnarent. Per idem tempus L. Aemylius consul, quem Arimini cum exercitu fuisse memoramus, cognito Gallorum in Hetruriam transitu, & quòd uersus urbem Romam cum exercitu properarent, præsidium ferre socijs maturat. Cumq; iam superatis Apennini saltibus, non longè ab hostibus castra posuisset, qui ad tumulum confugerant, cognito aduentu consulis (id enim per nocturnos ignes intelligebatur) auctis confestim animis, quosdam è suis inermes per propinquam syluam ad eum mittunt, ac omnem rei gestæ seriem nunciant. Coniul in tanto sociorum periculo minimè cunctandum ratus, tribunis militum mandat, ut cum prima luce pedestres copias educere maturēt: ipse cum equitatu præcedens, iter uersus tumulum facit. Gallorum quoq; duces ex nocturnis ignibus aduentum consulis coniectati, concionem aduocarunt: ut quid agendum foret, communi consilio decerneretur. Tum rex Aneroestes, stultū esse inquit, antequam tantum prædæ abigant (incredibilis enim multitudo hominum, ingensq; omnium rerum copia in Gallorum potestatem deuenerat) tempus cum hostibus terere, & res iam à se acquisitas in ambiguo ponere. Proinde primò in patriam reuertendum: relictisq; ibi sarcinis atque impedimentis, in Hetruriam denuò, si uideatur, repetendum, ut prælium aduersus hostes expediti committant. Id consilium Aneroestis cum omnibus placuisset. Galli ante lucem signa mouentes, onusti omnis generis præda, per littus inferi maris Galliam repetebant. L. Aemylius consul susceptis copijs, quæ in tumulum confugerant, Gallos cum exercitu persequebatur. Non enim pugnare

gnare ex compoſito cum tanta multitudine, conducere rebus ſuis exiſtimabat: ſed commoditatem aliquam loci, aut temporis opportunitatem cenſebat expectandam, qua uel hoſtes terere, uel abactam recipere prædam ualeret. Per idem tempus C. Atilius alter conſul, qui nuper ex Sardinia cum exercitu Piſas uenerat, expoſitis in terram copijs, contrario quàm Galli itinere per littus inferi maris Romam uerſus ductabat exercitum. Atqui iam Galli non longè aberant à Telamone Tuſciæ ciuitate, cum quidam ex eis qui exercitum antecedebant, in Romanos ex improuiſo incidentes, captiq; rem omnem conſuli expoſuerunt, non longè abeſſe Gallos nunciantes, Lucium uerò Aemylium conſulem ponè ſequi. Quibus rebus auditis, C. Atilius, partim nouitatem rei admiratus, partim adductus in ſpem uictoriæ, quòd obiecuſſe ſibi medios inter duos exercitus hoſtes fortuna uidebatur, legiones tribunis militum tradit, iubens, ut aduerſus hoſtes procedant, quouſq; locorum opportunitas ſinat. Ipſe interea imminentem uiæ collem conſpicatus, ad rem gerendam peropportunum, quò tendere iam Galli uidebantur, collectis equitibus, locum præoccupare conſtituit, & primum ſeſe periculo obijcere, ſperans per eum modum, ſi victoria penes Romanos foret, ſummam totius rei ſibi attributum iri. Galli principiò aduentum conſulis ignorantes, coniectatiq; ex his quæ cernebant, L. Aemylium conſulẽ per noctem cum equitibus præceſſiſſe, quò loca bello opportuna præoccuparet, confeſtim equitatum omnem, ac partem expeditorum præmittunt ad eum collem occupandum. Cum uerò captum iam ab Atilio collem ex captiuis intellexiſſent, confeſtim peditem iubent præcedere, à fronte ſimul atq; à tergo aciem ſtruunt: quòd hos quidem poſt tergum inſequi uiderent, illos uerò à fronte conſiſtere, & ex captiuis, & ex ijs quæ in præſentia acciderant, ſcirent. Qui cum L. Aemylio erant, etſi aduenſſe Piſas ex Sardinia copias dicebatur, nondum tamen eam rem compertam habentes, tunc è certamine, quod in colle fiebat, planè cognouerunt: iam enim quamproximè hoſtes acceſſerant. Quamobrem ingenti lætitia profuſi, equites Aemyliani per proximum collem in ſubſidiũ eorum qui pro colle pugnabant, tranſiuere. Aemylius uerò ipſe cum legionibus ſolito ordine poſt Gallos iter maturabat. Galli, ubi ſe ab hoſtibus utrinque circumuentos uidere, contra Aemylium, qui à tergo ſequebatur, Geſſatas atq; Inſubres conſtituerunt: à fronte autem aduerſus C. Atilium Taurinos, & qui circa Padum habitant, Boios, Carros, cæteraq; impedimenta unum in locum extra utranq; aciem collocarunt: prædam uerò omnem in proximum tumulum, relictis qui eam cuſtodirent equitibus, expoſuerunt. Ita cum bifrontem aciem conſtituiſſent, accidit eam non modò terribilem aſpectu, uerùm etiam ad pugnandum efficaciſſimam eſſe. Boij quidem atq; Inſubres eos requirebant, qui & ſubligaculis & ſcutis expeditiores eſſent. Geſſatę uerò ob magnitudinem animi, & incredibilem gloriæ cupiditatem, huiuſmodi abiectis, nudi tantum cum armis ante omnes ſtabant, rati per eum modum aptiores ſeſe, & magis expeditos ad bellum fore. Siquidem denſæ in ijs locis ſentes implicarent ueſtes, & armorum uſum præpedirent. Principiò certamen in colle erat omnibus conſpicuum, ſimul hinc atq; illinc concurſantibus equitibus, & ſumma uirtute ab utroq; agmine pugnantibus. Hoc in loco C. Atilius conſul temerè & audacter dimicans occiditur, caput eius ad Gallorum reges delatum. Romanorum equites haud ob eam rem cecidere animis, ſed longè atrocius prælio incumbentes, tandem non ſolùm collem tutati ſunt, uerùm etiam Gallorum equitatum omnem fuderunt. Interea cum peditum inter ſe acies appropinquaſſent, prælium commiſſum non modò præſentibus uiſu, uerùm etiam cæteris auditu horrendum, mirabileq; futurum. Primò enim cum ex tribus exercitibus pugna conſtaret, facile ſibi quiſq; perſuadere poteſt, non ſolùm aſpectum, uerùm etiam uſum eius prælij nouum atq; horribilem aſpicientibus fuiſſe. Deinde quis non ambigat, uel in præſentiarum, uel eo tempore, ſi interfuit, utrum Galli peiores partes in eo prælio habuerint,

quòd non ſolum à fronte, uerùm etiam à tergo ab hoſtibus premebantur? an meliores? ſimul quòd cum utroq; exercitu pugnabant: ſimul quòd utraq; pars impetum hoſtium ab altera propulſabat, ut ſeſe inuicem uno tempore utriq; protegerent: & quod præcipuum eſt, à fronte quidem prærumpere, à tergo uerò fugam ſperare minimè poſſent? Habent enim hunc in primis bifrontes acies uſum, quòd nullam militibus uertendi terga ſpem præbent. Atqui Romani ſimul in ſpem victoriæ ducebantur, quòd medios hoſtes quaſi de induſtria ſibi oblatos cernebant, ſimul ordinem ſtrepitumq; Gallici exercitus formidabant. Terribilis erat claſſicorum ſonitus, cum quibus omnis ſimul Gallorum multitudo tantum clamorem ululatumq; attollebat, ut incredibilis uociferatio audiretur: nec rubæ ſolùm, milites q;, uerùm etiam circunſtantia omnia loca uocem emittere uiderentur. Terribilis etiam præcedentium nudorum hominum aſpectus. Magna enim ac nuda corpora, & bellici quidam motus ſub clypeis, miraculo ſimul & formidini erant. His accedebat ſplendor & pulchritudo ornamentorum. Quippe tota acies torquibus aureis, & uirgatis ſagulis fulgebat: quæ aſpicientes Romani, partim obſtupebant, partim ſpe prædæ uehementius incendebantur. Tandem uerò ſagittarijs, qui aciem Romanam ex more præcedebant, tela paſsim emittentibus, qui poſteriores erant, armis tecti facile ſe tutabantur. Qui uerò ante alios nudi pugnabant, re longè aliter quàm ſperarant, procedente, maximè infeſtabantur. Prægrandia enim ac nuda corpora ſcuto Gallico protegere omnino nequibant: itaq; ſpicula intro adacta facile cohærebant. Deniq; cum infeſtius ferirentur, & ſagittarios cùm propter diſtantiam loci, tum propter multitudinem uolantium undiq; telorum ulciſci nequirent, in deſperationem adducti, & quaſi rabie furentes, alij in hoſtes temere ob dolorem ruẽtes opprimebantur, alij pedem ad ſuos referentes, fœdati ſanguine terrebant cæterorum animos, atq; ordinem perturbabant. Per hunc modum iactãtia Geſſatarum, qui antelignani in prælio erant, domita, Inſubres, & Boij, & Taurini prælium excepere. Neq; iam ſagittis eminus, ut antè, ſed cominus pilis & gladijs certabatur. Hic uerò, quantum nunquam aliàs, atrox prælium fiebat, nec quicquam erat in tantis exercitibus ſegne. Sed & ſcuta ad tutelam corporum, & enſes ad uſum bellorum longè impares erant. Quippe Gallorum enſes graues, & obtuſa cuſpide, ſcuta uerò debilia erant. Romani autem & ſcutis ad protegenda corpora ualidioribus utebantur, & gladijs breuioribus, ſed tamen acutis; itaq; ſemper & in uniuerſo certamine, & ſingulorum congreſsibus Galli ſuperati paſsim cadebant. Stetit tamen immota eorum acies, donec equites Romani è colle cum ingenti impetu deſcenderunt. Tunc denique turbati Galli paſsim proſternuntur: pedites quidem in ijſdem locis, in quibus conſtituti fuerant, cecidere, equites uerò in fugam ſe uerterunt. Perierunt in eo prælio quadraginta millia Gallorum: decem millia duntaxat, inter quos & Congolitanus rex fuit, uiui in poteſtatem Romanorum peruenere. Alter uerò Gallorum rex Aneroeſtes, cum in propinquum locum paucis quibuſdam comitantibus fugiſſet, non longè pòſt omnes ſibi mortem conſciuere. His rebus geſtis, L. Aemylius conſul ſpolia hoſtium Romam miſit: prædam uerò his, quorum fuerat, reſtituit. Ipſe cum omnibus copijs per Liguriam in Boiorum agrum profectus, omnia uaſtat, populaturq;: & intra paucorum dierum ſpacium omni genere prædæ ditato exercitu, Romam cum copijs reuertitur: ſignis torquibusq; (id genus ornamenti eſt ex auro, quod Galli circa collũ geſtare ſolent) Capitolium ornat, reliquam uerò prædam & captiuos omnes arre ſe in triumphum ducit. Per hunc modum tanti Gallorũ conatus, quos non ſolùm populus Romanus, uerùm etiam tota Italia formidarat, in irritũ deuenere. Quibus rebus Romani in ſpem adducti expellendi omnino ex Italia Gallos, Q. Fuluium & T. Manlium creatos nuper conſules in Galliam cum ingenti exercitu tranſmittũt. Hi ſimulac prouinciam ingreſsi fuere, Boios in ditionem populi Romani uenire compulerunt. Reliquo autem militiæ tempore,

pore, multitudine imbrium, ac subinde pestilentia impediti, desistere coacti sunt. Post hos creati consules P. Furius, & C. Flaminius, rursus in Galliã cum exercitu profecti: receptisq; in amicitiam Ananibus, qui non longè à Massilia habitant, mox in Insubrum agros legiones traduxere, non longè ab eo loco, quo Adua fluuius in Padum influit. Insubres magna multitudine ad prohibendum hostem conuenerant: à quibus nõ modò in transmittendo amne, uerùm etiam in muniendis castris, cum magna detrimenta Romani suscepissent, statim ex eo loco discesserunt: profectiq; in Cenomanorum regionem, & illorum copijs (erant enim socij Romanorum) ad exercitum adiunctis, rursus è superiori loco, qui ad Alpes spectat, in Insubrum agros descenderunt, totam regionem longè lateq; uastantes. Principes Insubrũ immutabile hoc Romanorum propositum animaduertentes, tentare fortunã belli, & cum Romanis decernere statuerunt. Coacto itaq; exercitu, & signis aureis, quæ immobilia uocitant, è tẽplo Mineruæ sublatis, cæterisq; necessarijs rebus paratis, aduersus Romanos intrepidè profecti, ex oppositio castra metati sunt, numero circiter quinquaginta millia hominũ existentes. Romani, cum se numero longè inferiores esse perspicerent, aduocare Gallorũ, cum quibus societate iuncti erant, auxilia cogitabant. Cæterum, quoniam Gallicam præuaricationem metuebant, & cum eiusdem generis hominibus dimicandum illis esse intelligebant, periculosum uidebatur, eiusmodi hominibus in eo discrimine, atque ijs præsertim temporibus salutem suam committere. Tandem ipsi quidem intra fluuiũ manentes, uocatos ad se Cenomanos, transire amnem iubent. Cum omnis multitudo transisset, pontem rescindunt, uno tempore & illis facultatem coniungendi sese cum hostibus auferentes, & suis unã duntaxat spẽ salutis in uictoria relinquẽtes: quæ cum fecissent, copias in aciẽ educunt, protestaremq; pugnãdi Insubribus faciunt. Videtur aũt Romani præclarũ illud prudenter instituisse, indicantibus illis tribunis militum, quomodo & communiter & priuatim esset pugnandũ. Hi enim, quòd ex superioribus pugnis animaduerterant, Gallorum gentem primo impetu acerrimè dimicare, mox uerò labascere animis, atq; confringi: ensis præterea illorum, quemadmodum suprà memorauimus, unam duntaxat plagã uehementem habere: sed post illã adeò eos & longitudine incuruari, & latitudine hebetari, ut si quis illis non permittat, ut terræ innixos pede rursus directos reddant, altera illorum plaga prorsus inefficax existat. Cum structæ iam acies essent, acceptas à Triarijs hastas antesignanis tradidere, admonentes, ut Gallorum impetum tamdiu distinerent, quoad primus ille ardor animi efferuescceret: tum dimissis hastis, ensibus uterentur. Illi tribunorum imperio parentes, ex cõposito in Gallos irruunt, pectoraq; eorum hastis feriunt. Galli in precidendis hastis omnem impetum effudere: tum denicq; Romani abiectis hastis, pedẽ pedi conferentes, Gallorum conatum omnino inutilem fecere: quippe auferentes ijs spacium ex distantia pugnandi, quod proprium eius gentis est, propterea quòd obtusi sunt gladij ipsorum, nec nisi ad demittendos ex distantia ictus propter longitudinem utiles. Ipsi uerò breuioribus ensib. freti, nec cæsim, ut illi, sed punctim ora pectoraq; Gallorum crebris ictibus ferientes, magnam partem hostium interfecere. Tantum in eo prelio ualuit prouidentia tribunorum. Nam consul haud sanè prudenter locum ad pugnam elegerat: quippe structa acie iuxta ripam fluminis, abstulerat Romanis, quod propriũ esse illorũ uidetur, nihil loci eis relinquens ad referendos ex aciẽ pedes. Quod si quid inter pugnandum tantillum retrocedere coegisset, incidere omnes in profluentem oportebat, ob insciti am Consulis. Præclaram tamen, ut diximus, uictoriã propria uirtute adepti fuere, & ingenti captiuorum multitudine, multisq; Gallorum spolijs onusti, incolumen Romam exercitum reduxerunt. Proximo dehinc anno, Galli tantis cladibus afflicti, pacem à Romanis per legatos petiere, omnia illis pollicentes. At M. Claudius, & C. Cornelius, Consules creati, ne id à Senatu impetrarent, educere omni celeritate in prouinciam

exercitum maturant. Quamobrē Galli desperata pace, quasi extremum periculum subituri, iterato exercitum comparare: conductisq; triginta millibus Gessatarum, quos cis Rhenum habitare, suprà memorauimus, omnes instructos, paratosq; in armis habere, Romanorum aduentum præstolari. Consules igitur aduenientè uere, copijs in Insubres ductis, Acerras urbem, quæ est inter Padum & Alpes, obsedere. Insubres, etsi ferre auxilium obsessis nequibant, propterea quòd media loca fuerant à Romanis præoccupata, ad diffol uendam tamen obsidionem toto animo intenti, partem copiarum trans Padum mittunt. Hos obsidere Clastidium oppidum sociorum populi Romani iubent, rati ea difficultate coactos consules urbem obsidione soluturos. Id simulac consulibus nunciatum fuit, M. Claudius cum equitatu & parte expeditorū ferre obsessis auxilium properat. Galli postquam aduentum consulis cognouerunt, soluta mox obsidione, aduersus Romanos intrepidè fecerunt iter, structaq; acie in conspectu constitere. Sed principiò quidem Galli, incidentibus eximprouiso in ipsorum equites Romanis, meliores partes habuerunt. Postea uerò undique circumuenti ab equitibus Romanis, fusi passim, profligatiq; fuere: multi in fluuium metu hostium præcipitati, uorticibus absorpti periere. Magna pars ab hostibus cæsa, reliqui uiui capti. At Galli, qui apud Acerras obsidebantur, simulac superatos apud Clastidium suos audiuere, fuga saluti suæ consulentes, Mediolanum præcipuam Insubrium ciuitatem petierunt. Cornelius urbe, quæ & frumento, & omni genere commeatus refertissima erat, potitus, Gallos persequitur, nec longè à Mediolano exercitum duxit. Cum uerò obuiam Galli non prodirent, Mediolanensem agrum populatus, copias reducebat. Galli redeuntem insecuti, extremum lacessere agmen cœpere, plerisque Romanorum obtruncatis, nonnullis & in fugam conuersis: donec Cornelius cum legionibus conuersus, omnes ad prælium cum hostibus capessendum cohortatus est. Qui mandatum consulis alacri animo audientes, in Gallos audacissimè irruunt. Galli maximis nuper detrimentis affecti, haud diu restitere: sed reuocato extemplò gradu, in proximas Alpes aufugerunt. Hos persecutus consul, simul prouinciam omnem populatus est: simul Mediolanum profectus, urbem per uim in populi Romani ditionem redegit. Quibus rebus gestis, duces Insubrium nullam amplius salutis spem sibi relictam uidentes, seseq; res suas omnes in populi Romani potestate posuerūt. Hic tandem belli Gallici finis fuit, quo nullum usq; in hunc diem uel obstinatione animorum, uel militum audacia, uel atrocitate præliorum, uel multitudine interfectorum, uel numero copiarum maius aut audiuimus, aut legimus. quanquam & consilijs, & incœptis, & quotidianis deliberationibus prorsus inutile fuerit: propterea quòd Galli ira potius atq; impetu mouentur, quàm ratione. De quibus, cum consideraremus, quàm breui tempore è natali solo expulsi à Romanis fuerint, paucis quibusdam locis sibi intra Alpes relictis, consentaneum existimauimus, cùm primos eorum conatus, tum omnem rerum successum, ac postremò ultimum interitum ipsorum breuiter commemorare: id maximè proprium historiæ existimantes, huiusmodi res, casusq; fortuitos posteris tradere: ne fortè nostri homines eiusce modi rerum ignari, subitas ac temerarias Barbarorum irruptiones facile pertimescant: sed certi, quàm leuiter, quamq; nullo negocio ea gens post primos statim impetus, si quis eis obstiterit, infringatur & corruat, omnem potius fortunæ euentum experiri malint, quàm aliquid necessarium, ut Barbaris cedant, prætermittere. Equidem qui Persarum aduersus Græcos, Gallorum'que contra Delphos res gestas scripserunt, plurimum profuisse arbitror ad certamina Græcorum pro communi patriæ libertate. Et certè nemo uel diuitijs alicuius, uel armis, uel multitudine hominum deterritus, à patriæ, & communis soli defensione desisteret, si sibi ante oculos ponet res ea tempestate gestas: considerabit'que, quot millia hominum, quas uires, quantos denique apparatus uirtus cum ingeniò & ratione pugnantium superarit, fregerit,

fregerit, profligauerit. Sed enim Gallorum terror non solùm priscis temporibus, uerùm & nostra ætate sæpenumero Græcorum animos inuasit. Quę res me uel in primis animauit, ut eorum res gestas summatim quidem, sed tamen ab origine referrem. Verùm ut aliquando eò reuertamur, unde discessimus, Asdrubal dux Carthaginensium, annos octo in Hispania commoratus, tandem per insidias noctu à Gallo quodam, priuatarum inimicitiarum causa domi occiditur: uir non modò bellicis artibus, uerùm & eloquentia, ad mouendos hominum animos adeò pollens potensq́, ut magnam imperio Carthaginensi accessionem fecerit. Copiæ quæ in Hispania erant, Annibali filio eius adhuc satis adolescenti, ob egregiam iuuenis indolem, & incredibilem in ea ætate magnitudinem animi, traduntur. Hic in ipsis statim principijs hostem se populi Romani futurum declarauit, quod non longè post accidit. Ex eo tempore uariæ inter Romanos Carthaginenses q́ suspiciones oriri cœptę. Quippe Carthaginenses, quòd expulsi è Sicilia fuerant, secretò Romanis insidias machinabantur. Romani uerò è contrario consilia eorum intelligentes, non satis Carthaginensibus fidebant: quibus rebus facile intelligebatur, non post longum tempus bellum inter eos futurũ. Per idem tempus Achæi, & Philippus rex, cæteriq́ eorum socij, bellum aduersus Aetolos gerebant, quod sociale appellatur. Nos igitur, cum bellum à Romanis contra Carthaginenses in Sicilia atque Africa gestum, cæteraq́ quæ id bellum secuta sunt, commemorauerimus, ac deinde secundum ordinem nostræ præparationis uentum sit ad principium socialis belli, & secũdi belli Carthaginensis, quod Annibalis bellum appellant, atque ex his temporibus nobis institutum sit nostræ narrationis initium facere, consentaneum est, ut iam ad res in Græcia gestas ueniamus: quò per hunc modum simili undecunque præparatione facta, cum ad eundem rerum omnium exitum uentum fuerit, institutam à nobis historiam inchoemus. Cum enim non unius duntaxat, aut alterius gentis, quemadmodum cæteri scriptores fecere, utputa Græcorum, siue Persarum: sed omnium simul totius orbis partium, quæ in nostram notitiam uenerunt, res gestas scribere propositum fuerit, propterea quod hæc nostra tempora ad id propositi peculiare quid contulerunt, qua de re clarius alibi commemorabimus: non absurdum erit, notissimarum gentium, locorumq́ totius orbis breuiter ante initium nostri operis meminisse. De his igitur, quæ in Asia atque Aegypto gesta sunt, satis erit à nostris inde temporibus referre: quòd multi ante nostram ætatem res gestas eorum scripsere, suntq́ ferè omnibus in promptu: nec quicquam ex eo tempore immutatum est, quod sit à scriptorum commentarijs alienum. Quæ uerò Achæi Macedonesq́ gessere, breuiter nobis ab initio repetenda sunt, quòd earum rerum (quemadmodum suprà memorauimus) incredibilis auctio & consensus fuerit nostris temporibus. Nam cum multi ante hæc tempora conati essent, ut Peloponnenses in unam uoluntatem redigerent, neque id perficere potuissent, quòd omnes suo potius commodo, quàm libertati patriæ studerent: tanta hac nostra tempestate immutatio facta est, ut non solùm amicitiam, ac rerum communicationem inter se inierint, sed etiam ijsdem legibus usi sint, ijsdem ponderibus, ijsdem mensuris, ijsdem nummis, præterea ijsdem principibus, ijsdem consultoribus, ijsdem iudicibus: ut nulla alia res Peloponneso deesset, quin omnis una ciuitas foret, nisi quòd non erant una mœnia habitantium: cætera omnia uel eadem, uel quamsimillima erant. Primùm autem quomodo regnare inter Peloponnenses cœperit Achæorum nomen, haud inutile erit ostendere. Nam hanc qui appellationem ab initio sortiti fuere, neque regione cæteris præstant, neque urbium multitudine, neque diuitijs, neque uirtute. Siquidem Arcades, atque Lacedæmonij multitudine uirorum urbiumq́ non parum cæteros antecellunt, uirtute ac rebus gestis nemini Græcorum secundi. Quomodo igitur, aut quamobrem uel hi quos modò memorauimus, uel cæteri Peloponnenses pati æquo animo possunt, se non solũ in

rempubli-

rempublicam, uerumetiam in nomen Achæorum transmutatos? Ac fortuna quidem hoc factum esse, stultissimum esset asserere. Causa potius huius rei perquirenda est, sine qua nihil nec eorum quæ ratione fiunt, nec eorum quæ præter rationem agi uidentur, perfici potest. Est autem hæc, ut mea quidem fert opinio, æqualitas, & communis licentia, quæ inter omnes seruabatur, & quoddam quasi exemplar ueræ reipublicæ. Quippe synceriora instituta in aliqua Græciæ ciuitate reperta nunquam fuere. Hæc causa pleroscp Peloponnenses sponte sua æmulos, arcp imitatores eius reipublicę fecit, alios ad id rationibus persuasionibuscp adduxit, nonnullos cum tempore paulatim coegit: ita tamen, ut statim postea animos eorum sedaret. Nam cum nemini quicquam superesse ab initio permisisset, sed omnia omnibus uoluisset æqualia fore, statim ad eam amplitudinem Achęos perduxit, duabus rebus ad id efficacissimis usa, æqualitate atcp clementia. Hęc igitur primaria causa fuisse dicenda est, quę Peloponnenses unanimes inter se, atcp concordes ad eam fœlicitatem, in qua modò sunt, perduxit. Verùm hic mos uiuendi, atcp hęc ratio administrandæ reipublicæ longè ante hæc rempora apud Achęos fuit, quod infinitis penè testimonijs licet ostendere. Sed in præsentia ūnum duntaxat, uel ad summum duo proferamus. Nam quo tempore in ea regione Italiæ, quæ tunc magna Græcia appellabatur, cœtus Pythagoreorum ob clandestinam coniurationem concrematus fuit, magna rerum publicarum mutatione facta, utpote principibus uniuscuiusque ciuitatis temere interfectis, accidit, ea loca, eascp urbes maximis cædibus seditionibuscp uexari. Quo circa uariæ ad eos undecunque legationes componendarum rerum gratia confluxere. At illi cæteris posthabitis, Achæorum duntaxat fidei res suas commiserunt. Quinetiam non multo interiecto tempore, omnino instituta illorum imitari, atque eam rempublicam effingere decreuerunt. Siquidem Crodematæ, Sybaritæ, Caulonitæ compositis inter se unanimiter rebus, primò Omarij Iouis templum publicè constituerunt, ubi & conciones fieri, & cum populo agi posset. Præterea acceptis ab Achæis institutis & legibus, ijs duntaxat uti, suamcp rempublicam componere uolebant. Sed à Dionysio Syracusarum tyranno, & uagantibus per id tempus circum ea loca Barbaris, desistere ab incœpto coacti. Præter hæc Lacedæmonijs ex insperato apud Leuctras profligatis, Thebanis uerò iam imperium Græcorum affectantibus, ingens per omnem Græciam tumultus, atque incredibilis perturbatio orta, præsertim apud hos ipsos Lacedæmonios, atque Thebanos, cum & illi superaros se arbitrarentur, & hi nondum se uictoriam cõsecutos existimarent. Veruntamen utercp populus communi consilio solos ex omni Græcia Achæos delegêre, quibus rerum omnium quæ in ambiguo erant, iudiciũ permitteret, non tam uires, aut potentiam eorum animaduertentes (erat quippe tunc ea regio cæteris omnibus Græciæ prouincijs minor) quàm fidem atcp integritatem populorum, quę ea tempestate apud omnes habebatur insignis. Tunc igitur nuda apud eos uirtus erat: sed res gestæ nullę, quæ gloria dignæ essent. Itacp respublica eorum parum augebatur, quòd neminem uirtutibus suis dignũ principem haberent: semper autem uel Lacedæmoniorum, uel Macedonum imperio obscurarentur. At postquam interiectis temporibus dignos eorum principatu præfectos inuenere, clari euestigio, arcp illustres facti sunt. Perfecerũt, * quod optimum omnium erat, Peloponnensium inter se concordiam, cuius autorem ac ducem fuisse nemo ambigit Aratum Sicyoniũ: qui uerò rem cœptam confirmarit atcp perfecerit, Philopœmenem Megalopolitanũ. tertium autem, qui eam auxerit, amplificaritcp, Lycertã, & cęteros eius sequaces. Quę uerò à singulis gesta fuerint, & quemadmodum, quo'ue tempore, hinc ostendere conabimur, quantum pro materia licebit. Sed Arati quidem res gestas & nunc, & rursus posthac summatim referemus, propterea quòd ipse in commentarijs suis omnia non minus uerè quàm apertè copioseq; complexus est. De cæteris uerò paulo diligentior atcp prolixior sermo erit. Atqui & facilio

rem

rem nobis narrationem, & discentibus apertiorem historiam futuram arbitramur, si ab his temporibus repetamus, in quibus Achæorum populi, qui à principibus Macedoniæ per ciuitates diuisi fuerant, rursus in unum quasi corpus coaluerunt: & ita aucta confestim ea gens fuit, ut ad hanc amplitudinem peruenerit, de qua hactenus particulatim diximus, & quæ durat usque in præsentem diem. Olympias igitur erat centesima uigesimaquarta, cum Patrenses & Dymæi animis conuenere: tempore quo Ptolemæus Lagi filius, & Lysimachus, & Seleucus, & Ptolemæus Ceraunus uitam obiere. Omnes enim circa hanc Olympiadem, diem functi sunt. Superioribus itaque temporibus hic erat Achæorum status. Regnari apud eos cœptum tempore quo Tisamenes Horestis filius, post descensum Heraclidarum Lacedæmone expulsus, loca quæ sunt circa Achaiam, occupauit. Ab hoc continuè per successionem usque ad Sygi tempora reges habuere. Postea uerò molestè ferre regnum cœperunt, quòd filij Sygi iam non legitimè, sed per tyrannidem prouinciam gubernarent. Igitur rempublicam à regibus ad populum transtulerunt, & reliquum quidem tempus usque ad Alexandri Philippiq; ætatem uariè uarijs temporibus se gessere: conati tamen, quantum in se fuit, rempublicam democratico more administrare. Hæc autem ex duodecim ciuitatibus constabat, quæ nostra quoque ætate extant, præter Olenum & Elicem, quam ante certamen Leuctricum terræmotus absorbuit. Hæ sunt autem illæ, Patræ, Dymæ, Pharæ, Tritea, Leontium, Egira, Pellene, Bura, Ceraunia, Carinia, Olenus, & Elice. Post Alexandri uerò ætatem, & ante eam Olympiadem, de qua modò locuti sumus, tanta inter eos, maximè propter reges Macedoniæ, dissensio orta est, ut diuisæ inter se ciuitates, diuersum ab eo quod conducebat, in se inuicem perpetrarent. Quibus ex rebus accidit, alias Achaiæ ciuitates præsidium Demetrij, Cassandriq;, & non longè pòst Antigoni intra urbem recipere: pleraſque à tyrannis, qui tunc in Græcia ex Antigono complures erant, occupari. Centesima uerò & uigesimaquarta Olympiade, quemadmodum supra memorauimus, rursus per resipiscentiam conuenire inter se ij populi cœperunt, tempore quo Pyrrhus Epirotarum rex in Italiam transfretauit. Principiò conuenere Dymenses & Patrenses, Tritenses & Pharenses, & nullus dum titulus ciuilis istarum urbium societatis erat. Postmodum uix elapso quinquennio, Egirenses electo extra urbem præsidio, illis adhæserunt: quos Burij interfecto tyranno, ac non longè pòst Ceraunij secuti. Quippe Iseas Ceraunorum ea tempestate tyrannus, cum electum Egira præsidium, interfectum'que à Burijs tyrannum, se uerò tantum non bello undique circumuentum intelligeret, depositò principatu, & pacta ab Achæis salute, urbem administrationi eorum reliquit. Sed quam ob rem hæc tam altè à nobis repetita sunt? Primò, ut palàm omnibus fiat, quo pacto, quibus'ue temporibus, qui primi Achæorum rursus hanc rempublicam, quam florere hac tempestate cernimus, instituerit. Deinde, ut non solùm historiæ nostræ, uerùm etiam rerum ab illis gestarum, cognitis ipsorum institutis, facilior apud omnes fides sit. Siquidem unus semper apud eos gubernandæ reipublicæ mos, una ratio fuit, per quam seruata continuè erga suos omnes æquabilitate, & ijs qui uel per se, uel per reges occupare eorum patriam conabantur: frequenter bello profligatis, tandem opus hoc pulcherrimum perfecerunt, partim suis uiribus freti, partim auxilio sociorum. Nam quæ sunt ab his secutis postea temporibus in ea prouincia gesta, ad Achæos referenda sunt: qui cum multis maximis'que in rebus socij Romanorum fuissent, nunquam sibi quicquam ex rebus gestis ascripsere: ad nullam protinus rem, nisi ad Peloponnesi libertatem atque concordiam intenti. Verùm hoc ex ipsis rebus gestis manifestius apparebit. Quinque igitur & uiginti annos cum his pariter rempublicam administrarunt à principio hæ, quas modò memorauimus, ciuitates, quæstorem unum, & duos duces uicissim creantes: postea rursus unum duntaxat ducem decernere statuerunt, cui

summa

ſumma rerum omnium committeretur. Primus omnium eum honorem adeptus fuit Marcus Gerineus: poſt quem perfectis quatuor annis, dux creatus fuit Aratus Sicyonius, cum eſſet annorum uiginti. Hic ſtatim ſingulari uirtute, ac magnitudine animi patriam tyrannide liberauit, & reipublicę Achæorum, cui iam inde ab initio affectiſſimus fuerat, adiunxit. Nec lōgè pòſt, cum octo annis imperaſſet, dux denuò electus, ſi qua uia arcem Corinthi, quam tunc Antigonus tenebat, capere poſſet, animum intendere cœpit: qua mox potitus, magno metu liberauit eos, qui Peloponneſum colebant. Corinthijs uerò tyrannide liberatis, eam quoq; urbem Achæis addidit. Idem etiam de ciuitate Megarenſium paucis interiectis diebus effecit. Hæc geſta ſunt anno ante eum Carthaginenſium conflictum, quo Carthaginēſes omni Sicilia excedere, ac tributum populo Romano pēdere ſunt coacti. Aratus huiuſcemodi rebus intra breue tempus ſtrenuè peractis, reliquum ætatis in adminiſtratione reipub. conſumpſit, omnes conatus ac cogitationes ſuas ad unū finem dirigens, ut Macedones Peloponneſo eijceret, tyrannides infringeret, communemq; ac patriam libertatem unicuiq; conſeruaret. Ita quamdiu Antigonus Gonatas uixit, facile & conatui, ac omnifariam machinis ipſius, & cupiditati Aetolorum reſtitit, utriſq; alioquin eò temeritatis atq; audaciæ prolapſis, ut fœdus inter ſe inuicem de diuiſione ciuitatum Achaiæ facere non eruberint. Mortuo uerò Antigono, initaq; inter Achæos atq; Aetolos ſocietate, cum bello à Demetrio infeſtarentur, diſſenſiones atq; diſcordiæ pauliſper ſedatæ, communisq; & mutua quædam amicitia inter eos orta eſt. Poſtquam uerò Demetrius, qui decem tantùm regnauit annos, diem functus fuit, tempore quo primùm Romani Illyrium transfretarunt, incredibile rebus Achęorum additamentum acceſsit. Quippe omnes tyranni qui in Peloponneſo regnabant, in deſperationem adducti ſunt, tum propter Demetrij mortē, quo duce atq; imperatore uti conſueuerant: tum quòd Aratum cernebant totis uiribus adniti, ut tyrannides deponerentur: & ijs quidem, qui ſeſe ſponte imperio abdicarent, ſummos honores præmiaq; proponere: ijs uerò qui in pertinacia permanerent, metum terroremq; injjcere: denicq; uniuerſos hortari, ut tyrannides dimitterent, patrias in libertatem uendicarent, & in remp. Achæorum conuenirent. Lyſidas igitur Megalopolitanus, qui adhuc uiuo Demetrio ſingulari prudentia futura præuiderat, cōfeſtim depoſita tyrānide, ethnicæ reipublicæ aſcribi uoluit. Ariſtomachus quoq; Argiuorum tyrannus, & Xenon Hermioniorum, & Cleonimus Phliaſiorum, depoſitis tyrannidibus, in eandem rempub. confluxere. Quibus ex rebus cum ea gens mirum in modum adoleuiſſet, Aetoli ob innatam eis cupiditatem Achæis inuidentes, ſperantesq; ſe ciuitates, quæ unà coaluerant, diſſoluere poſſe, quemadmodū ab initio fecerant, Acarnanum ciuitates cum Alexandro, Achæorum uerò cum Antigono ſe diuiſuros pollicentur. Ita ſimili ſpe in ſententiam trahunt Antigonum, qui per ea tempora Macedonibus præerat, relictus Philippo adhuc puero tutor, & Cleomenem regem Lacedæmoniorum. Nam cum Antigonum ea tempeſtate Macedonibus imperantem cernerent, uirum bellicoſum, & ob amiſſam Corinthi arcem Achæis maximè infeſtum, facile ſibi perſuadebant, ſi Lacedæmonios quoq; eo bello adiutores haberēt, ſe haud dubiè eam gentem armis undiq; circumuentam oppreſſuros: quod procul dubio euenijſſet, niſi, quod illi minimè conſiderauerant, Aratū ſingulari uirtute, ac magnitudine animi uirum, propugnatorē habuiſſent. Totis itaq; uiribus iniquiſsimum bellum adgreſsi, non ſolum quod ſperabant, perficere nequiuerūt: ſed econtrario Aratum, qui ea tempeſtate Achæis præerat, & omnem illorū gentem robuſtiorem audacioremq; fecere, duce callidè omnia ac diligenter prouidente, quemadmodum ex ſequentibus liquebit. Nam cum uir prouidus animaduerteret, pudere Aetolos palàm Achæis bellum indicere, ob recepta nuper ab illis in bello Demetriaco beneficia, propterea q; Lacedæmonios, ut id ipſi factitarent, hortari: tanta deinde inuidia ob res Achæorum ſecundas

premi,

premi, ut Cleomeni, qui Tegeā, Mantiniam, Orchomenumq; quæ nō modò
ſociæ Aetolis, ſed et eiuſdē cum illis ciuitatis fuerant, ſibi per fraudē ſuſtulerat,
non ſolū trati non fuiſſent, ſed eas regi lætiſſimè confirmaſſent: præterea nulla
ab Achæis iniuria laceſſitos, duntaxat immani cupiditate regnandi, omnē bel-
lo occaſionem quæritare: patiq; in præſentia haud inuitos, ut fœdus ſibi à rege
uiolaretur, perderenturq; per fraudē ampliſſimæ ciuitates: ea tantū fini, ut auctæ
per eum modū Cleomenis uires, facilius Achæorū rempublicam labefactare
poſſent. Cum inquā hæc omnia Aratus, cæteriq; Achæorū duces animaduer-
terent, ſtatuerunt inter ſe bellum quidem nemini indicendū, ſed conatui Lace-
dæmoniorū totis uiribus reſiſtendū eſſe. Principiò igitur hęc inter ſe duces de-
creuere. Interiectis uerò temporibus, cum animaduerterent Cleomenē oppi-
dum quoddā, quod poſtea Athenienſe appellatū, in regione Megalopolitarū
intrepidè ædificantē, & tam ſeſe apertum atq; acerrimum Achæorum hoſtem
indicantē, congregato concilio decernunt bellū aduerſus Lacedęmonios non
iam ex abdito, ſed palàm eſſe ſuſcipiendum. Bellum igitur, quod Cleomenicū
appellāt, per ea tempora huiuſmodi initiū habuit. Achæi primùm per ſe ipſos
ſine cuiuſquā ſubſidio reſiſtere Lacedæmoniis cœperunt, ſimul quòd glorio-
ſius nomini eorum futurū arbitrabantur, per ſeipſos, quam per alios, ciuitates,
patriamq; tutari: ſimul quòd ſeruare cum Ptolemæo amicitiā totis uiribus ad-
nitebantur, ueriti ne ſortè is ægreferret, ſi ab aliis potius, quàm à ſe præſidia quæ-
ritarent. Iam uerò procedente bello cum Cleomenes peſſundata republica le-
gitimum imperium in tyrannidē uertiſſet, & bello alioquin aſtutè & audacter
uteretur, Aratus quod futurum erat, longè proſpiciens (quippe quem minimè
latebat conſilium atque audacia Aetolorum) ſedulò irritandos eſſe illorum
conatus iudicauit. Cum itaque animaduerteret Antigonum induſtria atque
experientia rerum, præterea etiam fide præter cæteros præſtantem, & reges
conſideraret natura quidem neminem uel hoſtem, uel amicum habere, ſed
ex eorum commodo amicitias, inimicitiasq; metiri, conuertere ſe ad eum re-
gem decreuit, omnemq; belli euentum illi ante oculos ponere, poſtremò una
belli ſocietatem inire. Verùm id palàm facere, complures cauſæ prohibebant.
Quippe ea re intellecta Cleomenes atque Aetoli, diligentius ſe paraturi ad
bellum uidebantur. & Achiui nouitate rei perterriti, quòd ducem ueluti in
ſumma deſperatione rerum ad hoſtē confugere exiſtimarent, magna ex parte
bellum deſerturi. Quamobrē ne quid huiuſmodi accideret, non modò nemini
conſilium aperiebat, ſed multa præter ſententiam faciebat, loquebaturq;, queis
contrarū eius rei quam moliebatur, oſtenderet. Cum itaq; Megalopolitanus
cerneret ob uicinitatem, quam cum Lacedęmone habebant, bellò præter cęte-
ros quàm maximè affligi, neq; ullum ab Achęis, qui eodē bello premebantur,
expectare præſidium, fœdere præterea atq; amicitia cum Macedonibus con-
iunctos eſſe, quorū ſingularia fuerant erga Philippum Amyntæ filium bene-
ficia, non dubitabat eos: quam primùm infeſtari à Cleomene cœpiſſent, Anti-
goni atq; Macedonum præſidium imploraturos. Itaq; ſecretè conſilium ſuum
Nicophani et Cercidæ Megalopolitanis aperit. Hi ei paterni hoſpites erant, ac
præter cæteros ad componendā rem aptiſsimi uidebantur. Per eos itaq; Ma-
cedonas hortatē, legatos ad Achæos mittant, rogentq;, ut ſecū unà præſidiū ab
Antigono poſtulent. Megalopolitani Nicophanē atq; Cercidam legatos ad
Achæos mittūt: & ut inde cōſentientibus Achæis ad Antigonū proficiſcant,
iubent. Achęi id Megalopolitanis facile permiſerunt. Profecti igitur ad regem
legati, quæ in mandatis habebant referunt: & ex iis quidē quæ ad patriā eorū
ſpectabant, duntaxat neceſſaria breuiter ſummatimq; exponunt. De uniuerſa
uerò re plura, ut ab Arato edocti fuerāt, uerba faciunt. Aetolorū, Cleomenisq;
conatus quid poſſint, quò tendant, ante oculos ponūt. Eſſe id bellū in præſen-
tia quidē Achæis periculoſum: ſed poſthæc, ſi illi uoti cōpotes fuerint, ipſi An-
tigono longe pernicioſius futurū. Neminē quippe dubitare, Achęos uno tem-
pore amborū uiribus oppreſſos, facile peſſundatū iri: at Cleomenē, Aetolosq;,

si ea uictoria potiti fuerint, haudquaquam in ijs finibus permansuros, longe minus dubiũ esse. Quippe Aetolorũ cupiditatẽ credendum non solum nõ Peloponnensiũ, sed ne totius quidẽ Græciæ finibus cõtentam fore. Cleomenis uerò ambitionẽ, tametsi in præsentia Peloponnesi tantũmodo principatũ appetere uideatur, tamen si uoti compos fuerit, nõ prius ab incepto destiturã, quàm omnem Græciã subiugauerit. id quod cõsequi nõ possit, nisi prius Macedonum principatũ destruxerit. His atq; alijs huiusce modi rationibus regem admonent, ut futura diligenter prospiciat, consideretq;, quid rebus suis magis conducere uideat, uel una cum Achæis atq; Bœotijs bellũ in Peloponneso pro imperio Græciæ contra Cleomenẽ gerere, uel derelicta maxima gente, non longè pòst aduersus Aetolos, Bœotios, Achęos, atq; Lacedęmonios in Thessalia pro principatu Macedoniæ certare. Quòd si Aetoli pudore ducti, ne concordiã tẽpore Demetriaci belli cum Achæis initã uiolare uiderentur, in amicitia, quemadmodũ in præsentia faciebãt, persistere simularẽt, Achæos per se ipsos satis superq; esse ad Cleomenis iniurias propulsandas. Itaq; si fortuna secundis rebus secũ ageret, nihil opus esse aliorũ subsidio: sin uerò rebus suis iniqua Aetolos potius respiceret, regẽ ut sibi adesset obtestabantur: neq; opportunũ tẽpus prætermitteret, Peloponnenses, anteaquã ad internitionẽ delerentur, conseruaret. De fide ac præmijs nullã in præsentia curam habendã dicebant: inuenturũ esse Aratũ in summa rerũ necessitate modũ, quo utriq; rei satisfaceret. Hunc ipsum, tẽpus, quo opus præsidio foret, regi indicaturũ. Antigonus auditis quæ relata per legatos fuere, Arati prudentiã summopere cõmendauit, seq; ad omnẽ rei euentũ paratũ respondit. Dedit præterea ad Megalopolitanos literas, quibus significauit, præsto fore à se subsidiũ, dummodo id uolentibus Achęis fieret. His peractis, Nicophanes, & Cercidas domũ reuertuntur: redditisq; Antigoni literis, beneuolentiam ac promptitudinẽ regis ostendunt. Megalopolitani his rebus lætitia affecti, mittunt denuò ad Achæos legatos, rogantes ut fœdus cũ Antigono ineant, ac totius rei summã fidei illius credant. Aratus, intellectis particulatim à Nicophane rebus, & studio regis erga Achæos seq; ipsum cognito, incredibilem cœpit animo uoluptatẽ: simul quòd haud frustratũ se spe sua esse intelligebat: simul quòd Antigonus præter spẽ Aetolorũ haud aspernari amicitiã suam uidebatur. Arbitrabatur autẽ ualde rationi dissonũ esse, quòd Megalopolitani ad hoc ptopendebãt, ut summa rerũ per Achæos ad Antigonũ deferretur. Stabat enim in sententia à nemine petendi subsidiũ, nisi summa rerũ necessitudine cogerẽtur. Quod si accideret, nequaquã id per se solũ, sed per omnes simul Achęos fieri cupiebat. Verebatur enim, ne si fortè rex uictoria potitus, Cleomene ac Lacedæmonijs superatis, ad extremũ aliquid noui contra rempublicã Achæorũ tentaret: causam eius rei sibi ascriberent, quòd regẽ sibi ob captam Corinthi arcem infensum, admittendũ intra patriæ limites per imprudentiã censuissent. Cum igiũ legati Megalopolitanorũ ad cõsilium uenissent, & recitatis primò literis regis, benignitatẽ atq; amicitiã ostendissent, ac postremò Achæos hortati forent ad res cum Antigono cõponendas, atq; ad id prompta esse omnis multitudo uideretur: procedens in mediũ Aratus, regis benignitatẽ facile amplexus est, dehinc multitudinis studiũ summis laudibus extulit. Verùm pluribus eos hortatus est, ut per seipsos seruare ciuitates & patriã conarentur. Si id fieret, nihil neq; præclarius, neq; utilius fore. Quod si rebus suis omnino fortuna aduersaretur, omnia prius experienda: & postquã nullam amplius intelligerent spẽ sibi relictam esse, tunc demũ ad amicorũ præsidia confugiendũ. Id consiliũ facile multitudo omnis probauit, decretũq; à concilio fuit, ne quid in præsentia noui tentaret, sed per se ipsos Achæi præsens bellũ administrarẽt. Cũ uerò interea Ptolemæus Cleomeni auxilio esse, & necessaria ad bellũ suppeditare cœpisset, cupiens eũ per hunc modũ Antigono infestũ facere, quod Lacedæmoniorũ potius, quàm Achęorũ uiribus Macedoniæ regnũ consequi posse sperabat: Achęi autẽ primò iuxta Lyceũ ex improuiso Cleomeni obuiã facti, cæsi ac profligati fuissent: dehinc rursus in Laodicea non longe aburbe

Mega-

Megalopoli, cum ex cõpoſito ad manus uenìſſent, ingentem iacturã paſſi, ubi & Leuſiadas cecidit, tertio prope Dymeam in loco, quod Hecatombeũ appellatur, adeò fuſi, diſſipatiq́, ut penè in extremũ periculũ incidiſſent. tunc demũ tot malis circumuentus Aratus, morã omnẽ amputandã cenſuit, ſubſidiũq́ ab Antigono, uti à principio ſtatuerat, petendũ. Filiũ itaq́ legatũ ad regẽ mittit, ea confirmatũ, quæ de ſubſidio inter ſe cõuenerant. Verùm anceps conſilij, ac non parũ ſolicitus erat, quod neq́ Antigonũ cum præſidio uenturũ ſperabat, niſi arcẽ Corinthi, quam Acrocorinthũ uocant, & ipſam Corinthiorũ urbem fidei gratia accepiſſet: neq́ intelligebat Achæos poſſe inuitis Corinthijs eã urbem Macedonibus tradere. Quamobrẽ dilatum conſiliũ fuit, ut de modo dandæ fidei conſideraretur. Inter hæc Cleomenes rebus fœliciter à ſe geſtis elatus, intrepidè per omnem prouinciã diſcurrere, ciuitates partim perſuaſione, partim terrore ſibi aſciſcere. Cũ uerò per hunc modũ Caphyas, Pellenem, Phenẽũ, Argos, Phliantem, Cleonas, Epidaurũ, Hermionem, Tryzenem, & ad extremũ Corinthũ cepiſſet, caſtra nõ longe ab urbe Syciniorũ poſuit, pariterq́ Achæos ab ea quam ſuprà diximus, ſolicitudine animi liberauit. Quippe Aratus, ſimulatq́ nunciatũm eſt, electũ à Corinthijs ex urbe præſidium Achæorũ, miſſosq́ ad Cleomenẽ legatos, qui urbẽ ei traderent, optimã ad eã rem occaſionẽ nactus, arcẽ quæ ab Achæis tenebatur, Antigono reſtituit: quæ res & offenſam, quam apud regẽ contraxerat, purgauit: & fidẽ ac munimentũ quoddã, & ueluti receptaculũ futuri belli regi præbuit. Cleomenes, poſtquã conuenìſſe cum Antigono Achæos intellexit, arcemq́ illi ſponte tradidiſſe, conſeſtim ſoluta obſidione caſtra nõ longe ab Iſthmo traduxit: atq́ eum locum, qui medius eſt inter arcẽ, & eos montes quos incolæ Onios uocant, uallo ac foſſa diligentiſſimè muniuit, ut qui iam animo ſpẽ conceperat, totius ſe Peloponneſi imperio potiturũ. Antigonus iampridem ad bellum paratus, opportunitatẽ temporis præſtolabatur. Cum uerò ex his quæ acciderãt, appropinquare profectionem Cleomenis in Theſſaliã, ſicuti ab Arato didicerat, coniecturã, miſſis ad Achæos de omni re nunciis, ipſe cum exercitu uerſus Iſthmum per Euboeã iter facit. Nam Aetoli aduentũ ipſius ægre ferentes, ei nunciarũt, ne intra Thermopylarum anguſtias exercitum duceret: quod ſi faceret, armatos iter ſe ipſius impedituros * Igitur Antigonus atq́ Cleomenes aduerſus ſe inuicẽ caſtra poſuere: ille animo ingrediendi Peloponenſum, hic ſtudio arcendi eum à finibus ſuis. Achæi, & ſi maximam in uniuerſum iacturam paſſi erant, haud tamen prorſus cecidere animis: ſed quamprimum rebellaſſe contra Cleomenem, Ariſtotelẽ Argiuum ſenſerunt, in eius auxilium profecti, Timoxeno duce, Argos cepere. quæ res non mediocre momentum attulit uiribus Achæorum. Siquidẽ & Cleomenis impetus ob eam rem non parum repreſſus, & animi militum proſtrati fuere, ut res ipſæ facile oſtenderũt. Nam cum & locorum opportunitate, & copia commeatus, & uiribus atq́ audacia militum longe præſtaret Cleomenis exercitus, tanta repentè facta eſt immutatio rerũ, capta Argiuorũ ciuitate, ut Cleomenes dimiſſis ijs omnibus, fugæ ſimilem profectionem fecerit: ueritus ne ab hoſtibus undiq́ circumueniretur. Profectus autem eſt Argos, ubi facto in urbem impetu, expugnare eam totis uiribus nititur. Sed hinc Achæis fortiſſimè reſiſtentibus, illic Argiuis ob pœnitentiã commiſſi erroris acerrimè propugnantibus: ea quoq́ ſpe fruſtratus, facto per Mantiniã itinere, copias Spartam traduxit. Antigonus Peloponneſum ingreſſus, Acrocorinthũ capit. Hinc citato gradu, Argos cõtendit, Argiuos pluribus uerbis laudat, res ciuitatis cõponit. Dehinc rurſus uerſus Arcadiam ducto exercitu, ex munimentis à Cleomene extructis extrahit præſidia, eaq́ per Aegyptanam regionem profectus Megalopolitanis tradit. Ipſe Egium, ubi Achæorum concilium erat, ſe tranſtulit. Hic multa de rebus præſentibus loquitur, futurorum etiam haud paucis admonet. Poſtremò omnium ſociorum dux creatus, exercitum per hyemem in agro Sicyoniorum & Corinthiorum detinet. Ineunte autem uere copias educit, coniunguntur unà Achæi. Itaq́ triduò Tegeã profectus, obſidere urbem

bem aggredi. Cum uerò Tegetani Macedones, fossis, cuniculis, atq; omnifariam machinis ad expugnationē urbis intentos uiderent, desperata prorsus salute, sese hostibus dedunt. Antigonus cōpositis in urbe rebus, consestim Laconicen traducit exercitum. Ita Cleomeni, qui se intra fines suos continebat, appropinquans, exiguis interdū certaminibus manus cum hoste conserit. Interea per exploratores nunciatur, milites ab Orchomeno in subsidium Cleomenis uenisse. Quamobrem, conuerso itinere, Orchomenū contendit, urbemq; nullo negocio capit. Post hęc Mantiniam ciuitatem obsidet, qua mox potitus, uersus Heream & Telphusam legiones ducit, & eas quoq; urbes per deditionem sine interuallo accipit. Post hæc ingruente hyeme, Macedones domi in hybernis relinquit: ipse cum mercenarijs proficiscitur Egium, ut interea cum consilio de rebus necessarijs disputet. Per id tempus Cleomenes, cum animaduerteret Antigonum relictis domi copijs Egij moram trahere, distantem Megalopoli amplius trium dierum spacio: eam uerò urbem ut situ uastam, ita hominibus uacuam esse, multis præsertim pauloantè in ijs prælijs, quæ iuxta Lyceum & Laodiceam facta memorauimus, inter certandum interfectis: præterea eo tempore propter præsentiam Antigoni negligentius obseruari, facilè est adductus in spem urbis capiundæ. Eò itaq; repentè profectus, comitantibus quibusdam Messenijs, qui patria exules extorresq; Megalopoli uitam trahebant, ab ijs noctu intra mœnia admittitur. Facta uerò luce parum abfuit, quin cum omni exercitu periclitaretur, Megalopolitanis fortissimè resistentibus: id quod illi et antè trimestre tempus acciderat, cum ciuitatem loco qui Colæus uocatur inuasisset. Veruntamen ad extremum & multitudine militum, et quia opportunissima quæq; loca præoccupauerat, uoti compos fuit. Vrbem captā, ciectis Megalopolitis, spoliatamq; funditus euertit, ut nulla in posterū spes ipsius denuò ædificandæ relinqueretur. Id mihi quidē eo consilio uidetur fecisse, ut Lionensibus, Megalopolitanis, Stymphalijs, cęterisq; propinquis populis ostenderet, nihil proditoribus, aut ijs qui res nouas molirentur, tutum esse: nam Clitoriorum uirtutem ac gloriā unius hominis peruersitas fœdauerat. Is fuit Thearces, quem meritò ob eam rem Clitorij genitū apud se esse negauerūt, dicentes eum aduenæ cuiusdam militis filiū ex Orchomeno aduenisse. Cæterùm cum nō desint, qui inter huius historiæ scriptores Philarchū cæteris omnibus præponāt, cum tamen plerunq; contraria Arato & dicat et sentiat: utile, immo potius necessariū iudicauimus, nobis præsertim qui sumus Aratū secuti, hanc partē nequaquā prętermittere silentio, ut facilius discerni à mendacio ueritas possit. Hic igit̄ multa passim per uniuersam historiā, prout libido animi tulit, locutus est, quæ refutare in præsentia superuacuum duximus, ratiq; eatenus penes hunc authorem discutienda nobis esse, quæ ijs temporibus, quorum nos meminimus, id est in bello Cleomenico, gesta fuerunt. Hæc sanè satis superq; erunt ad reliquos eius authoris errores intelligendos. Principiò cum niteret̄ ostendere Antigoni, & Macedonū, præterea etiā Arati atq; Achæorū crudelitatem: Mantinienses, inquit, cum primùm in eorū potestatē uenere, omnia sęua, crudeliaq; ab hostibus passos: antiquissimā nobilissimamq; Arcadiæ ciuitatem, in tot ærumnas, tot calamitates incidisse, ut uniuersam Græciam ad lachrymas mouerit. Post hæc dum augere crudelitatem, & legentium animos mouere ad commiserationem studet, refert mulierum mutuos amplexus, crines passos, nudatas papillas, uirorum & fœminarum gemitus atq; ululatus, paruos liberos, & confectos ætate parentes circum se trahentiū. Hoc uerò passim per uniuersam historiam facit, hoc agens, ut singulis grauitatem malorū ob oculos exponat. Verùm inertiā & muliebrē animi illius mollicie relinquentes, ea inquiramus, quæ in historijs sunt & propria et utilia. Scriptorem rerum gestarum decet nō mouere hominum affectus, neq; orationem ad id aptam perquirere, nèq; calamitates mortalium insectari, quod Tragœdiarū scriptores faciunt, sed dicta factaq; hominum uerè referre, etiam si mediocria fuerint. Neq; enim est idem historiæ atq; tragœdiæ finis, sed planè contrarius, quippe in hac elaborandum,

ut ueri-

ut ueriſimili oratione audientium animos in ſpem, metum, ſolicitudinem, uoluptatem, aut alium huiuſcemodi affectum trahamus. illic autem totis uiribus adnitendum, ut ſtudioſis noſtrorum operum dicta, factaq; hominum uerè referamus. Quam ob rem illic ueri ſimilibus rebus opus eſt, ut ſpectatores facilius decipiantur: hic ueris, quia in utilitatē legentium ſcribuntur. Adde quòd idem author plerunq; inter ſcribendum, nullam neque cauſam, neque rationem earum rerum adducit, ſine quibus neque ad miſericordiam, neque ad indignationē mouere quempiā iuſtè poſſumus in rebus mortalibus. Nam quis eſt, qui non indignum putet, hominem liberum cædi? tamen ſi quis ob patratum à ſe delictum quid paſſus fuerit, iurè eum id paſſum fatemur. porrò ſi caſtigandi, emendandiq; gratia quiſpiam hominem liberum uerberarit, non'ne honore ac gratia dignus ab omnibus iudicabitur? Eodem modo ciuem interficere nefas eſt, idq; punitur acerrimè. At ſi quis furem, aut adulterum interfecerit, non'ne inſons eſt? Quòd ſi proditorem patriæ, aut tyrannum quiſpiā obtruncarit, non ab omnibus laudabitur? commendabitur? extolletur? Ira in omni re finis et intentio hominis ſpectari debet, idq; nō in eo quod cōmittitur, ſed in cauſis ac propoſito conſideratis rerum differentijs. Mantinienſes igitur primò relicta republica Achæorū, Aetolis ſe patriamq; ſpontè tradiderūt, nec longè poſt Cleomeni. Inter hæc, dum ſub republica Lacedæmoniorum uiuerent, anno ante Antigoni ad eas partes aduentum quarto, iterum ab Achæis duce Arato capti fuere. Quo tempore tantum abfuit, ut ob contractam offenſam mali quidpiam paterentur, ut incredibile omnibus apparuerit, quàm facilè, quanq; celeriter uterq; populus in unam denuò rempublicam coaluerit. Quippe Aratus ſimulatque potitus eſt urbe, mandauit ſuis, ne quid alienum tangerent: poſtea uocatos ad ſe ciues, hortatus eſt, ut bono animo eſſent, ſuiſq; rebus fruerentur. Futuros enim ſaluos quàm diu ſub republica Achæorum manerent. Mantinenſes qui omni prorſus ſpe deſtitui uidebantur, Arati uerbis ſummopere recreati, eueſtigio ſententiam mutant, & quorum modo pernicioſiſſimi hoſtes erant, & quos multis neceſſarijs deſtitutos ac non paucos illorum uirorum aduerſariorum oppreſſos uidebant, in proprias domos admittunt, cum ijs res fortunasq; ſuas comunicant: nihil denicq; prætermittunt, quod ad ineundam firmiſſimam amicitiam pertinere uideatur. Neque id iniuria. neſcio enim an aliqui unquam uel in manus mitiorum hoſtium ueneriint, uel in maiores fortunæ caſus lapſi cum minori detrimento ſurrexerint: quod Arati atque Achæorum humanitas fecit. Poſt hæc cum & futuras inter ſe ſeditiones, & Aetolorum ac Lacedæmoniorum machinas longè proſpicerent, mittunt ad Achæos legatos, qui urbem fidei eorum tradant, ac ſubſidium poſtulent. Achæi ſine mora trecentos uiros ex ſuis fortè deligunt, hos proficiſci Mantiniam iubent. Igitur trecenti uiri de gente Achęorum, relicta patria, fortunisq; ſuis omnibus, Mantiniæ moram trahebant, & libertatem ac ſalutem urbis tutabantur. Mercenarios præterea circiter ducentos ſecum habebant. Non multo interiecto tempore, ſedino inter Mantinenſes oritur. Quā ob rem aduocatis confeſtim Lacedæmonijs, urbem eis tradunt, & ne quid ſceleri deſit, Achæos omnes obtruncant: quo neſcio an pernicioſius aliquid facinus memorari poſſit. Nam ſi recedere omnino à fœdere atque amicitia Achæorum ſtatuerant, fuerat ſaltem præſidium incolume in patriam remittendum. Quippe hæc conſuetudo etiam cum hoſtibus iure gentium ſeruari ſolet. Sed hi ut facilius facerēt fidem ſui erga Cleomenem & Lacedæmonios animi, eò immanitatis ac uęcordiæ proceſſere, ut uiolato iure gentium, ne amicis quidem parcerent. Quod igitur tantopere in eos ſæuierint, qui etiam paulo antè urbe eorum per uim potiti, omnes ueluti inſontes dimiſerant, & in præſentia patriam ac libertatem eorum tutabantur, qua pœna, quo cruciatu putabimus dignos? quod iudicium par tanto ſceleri excogitari poterit? An ut unà cum liberis, atque uxoribus uænum eant? at hoc iure belli etiam de his qui nihil ſæ-

uum, nihil crudele commiserunt, fieri licet. Igitur maiori pœna & grauiori exemplo digni erant? Quocirca si ea tantum passi fuere, quæ scribit Philarchus, non solum non credendum, Græcos ob eam rem miseratione affectos esse: sed potius laudasse iudicium Achæorum, quòd tantam, tamq; inauditam crudelitatem censuissent acerimè puniendam. Quam ob rem cum nihil aliud fuerint ea tempestate Mantinienses passi, quàm quòd spoliati fortunis suis, & uenundati ab hostibus fuere, quis non uideat hunchistoriarum scriptorem non modò fuisse mendacem, uerumetiam incredibilia dictu scripsisse: & ut ignorantiæ cumulus accederet, ne id quidem animaduertisse, quòd Achęi in Tegeatas eodem tempore à se prælio captos nihil tale moliti sunt. Atqui, si eius rei causa crudelitas Achæorum fuisset, profectò Tegeatæ quoq; eandem crudelitatem sorent experti. Sed cum hæc diuersitas duntaxat aduersus Mantinienses fuerit, manifestum, ipsam quoq; causam iracundiæ diuersam apud eos extitisse. Rursus hic ipse author Aristomachum Argiuum refert clarissima familia ortum, Argiuorum tyrannum fuisse, antiquâ à tyrannis originem ducentem. Hunc ab Antigono atque Aehæis captum, ac Cenchream adductum, & strangulatum, iniustissimam atq; iniquissimam omnium mortalium necem tulisse. Facit præterea eum, ubiq; sui similis, per noctem qua strangulabatur uoces quasdam in uinculis emittentem, quibus uicinos partim crudelitate rei perterritos, partim ut rem certius intelligerent, nonnullos etiam grauiter indignatos ad eum locum cursitasse: & alia quædam muliebria atq; effœminata, quæ in præsentiarum omittimus, contenti ijs quæ hactenus commemorata à nobis fuere. Ego uerò Aristomachum arbitror, etiamsi nihil aliud aduersus Achæos deliquisset, præterquam quòd pessundata republica libertatem patriæ in tyrannidem conuerterat, quamlibet magno cruciatu dignũ extitisse. Quanquam præclarus author cupiens illius gloriam extollere, er commemoratione malorum, quæ pertulerat, mendicare ab audientibus misericordiam, non solum tyrannum fuisse scribit, uerumetiam è tyrannis genitum. quo quid grauius aut pernicioſius dici potest? hoc enim nomen quali seminarium in se continet crudelitatis, & omnes hominum iniurias, sceleraq; complectitur. Atqui Aristomachus, etiamsi grauissimos cruciatus passus fuisset, ut Philarchus tradit, non tamen dignas, uel unius diei pœnas luisset. In quo cum Aratus Argos cum Achæorum manu per insidias ingressus, uindicare in libertatem Argiuos niteretur, tandem nemine ob metum tyranni se mouente, & conatum ipsius iuuante, exire urbe coactus est. Quam ob rem Aristomachus occasione sumpta, quòd conscij aduentus Achæorum fuissent, octuaginta ex primoribus ciuium insontes strangulari in conspectu necessariorũ iussit. Sed longum esset, ipsius per omnem uitam crudelitatem referre: quippe hanc à maioribus suis quasi hæreditario iure habuit. Igitur si huiusmodi exemplis ac cruciatibus affectus fuit, haud est indignum censendum, siquidem longè indignius fuisset, sceleratissimum hominem post tot uirorum cædes, tot rapinas ueluti insontem impunitum mori. Neque Antigoni atque Arati sæuitiæ adscribendum est, quòd tyrannum, quo bello potiti legitimè fuerant, interfici in uinculis iusserunt: quem etiam tempore pacis capere, & summis afficere cruciatibus, optimum simul atque honorificum fuisset. Quod uerò præter hæc & fœdus Achæorum rupit, quibus supplicijs dignus non iudicabitur? Deposuerat non multis antè temporibus tyrannidem ob Demetrij mortem, omni spe subsidij destitutus. Quo tempore Achæi eum non modò saluum fecere, uerumetiam ita humaniter ac benignè susceperunt, ut & iniurias omnes quibus usus in tyrannide fuerat, ei dimiserint, & in suam rempublicam acceptum maximis honoribus affecerint, ac demum ducem Achæorum creauerint. At homo omnium sceleratissimus, oblitus tantæ humanitatis atque clementiæ, statim cogitare cœpit, quo pacto inire Cleomenis amicitiam posset: nec multis interiectis diebus, non sine ingenti periculo Achæorum tempore maximè necessario, ad hostes

defecit,

defecit. Quem post paucos dies in bello captum, non Cenchreis per noctem in uinculis interfici dignum erat, quemadmodum Philarchus scribit: sed per omnem Peloponnensium circunductum post multa maximaq; supplicia tandem crudelissimè trucidari. ueruntamen homo omni genere sceleris præditus, nihil grauius pertulit, quàm quòd in uinculis strangulatus est. Adde, quòd idē author Mantinienſium calamitates pluribus uerbis prosequitur, quasi decere scriptorem historiæ putet, duntaxat res crudeles atque iniustas legentibus exponere. De Megalopolitanorum uerò uirtute, ac magnitudine animi, qua per id tempus usi fuere, nullam prorsus mentionem facit: perinde ac si magis proprium historiæ sit, scelera atq; flagitia hominū, quàm quæ iuste honesteq; facta sunt, commemorare: uel qui historias legunt, minus utilitatis ex rebus studio et æmulatione dignis, quàm ex iniquis & fugiendis consequantur. Præterea quo pacto Cleomenes ciuitatem ceperit, integram seruauerit, tabellarios Messenē ad Megalopolitanos cum literis miserit, ut in incolumem patriam reuerterentur, sibiq; adessent, hortatus fuerit: quo deinde modo Megalopolitani literas, dum legerentur, absolui non permiserint, & uix à tabellarijs manus abstinuerint, cæteraq; hūiusmodi leuia atque humilia consectatur, quo Cleomenis magnificentiam & moderationem erga hostes ostendat. Quod uerò sequebatur, quodq; maximè proprium erat historiæ, prætermittit, laudem uidelicet atq; memoriam rerum egregiè gestarum. At quid ei erat impedimento? nam si eos qui solummodo uerbis ac uoluntate bellum pro socijs sustinent, bonos uiros putamus: qui uerò populationem patriæ, incendia, obsidiones patiuntur, non solum laudamus atq; admiramur, uerumetiam gratijs muneribusq; prosequimur: quibus laudibus Megalopolitanos efferemus? quibus studijs complectemur? non ne maximis atq; amplissimis? Hi primò prouinciam Cleomeni reliquerunt: deinde omnino se patria abdicarunt, ne ab Achæorum societate recederent. Postremò, cum præter spem atq; opinionem omnium reuerti incolumes in patriam possent, maluerunt uitam in exilio trahere, dimissis domibus, sepulchris, templis, fortunis, omnibus denique rebus necessarijs, quàm aliquid uiolatæ socijs fidei signum præ se ferre. Quo quid maius aut præclarius factum est unquam? uel in posterum fiet? Cui igitur rei magis attentos reddere auditores scriptorem historiæ oportebat? aut quibus exemplis melius poterat hortari homines ad fidem seruandam, resq; egregie gestas imitandas? Ac Philarchus nullam huiusmodi rerum mentionem fecit, cæcus (ut mihi quidem uidetur) ubi pulcherrimæ res occurrunt, & inter cæteras maximè memoratu dignæ. Addit non longè pòst, cepisse Lacedæmonios Megalopoli prædam sex millium talentorum, ex quibus duo millia Cleomeni ex consuetudine dedisse. Vbi quis non statim admiretur insciti am atque ignorantiam hominis, de diuitijs & potentia Græcorum? quæ maximè nota esse historico debent. Equidem ita affirmo, non ijs temporibus, quibus & à regibus Macedonibus oppressæ, & uarijs inter se bellis exhaustæ erant Peloponnensium uires: sed ea tempestate, qua iunctæ unà cunctæ ciuitates secunda fortuna potiri uidebantur, haud tantum pecuniarum ex omni supellectile, demptis corporibus, in tota Peloponnenſo colligi potuisse: & quod istuc non temerè nunc, sed cum ratione pronunciemus, hinc liquet. Nam quis ignorat, Athenienses, quo tempore cum Thebanis bellum aduersus Lacedæmonios gessere, ut exercitum decem millium hominum, & classem triremium centum pararent, facto censu, non solum ærarium publicum, uerumetiam proprias domos, ciuitates, omnem denique prouinciam exhausisse, & uix tandē congregare potuisse sex millia talentorum, ducentis quinquaginta exceptis? Ex quo haud absurdum uideri debet, quod modo de Peloponneſo affirmauimus. At ijs temporibus in urbe Megalopoli nemo sit, qui audeat dicere amplius quàm trecentorum talentorum prædam potuisse capi: præsertim cum clarè apud omnes constet, homines tam liberos quàm seruos Messenem, confugisse. Maximum uerò huius

rei argumentum est, quod cum per id tempus Mantinenses, qui nec uiribus, neque fortunis inferiores Arcadibus erant, ut hic ipse author testatur, cincti undiq; obsidione, ita in manu hostium uenissent, ut neque fugere quispiam, neque furripere quicquam potuisset: ad extremum tamen præda omnis etiam cum corporibus non amplius trecentis talentis æstimata ab omnibus fuit. Cæterùm quod mox subiungit, quis non magnopere admiretur? Venisse, inquit, decimo ante id prælium die à Ptolemæo oratorem, qui Cleomeni nunciaret, negare Ptolemæum se ad belli impensas suppeditare aliquid uelle: proinde eum hortari, ut pacem cum Antigono faceret. Qua re audita, Cleomenem statuisse de omni simul re confestim decernere, antequam id ad aures militum ueniret, ne fortè indignarentur, nullam sibi amplius spem stipendij relictam intelligentes. At si nuper sex millia talentorum Megalopoli lucrifecerat, quid erat Ptolemæi præsidium necessarium? cui trecenta solummodo talenta satis superq; fuissent ad uires Antigoni confringendas? Simul igitur asserere Cleomenem omnem spem stipendij in Ptolemæo collocaram habere, simul tantum pecuniarum Megalopoli nactum affirmare, nonne summa insciția est? Longa mihi suppeditaret oratio, si cætera uitia quibus egregius scriptor & hic & ubiq; scatet, persequi uellem. sed hæc in præsentia satis esse existimaui. Post Megalopolis captiuitatē Antigono in ciuitatē Argiuorum in hybernis commorante, Cleomenes, cum primùm per anni tempus licuit, copias cogere cœpit. Hinc militum animos pro tempore hortatus, exercitum in Argiuorum regionem educit. Fuere plerique, qui eum ob hanc rem ueluti audacem nimis ac temerarium reprehenderunt, propter sinus locorum asperos, ac natura munitissimos. Alij id melius considerantes, sapienter eum fecisse existimauere. Nam cum animaduerteretur, Antigonum uictoriam in manibus, ut qui longè multitudine militum præstaret, dimisso domi exercitu paruam admodum mercenariorum manum secum habere, huiusmodi quædam cogitare cœpit, facile sibi fore prouinciā sine discrimine ingredi. Quod si per eam ferro igniq; uastatam usque ad mœnia urbis pergeret, necessariò Argiuos Antigonum, quòd talia per desidiam pateretur, increpaturos: qui si murmure multitudinis commotus aduersus hostem exire cogeretur, quid ni esse sibi uictoriam in manibus? ut qui longè in multitudine militum præstaret? sin uerò fretus ratione in urbe permaneret, se factis per omnem agrum incursionibus, ac non paruo terrore hostibus relicto, suorum uerò animis confirmatis, tutò ad proprias sedes reuersurum. Quæ res ita planè, ut cogitauerat, euenit. Nam cum passim uastare prouinciam multitudo cerneret, Antigonū reprehendere. Ille nihilominus prudentissimi ducis officio fungi, se intra urbem continere, Cleomenes per omnem regionem intrepidè discurrere. Ita tandem rebus ex sententia gestis, deuastata prouincia, perterritis Argiuis, suis uerò ad futura bella audaciores factis, securus domum reuersus est. Incunte autem uere, cum Macedones atque Achæi reuersi ex hybernis forent, Antigonus cum exercitu Laconicen proficiscitur, Macedonum intra phalangem habens circiter decem millia, scutatorum ad tria millia, equites trecentos: præterea ferendarios mille, Gallos totidem, mercenariorum tria millia peditum, equites trecentos, Megalopolitanos circiter mille, instar Macedonum armatos, quibus dux præerat Cercidas Megalopolitanus. ex socijs uerò, Boiorum duo millia peditum, equites ducentos: Epirotarum mille pedites, equites quinquaginta, Acarnanum totidem: præter hos etiam mille & sexcentos Illyrios, quibus præerat Demetrius Pharensis. ita ut omnis summa copiarum esset octo & uiginti millia peditum, equites mille & ducenti. Cleomenes aduentu hostium per exploratores cognito, omnes aditus qui in prouinciam patebant, militibus, fossis, ac sectis arboribus diligenter muniuit. Ipse aditum, quem Sellasiam uocant, cum exercitu occupauit, ratus (id quod euenit) hostes per ea loca iter facturos. erant eius copiæ circiter uiginti millia hominū. Duo colles huic loco imminebant,

bant, quorum alterum Euam incolæ uocant, Olympum alterũ. Via inter hos media est, quæ per ripam profluentis fluminis ducit Spartã. Cleomenes igitur occupatis collibus, uallo q̃ & fossa diligentissimè munitis, in Euam gregarium militẽ ac socios posuit. Iis ducẽ reliquit germanũ suum Euclidẽ, ipse cum Lacedæmonijs & mercenarijs in Olympo constitit. Equites autẽ in planitie supra utrãq; fluminis ripã cum parte mercenariorũ collocauit. Cum ad ea loca appropinquasset Antigonus, uno tempore & difficilem locorum situm, & mirã Cleomenis in disponendo exercitu industriã cõspicatus, quippe qui nullũ optimi ducis officiũ prætermiserat, abstinendũ sibi prælio in præsens tempus existimauit. Itaq; haud procul ab eo loco iuxta Gorgyli fluminis ripam castra posuit. Vbi paucis quibusdã diebus commoratus, loca omnia atq; exercitũ hostiũ lustrabatur. Postea lacessere ad prælij hostes tentauit. Sed cum nullũ prorsus uacuum custodia locum offenderet (siquidem Cleomenis prouidentia omnia diligentissimè constructa erat) ab incepto destitit. Veruntamen ad extremum cõmuni consensu prælio inimicitias dirimere statuerunt. Ita prorsus uno tempore duos duces uirtute, consilio, ac sapientia pares fortuna coniunxerat. Antigonus igitur ijs quos in Eua collocatos diximus, Macedones scutatos opponit. Item Illyrios, cohortesq; in plures partes diuisas, alternatim disponit. His Alexandrum Ameti filium, & Demetrij Pharensem duces præfecit. Post hos Acarnanes & Cretenses collocat. Postremò duo millia Achæorũ subsidij gratia subsequi iubet. Equites non longe à ripa fluminis aduersus hostiũ equitatũ constituit, Alexandro duce cum duobus milibus peditum illis relicto. Ipse cũ mercenariorum ac Macedonum manu contra Olympũ constitutus, inire cum Cleomene prælium decreuit. Deductis igitur in aciẽ mercenarijs, Macedonũ phalangem statim subsequi iussit: quippe locorum angustiæ, ne secus fieret, impediebant. Signum erat Illyrijs inchoandi certaminis, cum primùm ostensum ex locis, quæ circa Olympum erant, linteum prospicerent. Nam hiper noctem sub ripa Gorgyli fluminis iuxta radicem collis constiterunt. Megalopolitanis quoq;, atq; equitibus signũ ineundi prælij erat, cum primùm à rege purpuream uestem erectã aspexissent. Iam igitur certaminis tempus aduenerat, & Illyrij datum ab Antigono signum notauerunt. Hortantur pro tempore socios, ut forti magnoq; animo sint, uictoriam sibi in manibus esse non dubitent. Post hæc omnes incredibili audacia ad expugnationem collis irrumpunt. At leuis armaturæ milites, quos cum equitatu Cleomenis in planicie relictos suprà memorauimus, ubi animaduertere cohortes Achæorum omni subsidio nudas esse, à tergo iam collem ascendentes, insecuti, maximum in discrimen adduxerunt. Siquidem à dextra Euclidis cum gregarijs militibus à frontibus præstabat, à lęua uerò mercenarij milites de tergo pertinacissimè irruentes, impressionem faciebant. Quibus ex rebus accidebat, eos uno tempore ab utroq; hostium agmine circunuenirí. Id ubi animaduertit Philopœmenes Megalopolitanus, statim quod optimũ factu erat, excogitauit, idq; aperuit ducibus. Sed quia & adolescens admodum erat, nec ducatum unquam fuerat assecutus, parum ei adhibitæ aures fuere. Quapropter ad cõciues suos conuersus: Parta, inquit, nobis est uictoria fortissimi uiri, si me sequimini. Factoq; contra hostiũ equitatũ impetu, audacissimè eos inuadit. Mercenarij qui de tergo expugnantes, collẽ infestabant, audito ingenti strepitu, simulq; equorũ certamẽ cõspicati, retrahunt gressus, & ad equitũ subsidiũ, ubi cõstituti ab initio fuerant, reuertũtur. Per hunc modũ turbatis hostiũ ordinibus, Illyrij atq; Macedones, cæteriq; unà ab Antigono constituti, magno impetu in hostes ferunt. Ex quo post hæc clara apud omnes opinio fuit, Euclidem eò tẽpore Philopœmenis industria ac magnitudine animi superatũ. Vnde & Antigonũ tradũt, cum postea Alexandrũ interrogasset, quamobrem haud expectato, uti cõuenerant, signo mouisset aduersus hostes equitatũ? atq; ille respondisset, id à se minimè, sed ab adolescente quodam Megalopolitano, se inscio, factum: dixisse, adolescentem quidẽ optimi ducis, Alexandrũ uerò ignari adolescentis officio functũ. Qui aũt cum

Euclide

Euclide cacumen collis tenebāt, aſcendentes hoſtiū cohortes conſpicati, facile imperitiā ſuam oſtendere. neq; enim cunctandū erat, quoad hoſtes aduerticē collis integri peruenirēt, ſed fretos opportunitate locorū obuiam hoſtibus procedere, & ex ſuperiori loco impetū in eos facere oportebat: poſtea, cum opus foret, ad dexterā conuerſos, confeſtim ſeſe ad tuta recipere, dehinc rurſus in hoſtes ferri. Per hunc modū fractas tandē, diſſipatas q; Macedonū copias facile uertiſſent in fugam. At hi, tanquā uictoriam in manibus habe rēt, planè contrariū fecere. Siquidē immoti in loco, ubi collocati à Cleomene fuerant, aduentū hoſtiū præſtolantes conſtiterunt, rati eo maiorē fore hoſtiū conflictū, quo ex altiori loco, & prærupto magis colle proiecti, præcipitatiq; eſſent. Verùm mox inſcitiæ ſuæ pœnas dedere. Quippe Macedones ſine impedimēto ſuperato colle, poſtquā in æquū locum uenerunt, pedē pedi cōſerentes, tanta audacia in medios hoſtes prorupere, ut eos ſtatim in præcipitē ac perniciоſiſsimā fugam conuerterint. Atrox eodē tempore prælīū etiam inter equites gerebatur, ubi operę preciū erat aſpicere, quo ardore, quibus uiribus, qua animi alacritate Achæi concurrerent: quippe omnibus pro libertate patriq; dimicantibus. Præcipuè tamen inter cæteros Philopœmenis uirtus clara atque illuſtris habebatur. Hic cum eius equus telo grauiter confoſſus exanimis cecidiſſet, nihilo timidior factus, pedeſtri certamine diu atrociſſimè ſe exercuit. Ad extremū utrunq; crus ſagitta trāsfixus, cū incredibili animi robore expirauit. Reges quoq; in Olympo cū mercenarijs, ac leuis armaturæ militibus prælīū inierant. Erāt hi circiter quinq; millia hominū, qui interdū priuatis certaminibus inuicē congreſsi, nonnunquā uniuerſi ſimul fortunā belli tentantes, diu uariā uictoriam experti fuerant, eratq; ad extremū æquo Marte diſceſſum. At poſtquā Cleomenes relictū ab Euclide collē, ſociosq; in fugam conuerſos animaduertit, equites uerò iam ad ſummā deſperationē redactos, undiq; formidine circūſtrepente, patefacere propinquū aditū & fronte per unū ex lateribus aciei exercitū educere decreuit. Iubet itaque tubicines receptui canere, ac ſtatim per eum modū reuocatis leuis armaturæ militibus, phalāges ex utraq; parte cōuerſis haſtis prælīū capeſſunt. Fit atrox certamē, tantis q; animis utrinq; concurrit, ut modò cedentibus Lacedæmonijs, modò facta impreſsione Macedones cedere cōpellentibus, diu anceps victoria fuerit: & cuius laus prima eſſet, difficile iudicīū uideretur. Ad poſtremum Lacedæmonij ſuperati, cum ſe fugæ cōmiſiſſent, paſsim inſtar pecudū cæſi, trucidatiq; fuere. Cleomenes paucis quibuſdā equis comitatus, Spartā incolumis peruenit. Hinc proxima nocte Sythiū profectus, naues quæ iamdudum ad neceſſarios uſus paratæ erant, conſcendit, atq; Alexandriam cum amicis nauigat. Antigonus neminem iam reſiſtente Sparta potitus, cùm cęteris in rebus magnanimiter ſe, ac perhumaniter erga Lacedæmonios geſsit: tū uel in primis, ut ſalua integraq; republica patrijs inſtitutis uiuerent, permiſit. Paucos deinde dies ibi commoratus, cum ei nunciatū eſſet, Illyrios Macedoniā ingreſſos, prouinciam deuaſtare, in patriam cum exercitu reuertitur. Ita ſemper maximas res prolibidine fortuna uerſat. Nam ſi uel id prælīū Cleomenes aliquāto diutius diſtuliſſet, uel ſaltē poſt fugam Spartæ cōmoratus, ſpem aliquandiu protraxiſſet, proculdubio diſcedente Antigono, ſumma totius rei ad eum inclinatura erat. Profectus itaq; Tegeam Antigonus, ijs quoque integram rempublicam permiſit. Poſtridie Argos aduenit, tempore eo quo omnis populus ad celebrandos Nemeæ ludos conuenerat. Huic effuſa omnis multitudo obuiam procedit, in hunc oculos ciuitas uniuerſa, in hunc ſuſpenſa ora conuertit, hunc laudibus efferunt, hunc omnibus non humanis tantum, uerumetiam diuinis honoribus & commune Græcorum concilium, & per ſe ſingulæ quæq; ciuitates honorant. Demum Macedoniam properat: ubi cum uagantes offendiſſet Illyrios, ſtructis utrinque aciebus eos adortus, poſt longum certamen ſuperauit. Verùm tantis inter certandū clamoribus uſus eſt, ut profluuio ſanguinis paucos poſt dies interierit, ingenti ſpe

fraudatis

fraudatis Græcię populis quam de eo nō tam propter armorum usum, quàm propter uirtutē atq; integritatē regiam conceperant. Regnum Macedoniæ Philippo Demetrij filio reliquit. Verùm si quis fortè à nobis quærat, cur præsens bellū tam longe repetitū tot uerbis scripserimus, sciat nos illud cōsultò fecisse. Nam cum hoc tēpus in ea potissimū tempora incideret, de quibus scripturi in præsentiarū sumus: dignum, immo potius necessarium iudicauimus, quemadmodum institutum ab initio fuerat, Macedonum ac Græcorum statum, qualis ea tempestate extiterit, notum omnibus facere. Per idem tempus Ptolemæo etiam morbo consumpto, Ptolemæus Philopater regnū suscepit, Seleucusq; diem functus est, Seleuci Gallimachi & Pogonis filius. Huic Antiochus frater in regno Syriæ successit. Ita simile quiddam his accidit, atq; superioribus illis, qui post mortem Alexandri ea regna obtinuerant: id est, Seleuco, Ptolemęo & Lysimacho. Illi enim centesima & uigesima quarta Olympiade, uti suprà memorauimus: hi uerò centesima & trigesima nona diē suum obierūt. Nos igitur, postquā totius nostrę historię prępartionē exposuimus, satisq; abunde declaratū est, quo tempore, quomodo, quibus causis populus Romanus omnū Italia potitus, exteratum gentium regna adortus fuerit, quis eo tempore Græcię ac Macedoniæ status, quis Carthaginensiū extiterit: consentaneum arbitramur, cum ad ea uentū sit tempora, uti ab initio fuerat institutum, in quibus Græci Sociale, Romani Annabilis bellum gessere, reges uerò Asiæ inferioris de Syrio imperio contenderunt, præsentē librum unà cum huiusmodi rerum cōmemoratione, & hac permutatione regnorū terminare.

POLYBII HISTORIARVM
Liber tertius.

SAtis est à nobis in primo libro ostensum, quod Sociale, Annibalis que, & Syriacum bellum ueluti principia, ac fundamēta operis nostri subiecimus: ubi etiam redditæ sunt causæ, quæ nos, ut repetitis altius principijs Secundi libri historiam connecteremus, impulere. Nunc uerò ipsa bella, causas que à quibus & orta sunt, & tam longe late que diffusa, demonstrare conabimur, si prius conatū populi Romani quàm breuius fieri poterit, exposuerimus. Nam cum unum opus, ac ueluti unum spectaculum sit, quod scribere adgressi sumus, quo pacto, quando, aut quamobrem uniuersæ orbis partes in populi Romani ditionem peruenerint, idq; & principium cognitū habeat, & tempus definitum, & finem certum: profectò utile existimauimus, res etiam quę intra principium ac finem huiusmodi bellorum gestę sunt, dum taxat memoratu dignas, summatim commemorare, rati per hunc modum studiosos nostri operis totius historię cognitionem facilius adipisci posse. Multa siquidem animus ex uniuersalis historiæ cognitione ad particularium rerum historiam necessaria percipit, nec parum etiam particularium rerum peritia ad uniuersalis historiæ scientiam confert: quod si utrunq; inuicem iunctum ueluti unam ex ambobus facient præbeat, incredibilem sanè legētibus fructum affert. Verùm, nos quidē de summa totius operis satis superq; duobus superioribus libris diximus: particularium uerò rerum, quæ medio tempore gestæ fuerunt, principia quidē sunt hæc quę suprà memorauimus, bella: finis uerò, regum Macedonię interitus: tempus inter principium finemq; medium, anni quinquaginta tria. Intra quos tales ac tantæ res gestæ sunt, quales, quantasq; superior ætas intra tam breue temporis spacium nūquam tulit. De quibus nos à centesima & quadragesima Olympiade scribere incipientes, hunc ordinē seruabimus. Principio ostendemus causas, unde id bellū, quod Annibalis appellatur, inter Romanos ac Carthaginenses oriri cœpit, ut Carthaginenses Italiam ingressi, maximum in discrimen populum Romanum adduxerint: utq; repentè inciderint in spem, non solum reliqua Italia, sed ipsa etiam urbe Roma potiundi. Post hæc exequi conabimur, quo pacto Philippus

lippus Rex Macedonię post bellū cum Aetolis gestū, compositis in Grecia rebus, in Carthaginenſiū quoq; ſpem deuenerit. Antiochus uerò & Ptolemæus Philopater post longā diſſenſionem, tandem pro inferiori Syria bellum inter ſe geſſerint. Rhodij autē, & Pruſias illato Byzantijs bello, abſtinere eos Ponto coegerint. Hic huiuſmodi narratione terminata, de inſtitutis atq; republica Romanorum dicere aggrediemur, quò hæc ueluti peculiaris populi Romani in tantum uires eorum auxerit, ut non ſolum Italia Siciliaq;, pręterea & Gallijs atq; Hiſpanijs incredibili celeritate potiti fuerint: ſed tandem ſuperatis bello Carthaginenſibus, totius orbis imperiū affectarint. Hinc ueluti per tranſgreſsionē narrabimus, quo pacto Hieronis Syracuſani imperiū diſrutum proſtratumq; ſit. adijciemusq; uarias turbationes, quæ in Aegypto fuere. Pręterea quemadmodū post Ptolemæi regis interitū, Antiochus et Philippus iunctis inter ſe conſilijs de diuiſione regni puero relicti gerere bellum cœperint: Philippus aduerſus Aegyptū ac Samum, Antiochus aduerſus Syriam atq; Phœnicē. Poſthęc receptis ſummatim Hiſpanię Libyę atq; Siciliæ rebus, ſermonē protinus ſimul cum ipſarū rerum mutatione ad loca Græcię tranferemus. Expoſitis etiā naualib. prelijs, quæ Attalus & Rhodij aduerſus Philippum geſſere: item Romanorum ac Philippi bello commemorato, quo pacto, aut per quos geſtum ſit, quem finē habuerit: ſeruata ſerie rerum, ad indignationem Aetolorum ueniemus, qua indixere Romanis & Achæis bellū, Antiocho ex Aſia aduocato. cuius belli cauſas unà cū transfretatione Antiochi in Europā executi, primò oſtēdemus, quomodo Antiochus è Græcia fugerit: dehinc quo pacto bello ſuperatus, omni prouincia quæ eſt citra Taurū, Romanis ceſſerit. Tertiò, quibus uiribus freti Romani poſt Gallorū, qui in ea prouincia uagabantur, excidium, totius Aſiæ imperium uindicauerint, omnesq; citra Taurū habitantes populos barbarorum timore & Gallorum temeritate liberarint. Poſthæc commemoratis Aetolorū ac Cophallinorum rebus infeliciter geſtis, Eumenidis, Pruſiæq; & Gallorū bellū aggrediemur, item Ariarati bellum contra Pharnacē. Dehinc de concordia Peſoponenſium, & incremento reipub. Rhodiorū breuiter locuti, narrationem noſtram pariter cum rebus geſtis concludemus, repetitis ultimo loco Antiochi, cui Epiphanes cognomen fuit, in Aegyptum expeditionibus, item bello Perſico, & interitu regni Macedoniæ. Quibus ex rebus facile intelligi poterit, quomodo Romani ſingula quæque aggreſsi, haud longo interuallo uniuerſum terrarum orbem ſubiugarint. Quod ſi ex rebus proſperè ſiue infeliciter geſtis liceret uirtutem à uitio, aut laudatum hominē ab illaudato diſcernere, profectò hic finem facere oportuiſſet, narrationemq; ad ea quæ nouiſſimè explicare à principio propoſueramus, conuertere. Nam & tempus trium ac quinquaginta annorum in hæc deſijt: & imperium Romanorum ita propagatum eſt, ut in poſterum omnes clare intelligerēt, id factu neceſſarium fore quod populus Romanus iuberet. Verūm quoniam iudicari hæc ex euentu rerum non recte poſſunt, cum ſæpenumero ea quæ factu optima uidentur, niſi opportunè fiant, ingētes afferant facturas: & econtrario, qui in aduerſum aliquem caſum inciderunt, ſi id fortiter ac magno animo tolerent, plerumq; fortunam ſuam in melius uertant: dignum iudicauimus, his quæ ſcripta à nobis ſunt, etiam illud addere, quæ conditio uictorum fuerit, quæ ratio adminiſtrādi imperij, quomodo reliquæ urbes, regiones, loca ſpōte ad eos deſciuerint: præterea qui mores, quæue inſtituta apud omnes fuerint, cùm uitæ priuatæ, tùm in uniuerſum totius reipublicæ. Sic enim & præſentibus palàm fiet, fugiendum ne, an potius ſponte eligendus ſit imperium populi Romani: & poſteris, utrum laude & memoria digne, an è contrario utruperādę omnino ſint res geſtę Romanorū. In hoc enim cōſiſtet in primis noſtrę hiſtorię utilitas, ſiue ad preſentes, ſeu ad poſteros reſpexeris. Quippe nec qui bella gerūt, nec qui de bellis iudicāt, finē bellorum ſtatuunt ipſam uictoriam, nec ut imperio ſuo cuncta ſubijciāt. Neq; enim prudens quiſpiā ideirco cū finitimis bellum

gerit,

gerit, ut fusos, profligatosq; inspiciat hostes: neq; multa maria nauigat, dunta xat transfretandi graria, neq; artes & disciplinas illarum tantummodo causa sectatur: sed omnes ad hæc mouemur ob id, quod sequi exinde cernimus uel iucundum, uel utile, uel honestum. Quamobrem & finis nostri operis merito dicetur, nosse quæ conditio omnium fuerit post acquisitū à Romanis imperium orbis terrarum, quousq; rursus noua rerum turbatio orta est. De qua quoniam multæ maximæq; res memoratu dignæ acciderunt, quibus ipse nō solum spectator magna ex parte, uerumetiam hortator, atq; adiutor interfui, haud inuitus facto quasi alio principio scribere decreui. Hæc turbatio fuit, in qua Romani quidem bellum aduersus Celtiberos mouerunt, Carthaginenses uerò aduersus Masanissam Libyæ regem: quo tempore in Asia quoq; Attalus & Prusias inuicem contendebant. Ariarathes autem Cappadocię rex à Roserne per Demetrium regno expulsus, non longè pòst per eundem in paternum imperium restitutus est. At Demetrius Seleuci filius, cum annos duodecim regnum Syriæ tenuisset, cæteris regibus aduersum se conspirantibus, uita simul ac regno spoliatus fuit. Romani Græcos, quos Persici belli authores fuisse causati fuerant, suscepta innocentię illorum excusatione, ciuitatibus suis restituerunt. Ipsi non longè pòst Carthaginensibus bellū, ob causas quas dicemus, sic intulere: ut primùm eos transferre, postea uerò prorsus uastatos reddere proposuerint. Ita cum Macedones quidē ab amicitia Romanorū, Lacedæmonij uerò ab Achæorum repub. desciuissent, secuta est communis totius Græciæ calamitas. Sed hæc de apparatu nostro satis. Opus aūt fauore fortunę est, ut uita comite propositum hoc ad finem perducam. quanquā mihi persuadeam, etiamsi longiora uiuendi spacia nobis negarentur, non defuturos tamen in tanta eruditorum multitudine, qui opus nostrum ad finem perducerent: & quod nobis repentina mors uetasset, exequi conarentur. Verùm cū res quæ memoratu digniores uidebantur, abunde commemorauerimus, cupidi ut lectoribus nostri operis omnia, & in uniuersum, & per species innotescant, tempus est ut iam propositi nostri memores, ad narrationem ueniamus. Ex his qui res gestas Annibalis scripserunt, pleriq; cupientes causam eius belli ostendere, quod inter Romanos, Carthaginensesq; exarsit, primam quidem asserunt, quòd Carthaginenses Saguntum obsederunt: secundam, quod præter fœdus cum Romanis percussum, Iberū amnem transgressi sunt. Ego uerò hæc quidem initium belli fuisse existimo, causas uerò minimè. Multum enim inter principia rerum ac causas interest. Nisi fortè quispiam, aut Alexādri transitū in Asiam causam fuisse dicat eius belli, quod aduersus Persas gesit: aut Antiochi descensum ad Demetriadem eius belli causam, quod est cum Romanis incœptum. quod neq; uerum est, neq; uerisimile. Nam quis adeò rerum ignarus, eas belli causas uocet, quarum partem Alexander, partem etiam Philippus, cum adhuc uiueret, ad bellum Persicum parauerat? siue Aetoli ante Antiochi aduentum ad bellum cum Romanis gerendum? Sed hæc hominum sunt non animaduertentium, quantum inter principium causamq; interfit, & quod causæ omnibus in rebus primæ sunt, principia uerò ultima causarum. Equidem ita existimo, principia dici primas hominum actiones in rebus, quæ iudicatæ ac deliberatæ sunt: causas uerò, quæ iudicium de liberationemq; precedunt, quæq; efficiunt ut ita iudicemus, deliberemusue ut cogitationes, consilia, ratiocinationes, cæteraq; huiusmodi. Hoc autem ex sequentibus palàm fiet. Nam quæ causæ belli Persici fuerint, aut unde id bellum ortū sit, facile erit cuiuis perspicere. Prima quidem fuit, Græcorum cum Xenophonte per tot indomitas nationes, & Barbaras gentes in patriam reditus. In quo nemo Barbarorum per tanta itineris spacia, totq; hostilium terrarum anfractus Græcis se opponere ausus fuit. Secunda transfretatio Agesilai Lacedæmoniorum regis in Asiam: in qua cum nihil dignum, nihil uiribus suis aduersum comperisset, ueluti triumphatis Barbaris ob turbationes quæ in Græcia exarserant, retrogredi coactus est. His enim rebus Philippus

Quis sit finis operum Polybij.

rex Macedonum, ignauiam atq; segnitiē Persarum expertus, & simul fretus sua atq; Macedonū in rebus bellicis promptitudine, grandi præterea spe præmij allectus, cum primùm Græcorū sibi beneuolentiā hauddubie conciliatā intellexit, sumpta occasione, quòd Persæ in Græcos asperrimè sæuissent, omni conatu bellum contra eos mouit. Quapropter causæ quidē huius belli dicendę sunt, quas primò memorauimus: occasiones, quas secundo loco diximus. Principium aūt transfretatio Alexandri in Asiam: eius uerò belli, quod sub Antiocho contra Romanos gestū est, causa extitit indignatio Aetolorū. Hi enim, cum in bello Philippi, sicuti suprà memorauimus, spreti atq; contempti fuisse à Romanis uiderētur, non solum Antiochum in subsidiū adhibuerunt, sed omnia & facere & perpeti decreuere. Tanta eorum animos superioris temporis indignatio ceperat. occasio uerò fuit Grecię libertas, sub cuius spē finitimas ciuitates in sententiā suam trahere conabātur. Principium uerò belli extitit nauigatio Antiochi ad Demetriadē. Verùm, nos quidē huius rei pluribus uerbis meminimus, non quo ueterū scriptorum aliquē insectaremur, sed ut studiosorū utilitati cōsuleremus. Nam quemadmodū medici nihil prodesse ægrotātibus possunt, si morborū causas ignorāt: ita qui circa res gestas uersantur, omni prorsus utilitate carent, nisi & loci & tēporis & causarum & occasionū omniū ratio cōstet. Nam nec illi corpora ægrota cōpetenter curare, nec isti quicquā ex rebus gerendis rectè obire poterūt, nisi adsit eorum cognitio de quib. loquimur. Nihil igitur uel magis necessariū, uel tantopere quærendū, quam causas rerum omniū quę accidūt nosse. Siquidē ex opportunitate maximæ interdū res oriri solent: facilimūq; est cuilibet rei in ipso introitu obsistere. Atqui Fabius Romanus historicus eius belli, quod Annibale duce inter Carthaginēses atq; Romanos exarsit, causam fuisse refert, sæuitiam atq; crudelitatē Annibalis in Saguntinos, et Asdrubalis ambitionem, ac immanē regni cupiditatē. Hunc enim inquit, cum imperiū Carthaginensiū in Hispania mirificè auxisset, paulo pòst Carthaginem delatum, rempublicam eorum pessundatis legibus conuertere in tyrannidē tentasse. Quod cum principes eius reipublicæ intellexissent, facto inter se concilio, ab Asdrubale dissensisse. Quare motum Asdrubalem, relicta Africa cōfestim esse in Hispaniam reuersum, resq; Hispanas in posterum, uti proposuerat, sine authorita. Senatus Carthaginensium tractasse: Annibalem uerò quòd ab ineunte ętate te sub imperatore meruerat, eiusdem planè consilij fuisse refert. Quocirca tunc Hispaniensium rebus potitum, Asdrubalis uestigijs planè insistisse. Ex quo id bellum uoluntate ipsius esse cum Romanis exortum, inuitis Carthaginensibus. Siquidem neminem omni Carthagine fuisse, cui duntaxat salus reipublicę cara esset, qui facta Annibalis in Saguntinos nō maximè improbarit. Hęc locutus, addit post captiuitatē Sagunti uenisse Carthaginē legatos Romanos, qui Annibalē in pœnā rupti fœderis deposcerent. Quod si negaretur, bellū Carthaginēsibus indicerent. Si quis uerò Fabiū roget, quid'nam uel opportunius, uel iustius, uel cōducibilius esset Carthaginēsibus, quādoquidē ab initio (ut idē inquit) factū Annibalis ægrè tulerant, quàm ipsum authorē culpę & criminis reū poscentibus Romanis ad piaculū tradere: atq; ita cōmunem patrię hostē per alios ulcisci: statūq; ciuitatis suæ quietū facere, authore bellorū electo, cum id dūtaxat decreto fieri liceret: quid' nā respondere possit: profectò nihil. At tantū abfuit, ne quid illi rale agerēt, ut decē et septē annos in bello continuē cū Romanis perseuerauerint: neq; prius destiterint, quàm omni spe nudati, non solū in patriæ, uerumetiā in capitū suorum discrimē deuenerint. Sed quorsum hæc de Fabio, & scriptis eius? Non quo fidē authori detrahamus, quandoquidē scriptorū ipsius uanitas facile per seipsam legentibus apparet: uerùm ut studiosos eius hortemur, ne tam authoris epigraphen, quàm ipsam rerū gestarum seriē animaduertāt. Sunt enim nōnulli, qui nō tam scripta ab authore, quàm ipsum amplectunt authorē: &, quia ille tempore quo hæc gerebantur, uixit, Senatuiq; Romano interfuit, nihil abeo dici

posse

posse non uerum existimant. Ego uerò adhibendam quidem in multis huic authori fidem existimo, haud tamen usquequaq; credẽdum. Siquidẽ res ipsę, quæ qualesq; fuerint, quomodo conueniant, considerandũ. Cęterùm, ut eò reuertamur unde discessimus, causa quidẽ eius belli, quod Romani cũ Carthaginensibus gesserũt, prima existimari debet indignatio Amilcaris, cui Barce cognomẽ erat. fuit aũt Annibalis pater. Hic enim in bello Siculo haudquaquã à Romanis uictus est. Nam exercitũ omnem cui præerat, iuxta Erycẽ singulari uirtute seruauit incolumẽ. Sed cum Carthaginenses nauali prælio profligatos cernerẽt, tempori consulendũ tatus, pacẽ cum Romanis iniit. nequaquã tamen indignatione depositа: quin cõtinuè opportunitatẽ aliquam præstolabatur, qua Romanos ulcisci posset: & nisi turbulẽto mercenariorũ militum motu res Carthaginensiũ uexari cœpissent, euestigio quantũ in ipso fuisset, bellũ renouasset. sed intestino malo impeditus, rẽ in aliud tempus distulit. Romani uerò periculũ Carthaginensiũ animaduertentes, in mercenariorum dissensione, bellũ eis minati sunt. Quod illi ut euitarent, nullã conditionem respuebant, sicuti superioribus libris ostendimus, sine quibus nec quæ in præsentia diximus, nec quę relaturi posthac sumus, intelligi possunt. Tãdémque cũ Romani desistere à proposito aliter nõ uiderent, consiliỹ atq; subsidiỹ inopes, Sardinia eis cesserũt, tributoq; de quo primo conuenerãt, mille & ducẽta talẽta addiderũt: quę res secunda et maxima causa extitit eius belli, quod postea ortũ est. Amilcar enim, cum ad indignationem eius, totius quoq; Carthaginẽsis populi indignatio accessisset, simul atq; extincto mercenariorũ tumultu, res patriæ cõpositas sedatasq; intellexit, bellũ in Hispania adgressus est: studẽs hac ueluti præparatione uti ad bellũ cõtra Romanos gerendũ. Hęc uerò tertia causa eius belli existimari debet, id est fœlix Carthaginensiũ in Hispania successus. His enim auctis Carthaginensiũ animi, audacius postea huic bello incubuerũt. Quod aũt Amilcar maxima causa extiterit secũdi belli Punici, quanquã decennio antè mortuus, multis quidẽ testimonijs comprobari potest: sed satis in præsentia erit, quod sequitur referre. Quo tẽpore uictus à Romanis Annibal, relicta Africa, cursum ad Antiochũ direxerat. Romani conatũ Aetolorũ animaduertẽtes, Legatos ad Antiochũ miserunt, qui uoluntatẽ regis explorarent, & sub specie legationis apparatũ eius specularentur. Hi simul ac fauere Aetolis Antiochũ intellexerũt, paratũq; inferre Romanis bellũ, omnibus diebus assiduè circa Annibalẽ fuere, studentes eum assiduo colloquio suspectũ inuisumq; regi facere. neq; eos consiliũ suũ fefellit: quippe Antiochus tãta familiaritate reconciliatã ei cum Romanis gratiã existimãs, diu Annibalẽ suspectũ habuit. Verùm, interiecto tempore accidit, ut in consiliũ uocatus à rege, liberiorẽ loquendi locũ nactus sit. Tunc cõmemoratis multis, tandẽ ueluti indignabundus in hæc uerba prorupit. Quo tempore, inquit, pater meus Amilcar exercitũ in Hispaniã traiecturus erat, annũ ætatis agebã ferè nonũ. Tunc patre Ioui sacrificante, altaribus adhęrebã. At pater meus sacrificijs ritè peractis, secedere paruper aris cæteros iussit: meq; solũ ad se uocatũ, pe thumaniter & blandiẽti similis, an uellẽ in expeditionẽ duci, rogauit. Qui cum id nõ solũ libenter acceptassem, uerumetiã puerìliter apprecatus essem, pater capta dextra mea, et altari admota, uoluit ut tactis sacris iureiurãdo adsererem, me, cum primùm per ętatẽ liceret, hostẽ populi Romani futurum. Itaq; quamdiu hostis Romanis eris ô rex, licet in tuto credas omnia, nec quicquã de Annibale suspiceris: simulatq; uerò uel fœdus cum Romanis percusseris, uel in amicitiã redieris, tunc noli expectare aliũ de me calumniatorẽ, sed statim ueluti hostem populi Romani cauendũ puta. Semper enim quantũ in me erit, illis aduersabor. Hæc cum intellexisset Antiochus, & uerè, & præ dolore ex animo ab Annibale dici, confestim suspicionẽ omnem abiecit. * Hoc itaque apertissimum testimonium est inimicitiarum Amilcaris, infestiq; aduersus Romanos animi: quanquam id ex ipsis rebus intueri liceat. Eiusmodi enim hostes populo Romano reliquit, Asdrubalem filiæ suæ uirum, & Annibalem

nibalem filium, ut nihil eis ad cumulum iniuriarum potuisset accedere. Verùm Asdrubal quidem morte interceptus, suum aduersus Romanos animũ cunctis ostendere non potuit. Annibali uerò tempora concesserunt, ut factus uoti cõpos, paternum odiũ longè lateq; diffunderet. Idcirco eos qui in publicarũ rerũ administratione uersantur, intueri hæc diligẽter, & exactissimo studio examinare decet, ne eos lateat animus illorũ, cũ quib. uel iungũtur fœdere, uel pace conciliantur, quando id cedentes tempori faciant, quando animo non ulterius sæuiendi, quò ab ijs quidem qui opportunitatẽ malefaciendi præstolantur, cauere assidue possint: ijs uerò quos uel subiectos imperio suo, uel ueros amicos norint, quãdocunq; res ferat, securè ac fideliter utantur. Cause itaq; secundi belli Punici hæ sunt, quas hactenus diximus: principia uerò, quę mox referemus. Carthaginenses grauiter atque iniquo animo ferebãt iacturã ablatæ sibi à Romanis Siciliæ. Hanc eorũ indignationẽ, sicuti suprà diximus, intercepta per fraudẽ inter motũ Africę Sardinia, & superimpositũ tributum augebat. quas ob res simulatq; imperium in Hispania auxissent, ultro arma iniecturi Italiæ uidebantur. Mortuo aũt Asdrubale, cui pòst Amilcaris obitũ summa imperij cõmissa fuerat, antequã nouum ducem crearẽt, expectare exercitus uoluntatẽ decreuerant. Vt uerò castris nuncius aduenit, Annibalẽ ingẽti omniũ clamore atq; assensu imperatorẽ appellatũ: aduocata euestigio concione, unanimi cõsensu electionẽ exercitus confirmarunt. Annibal igitur accepto imperio, nihil cunctandũ ratus, exercitũ in Olcadũ fines, ueluti ad subuertendũ eos ducit. Hinc discedens Carteiam urbem, caput gẽtis eius obsidet, nec multis interiectis diebus horrendis modis expugnat. Quo metu perculsę reliquæ ciuitates, ultro se Carthaginensibus dederunt. Exercitus uictor præda onustus, Carthaginem nouam in byberna deducitur. Ibi Annibal stipẽdia inter milites liberalissimè partitus, mirificè omniũ bene uolentiam sibi conciliauit: nec paruam futurarum rerum militibus spem adiecit. Vere primo rursus in Vacceos exercitum ducit. Ermandica mox potitur. Arbachalam uerò ob magnitudinem ciuitatis, & multitudinem uirtutemq; oppidanorum diu defensam, pòst longam tandem obsidionem non sine discrimine ui capit. Pòst hæc repentè in maximum periculum prærer opinionem incidit: Carpetanis eum ex Vacceis regressum, prædaq; onustum adortis, quæ gens & ferocia, & multitudine hominum, cæteros eius prouincię populos anteeellit. Cum ijs etiam ie coniunxerant profugi ab Ermandica, quos Olcadum exules in eam sententiam adduxerant. Quod si Carthaginẽses aperto prælio unà cõcurrissent, profectò uicti, profligatiq; fuissent à Carpetanis. Verùm Annibal prælio abstinuit, & callidè hostibus cedẽs, castris supra ripã Tagi fluminis collocatis, equitibus præcipit, ut cum hostẽ aquam ingressum uiderint, adoriantur peditũ agmẽ. In ripa elephãtos præterea quadraginta disponit. ita cũ & flumẽ, et feras ueluti cõcertãtes haberet, omnia ex sententia processerũt. Nam Barbari metu cessisse Carthaginẽses rati, sublato clamore passim in amnẽ ruunt. Quare magna pars eorũ iuxta exitũ fluminis absumpta ab elephãtis per ripã grassantibus, et ad se delatos inaniter cõculcantibus obtriti: plęriq; aũt ab equitibus in ipso flumine trucidati, quòd eques corpore armisq; liber facilius per medios gurgites rẽ gereret, peditẽq; uix uado fidentẽ infestaret. Posteriores, quib. regressus in suã ripã facilis erat, retrocedebant. Cũ tandẽ Carthaginenses omnibus copijs amnẽ ingressi essent, uniuersos in fugã uerterunt. Erant aũt Carpetani unà cũ Olcadibus atq; Vacceis ultra centum millia hominũ: quibus superatis, nemo trans Iberũ fuit, qui pòstmodũ resistere Carthaginensibus auderet, præter Saguntinos. Hos nondũ bello infestare Annibal uoluerat, ne prius causam aliquã belli Romanis præberet, quàm cętera omnia iuxta Amilcaris parẽtis admonitionẽ sibi constantissimè asciuisset. Saguntini interea frequentes Romam nuncios mittebant, simul soliciti de rebus suis, & uelut præscij futurorum: simul, ne Romanos lateret fœlices Carthaginensiũ in Hispania successus. At Romani pòst multos,

uariosq;

uariosq; de eadem re nuncios, tandē Oratores in Hiſpaniam ad ſpeculandos actus Annibalis mittunt. Annibal ea tempeſtate peractis quæ concupierat, rurſus Carthaginē nouam in hyberna ſeceſſerat, quæ ueluti regia quædā Carthaginenſiū in Hiſpania erat. Vt primum uerò aduenisſe legatos Romanorum nunciatū eſt, ad ſe admitti iuſſit, & loquendi quæ uellent, poteſtatē fecit. Hi primò Annibali denunciāt, ut à Saguntinis abſtineat: eſſe enim ſocios populi Romani, deinde, ne Iberū tranſgrediatur: id enim in fœdere cum Aſdrubale icto caueri. Quæ cum audiſſet Annibal, ut iuuenis, & bellico ardore ferues, & ſucceſſum habens in ijs quę conabatur, ac iamiam in bellum aduerſus Romanos exarſerat, legatis quidem reſpondet ueluti amicus Saguntinorū, increpans populū Romanū, quòd nupet orta inter Saguntinos diſſenſione, cum ab ijs literas accepiſſent, ut ad cōponendas res legatos Saguntū mitterēt, per iniuriam quoſdā è principibus ciuitatis interfeciſſent, quos ulciſci ſe uelle minatus eſt. Eſſe enim hunc ueterē Carthaginenſibus morē, ne iniurias cuiuſquam inultas patiantur. Ex alia parte nuncijs Carthaginem miſſis, quid agere opus ſit cōſulit, cum Saguntini ſocietate Romanorum freti, pleriſq; Carthaginenſiū oppidis graues iniurias intulerint. Deniq; omnis inconſtantiæ atq; indignationis plenus, & ardore belli gerendi fluctuans, nullā ueram rationē adducit in mediū, inanes tantūmodo, ac ratiōe carentes cauſas ſectatur. Quod his accidit, qui uicti perturbationibus animi, officium deſerunt. Nam quanto melius erat id dicere? Optimo quidē iure petere à Romanis Carthaginenſes, ut Sardiniā, ſtipendiumq;, quod iam tot annis in ſumma eorū neceſſitate per iniuriā abſtulerant, reſtituerent: id ni facerent, bellū ſe eis indicturos. At nunc prætermiſſa uera cauſa, falſam hanc de Saguntinis fingens, non ſolum præter rationem, uerumetiam per ſummā iniuriam moturus bellum uidetur. Legati Romanorū, etſi neceſſariò ſuſcipiendum eſſe bellū intelligebant, Carthaginē tamen profecti, eadem illis quoq; denunciarunt. Verùm Romani quidā non in Italia ſe, ſed in Hiſpania dimicaturos, Saguntumq; uelut monumentū acreceptaculū belli habituros ſperabant. Quam ob rem ad id ſe parantes, componere primum res Illyricas nitebantur: quippe intelligentes maximū ſe ac diuturniſſimū bellum, & procul à finibus Italiæ habituros. Accidit per ea tempora, ut Demetrius Illyriorū rex oblitus compluriū populi Romani erga ſe officiorū, cum eos cerneret hinc Gallorum, illinc Carthaginenſiū terrore perculſos, omnemq; ſuā ſpem in regibus Macedonię haberet, quòd particeps fuerat eius belli, quod aduerſus Cleomenē Antigonus geſſerat, oppida Illyrij, quæ ditioni Romanorū ſubiecta erant, uaſtatet, urbes expugnaret, terminos in fœdere nominatos tranſgrederet, pleraſq; inſulas è Cycladibus quinquaginta lembis uſus diriperet, & quaſi tēpeſtas quædā cuncta proſterneret. Quæ ubi Romani intellexerūt, uidentes florentē ea tempeſtate Macedonū principatū, cōponere omni ſtudio * res Illyricas in præſentia nitebanī, ſperantes id facile factu fore, ſeq; paucis diebus & Illyriorū inſcitiam caſtigaturos eſſe, & ulturos Demetrij ingratitudinē. Verùm res longè aliter quàm ſperabant, euenit. Nā dum tempus huiuſmodi rebus teriī, Annibal omniū ſpe celerius Saguntū capit. Quo factum eſt, ut bellū iam non in Hiſpania, ſed prope urbem Romā, & per omnē Italiam exardeſceret. Romani tamen hoc conſilio freti, L. Aemiliū in Illyriū cum exercitu miſere, qui res eius prouinciæ cōponeret, anno primo centeſimæ & quadrageſimæ Olympiadis. Annibal Carthagine Noua cū omnibus copijs profectus, Saguntū petit. Ciuitas ea ultra Iberū ſita eſt radicibus montis, qui Hiſpanos à Celtiberis diuidit, circiter mille paſſus diſtans à mari. Cuius incolæ & copia terreſtrium fructuū, & multitudinis incremento, & uirtute militari cæteris Hiſpaniæ populis præſtant. Huius fines infeſto exercitu ingreſſus Annibal, peruaſtatis paſſim agris, ad obſidionē urbis omnes machinas adhibet: comodiſſimū tebus ſuis fore ratus, ſi ea per uim potiretur. Primū enim ablaturū ſe Romanis ſpem gerendi in Hiſpania belli animaduertebat. Præterea non paruū metum cæteris iniecturū, ex quo & ciuitates Hiſpaniæ,

τὰ πρὸς ἑωθινὰ μέρη

quæ iam in eius potestatē deuenerant, fideliores futurę: & quæ adhuc in liber tate uiuebant, eueſtigio ſe deditura uidebantur. Tertiò, quòd ſe deinceps tutò ad reliqua progredi poſſe intelligebat, nullo hoſtili loco poſt ſe relicto. Prę ter hæc, ſperabat ſe ingentē pecuniam comparaturū, qua poſtmodū in rebus agendis uteretur: militū uerò animos confirmaturū, ob ſummā utilitatē, quam quiſq; ex pręda urbis caperet. Poſtremò etiam beneuolentiam ciuiū, qui Carthagini morabantur, ſibi conciliaturum, ob munera quæ de manubijs ad eos miſſurus foret. His rationib. fretus, omni ſtudio obſidioni urbis inhæret, multitudinis animos nunc ira in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe præmiorū accendit. Interim ſeipſum exemplū prębet, cùm in conficiendis, admouendisq; ad mœnia machinis, tū in adeundis locis, ubi magis imminens periculū oſtendebat. Omnia denique non ſecus agit, quàm ſi nihil inter ſe atq; militē intereſſet. Per hunc modū octo continuis menſibus animo et corpore fatigatus, tandem Saguntū ui capit. Vbi maxima pecuniarū copia parta, multisq; captiuis in poteſtatem redactis, illam quidem in neceſſarios belli uſus, uti ſtatuerat, ſeruauit: hos uerò inter milites pro dignitate cuiuſq; partitus eſt, reliquam aūt ſupellectilē dono Carthaginenſibus miſit. Quibus peractis, haudquaquā opinione ſua fruſtratus eſt, ſed omnia ei ex ſententia ſucceſſerunt. Siquidē & militū animos promptiores in poſterū reddidit ad ſubeunda pericula, & Carthaginenſes ſibi obſequioſiores fecit, & ipſe maiorē rerum gerendarū facultatē ob par tam pecuniæ ſummam adeptus eſt. Dum hæc agerentur, Demetrius Illyriorū rex cognito conſilio atq; apparatu Romanorū, confeſtim Dimalā urbē præſidio & cōmeatu diligentiſsimè munuit. In reliquis uerò oppidis Illyrij, electis diuerſæ factionis hominibus, ſuos tantū manere ac potiores habere paſſus eſt. Ipſe electis ex omni exercitu ſex millibus ueteranorum, Pharum petijt. Inter hæc Aemilius Conſul in Illyriū applicuit integris omnib. copijs. ubi eū animaduertiſſet, hoſtes forti ac conſtanti animo eſſe, quòd ſitu ac munitionibus Dimalæ freti, irritū fore Romanorū aduentū opinabantur, eam primùm urbē omni conatu cenſuit oppugnari debere: ratus, id quod euenit, ſi ea caperetur, facilè reliquas perculſas timore, in poteſtatē Romanorum uenturas. Hortatusq; eſt diligenter milites, & admotis urbi machinis, Dimalā fortiter obſidet. Qua intra ſeptem dierū ſpaciū ui capta, adeò animos hoſtiū fregit, ut repentè ex omnib. Illyricis ciuitatibus legati aduenerint, ſeſe fidei Romanorum dedentes. Quibus in amicitiam receptis, ictisq; cum ſingulis pro cuiuſq; conditione fœderibus, exercitū uerſus Pharū mouet, ubi Illyriorū rex immorabatur. Hic quoniā eam urbem & natura loci munitiſſimā eſſe intelligebat, & electorum ex omni numero militū præſidio firmatam, commeatu præterea & cæteris rebus ad bellū neceſſarijs abundantem, ne difficilis, & perquā diuturna futura eſſet eius obſidio, uerebat. Quā ob rem diu conſilij anceps, tandē hanc uiā ingreditur. Facto per noctē in inſulā curſu, magnā partem copiarū intra ſyluam, denſiſsimis obſitā arboribus, collocat. Ipſe orto iam die cum uiginti nauibus palàm propinquum urbi portum ingreditur. Illyrij naues hoſtium conſpicati, ac earum numero contempto, denſo agmine procurrunt ad portum, ut Romanos à littore arceant. Vbi inito cum illis certamine, acriter aliquandiu dimicatur, multis continuè ex urbe in ſubſidiū ſuorū exeuntibus, tandemq; omnis in eum locū ciuitas cōfluxerat. Tum Romani, qui in propinqua ſylua noctu delituerant, audito clamore, per loca abdyta tempeſtiuè eodē concurrerunt: occupatoq; colle, qui intra urbē & portū natura munitiſsimus erat, reditum hoſtiū in urbem prohibent. Quod animaduertentes Illyrij, inceptum arcendi hoſtes conſiliū deſerunt, atq; omnes in unum congregati ſe inuicē hortantur, ueluti ex compoſito cum his qui collē occupauerant, conflicturi. Romani uerò iam appropinquantes Illyrios cōſpicati, inſtructis aciebus eos agrediuntur, atq; alacres capeſſunt prælium. Iam etiam pars altera à nauibus aderat, hoſtesq; premebat à tergo. Ita undiq; concurrentibus Romanis, Illyrijs uerò non ſolum à fronte, uerumetiam à tergo laborantibus, diu

atrociter

atrociter pugnatur. Tandem uictoria penes Romanos fuit. Illyriorũ maxima pars cæsa, pauci se intra urbẽ receperunt, reliqui in deserta insulæ profugere. Demetrius ad lembos, quos fugæ gratia, si quid tale accideret, tribus in locis parauerat, clàm perlatus, insequenti nocte præter opinionem omnium saluus euasit. Profectusq; ad Philippũ Macedoniæ regem, reliquũ ætatis suæ apud eum egit, uir alioquin audax atq; robustus, sed temerè ac parũ considerate in rebus bellicis se gerens. Quapropter exitũ quoq; talem habuit, qualis antea acta eius uita fuerat. Nam cum ex sententia Philippi Messeniorum urbem oppugnare cœpisset, nimia audacia profusus, turpissimè ab hostibus interfectus est. Verùm quæ de his particulatim dicenda erunt, cum ad ea tempora uentũ fuerit, differemus. Aemilius Pharo repentè potitus, urbem funditus euertit. Hinc reliquis Illyrij ciuitatibus intra paucos dies imperio Romanorũ additis, rebusq; omnibus, uti statuerat, in prouincia cõpositis, ineunte iam autumno Romam reuersus est: ubi cum summa gloria rereptus triumphauit, iudicatus ab omnibus non solum prudenter, uerumetiã fortissimè egisse. Cum interea nuncius de excidio Sagunti Romam peruenisset, haudquaquam de bello inferendo est inter patres consultum, ut quidam scripsere, addentes rationes & causas, quę animos eorũ in utranq; partẽ iempllebãt: quo quid inconstantius dici potest? quomodo enim incredibile est, ut qui proximo anno bellũ Carthaginensibus denunciarant, ni Saguntinorũ finibus abstinerent, ijdẽ nunc capta per uim Sagunto, an sit cum Carthaginensibus belligerandum, an cõtrà bello abstinendum, inter se consulant? quid uerò minus credibile? quàm ex unà parte senatum, perinde ac si de summa rerũ dubitaret, tristitia atq; mœrore incredibili affectum: ex altera uerò pueros omnes, qui duntaxat duodecimum annum transgressi essent, in senatum à parentibus perductos, & consiliorum omnium participes, nihil unquã cuiquam secretum aperuisse? Hæc profectò neq; uera sunt, neq; uerisimilia, nisi hoc Romanis datum sit, ut confestim sapiant à cunabulis. Sed de huiusmodi scriptis, qualia sunt Chereæ & Solyli, satis. Non tam enim historiæ, quàm fabulæ anicularum uidentur, & ijs similes quæ in tonstrinis memorari solent. Romani nuncio capti Sagunti, sociorumq; indignè peremptorũ accepto, extemplò legatos Carthaginẽ mittunt, duo denunciaturos, quorum alterũ ignominiam pariter ac detrimentũ allaturum Carthaginensibus uidebatur: alterum uerò in summum discrimen imperium eorum adducturum. Petebant enim, ut uel Annibalem in pœnam rupti fœderis senatui traderent, uel bellum sibi à populo Romano indictum scirent. Legati postquam Carthaginem uenerunt, datusq; eis est senatus, non sine Carthaginensium indignatione iussa patrũ expossuere: quo peracto, Carthaginenses instructissimũ quendam ad dicendum elegerunt, qui de iure suorum disseruit. Is primò fœdus Asdrubalis ueluti nunquã cum Romanis ictũ præterire: deinde etiã si ictum fuerat, non teneri eo Carthaginenses asserere, quod absq; authoritate senatus & populi iussu ab Asdrubale priuato arbitrio ictũ extitisset. Ad id adducere Romanorũ exemplũ, quod fœdus à Luctatio cõsule in Sicilia ictũ, quia id sine authoritate populi Romani factũ erat, infringi debere iudicauerint. Denicq; in hoc uno fœdere per totã orationẽ insistere, id sæpius lectitare, in eo nullam de libero factã esse mentionẽ, asserere, sed tantummodo de socijs utriusq; populi caueri. Hoc uerò ad Saguntinos nihil attinere, quippe qui tẽpore icti fœderis nondũ erant socij Romanorũ. Legti eã de iure fœderũ disceptationẽ ut alienã à dignitate populi Romani atroci oratione respuerũt, dicentes eã facile tolerari, ac de eõtrouersis decidi posse, si res Saguntinorũ integra foret. Nunc uerò excisa Sagunto, uiolatisq; iniquissimè fœderibus, uel patratorẽ sceleris Romanis dedant, quo manifestũ omnib. sit, Saguntũ publico Carthaginensium consilio minimè oppugnatũ: uel si id nolint, eonsilioq; eorum expugnatam urbem fateantur, se ad bellum parent. Hic sermonum finis fuit, quo generalius quidem ac fusius usi sunt. uerùm nobis quidem necessarium uisum est, haud tacitam hanc partem præterire, ne uel

In Sicilia, ubi Carthaginenſes imperent, item Carthaginí, Romani omnia faciunto, negociantorq; quæ facere negociariq; ciuibus Carthaginenſibus licet. Idem Romæ Carthaginenſibus ius eſto. In hoc quoq; fœdere Carthaginenſes Sardiniam quidem atq; Africam ſuas prorſus oſtendere, & Romanos uniuerſo naulo priuare uidẽtur: Siciliq; uerò duntaxat eam partem, quę ip ſorũ imperio pareat. A' Romanis etiam cautum, ne Carthaginenſes iniurias inferãt Ardeatibus, Antiatibus, Circeis, Tarracinenſibus, cæteriſq; Latij ciuitatibus, quæ mari adiacent, & regionem Latinorũ complectuntur. De reliqua uero Italia nulla mentio facta eſt. Poſt hęc tertiũ fœdus inter Romanos ac Carthaginenſes ictum eſt, tempore quo Pyrrhus Epirotarum rex in Italiam traiecit, ante initium primi belli Punici. In eo fœdere eadem quæ in ſuperioribus comprehenduntur: deinde adijciuntur hæc, Si cum Pyrrho fœdus percuſſerint, curato uterq; populus, ut auxilium ferre alterutri liceat ijs, quibus bellum inferetur. Si Carthaginenſes, ſocij'ue auxilium Romanorum implorabunt, nauigia præbento ad traijciendum, belligerandumq;. Si Romani, ſocij'ue Romanorum poſtulabunt, mari Carthaginenſes opitulantor. In terrã uerò ut deſcendãt, nemo cõpellito. Suis quiſq; ſtipẽdia ſoluito. In primo fœdere iuſiurandũ ita factũ accepimus. Primũ Carthaginẽſes per deos patrios iurabãt. Deinde Romani per lapidẽ, ſecundũ uetuſtiſsimũ ritũ, ac per Martem & Enualiũ præſtiterunt. Ritus uerò lapidis fuit huiuſmodi. Fœcialis ſumpto in manibus lapide, poſtquam de fœdere inter partes cõuenerat, hęc uerba dixit: Si rectè ac ſine dolo malo hoc fœdus atq; hoc iuſiurandũ facio, dij mihi cũcta fœlicia præſtẽt: ſin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnib. ſaluis, in proprijs patrijs, in proprijs legibus, in proprijs laribus, in proprijs tẽplis, in proprijs in ſepulcbris ſolus ego pereã, ut hic lapis è manib. meis decidet. Nec plura locutus, manu lapidem deijcebat. Hęc cum ita ſint, & in hodiernũ diem tabulis æneis inſcripta cõſpiciantur in tẽplo Capitolini Iouis, ubi ab ædilib. diligentiſsimè cuſtodiũtur: quis non magnopere admiretur, Philinũ hiſtoricũ, non quòd hæc ignorauerit, quòd mirum nõ fuiſſet (nam multi noſtra quoq; ætate Romanorum, Carthaginenſium q; antiquiſſimi, quiq; huiuſmodi rerum ſtudioſiſsimi ſemper fuerunt, hæc ignorant) ſed quod his planè contraria ſcribere fuerit auſus? cõtineri enim in fœderibus ait, ut Romani omni Sicilia, Carthaginenſes uerò omni Italia abſtinerent. Idcirco Romanos in prima trãsfretatione in Siciliam fœdus ac iuſiurandum trãſgreſſos, cum nihil tale ſcriptum extet. Hæc enim in ſecundo libro apertè Philinus ſcribit, quæ nos breuiter in primo libro commemorata in hunc locũ reſeruauimus, ut de his particulatim diſſeramus: rati id uel maximè neceſſarium fore, ne quis errorem Philini ſecutus, à ueritate deflecteret. Quod ſi quí transfretationem Romanorum in Siciliam ideo reprehenſione dignam cenſuerint, quod Mamertini ab ijs in amicitiam recepti, præſidiumq; non longè poſt in ſummo diſcrimine laborantibus miſſum fuerit, cum paulo antè Meſſanam primò, deinde etiam Regium, opulentiſsimas Siciliæ ciuitates crudeliſsimè diripuiſſent, forte aſſe id non immeritò fecerint. Quod uerò præter fœdus ac iuſiurandum in Siciliam traiecerint, non niſi ignari hominis eſſet aſſerere. Finito igitur in Sicilia bello, aliud fœdus ictum, cuius hæc ferè ſumma fuit: Excedere Carthaginenſes non ſolum omni Sicilia, uerumetiam inſulis omnibus, quæ inter Siciliam atque Italiam eſſent: Vtriuſque ſocios apud utrunque populum tutos eſſe: neutrum in alterius locis imperare, aut ullum munimentum ædificare, aut mercenarium militem conducere, alterius ſocios neutrum in amicitiã recipere: Carthaginenſes duo millia & ducenta talenta in annos decem pendere, in præſentia mille: captiuos præterea omnes ſine precio Romanis reddere. Rurſus cũ bello Africano acriter infeſtarentur, * Romani indicto eis bello, ut nouũ fœdus inirent, coegerunt. In quo continebatur, ut Carthaginẽſes Sardinia excederent, ſtipendioq; mille & ducenta talenta adderent. Poſthęc omnia ultimum fœdus in Hiſpania cum Aſdrubale ictum, in quo cauebatur,

ne liceret

ne liceret Carthaginẽsibus Iberũ flumen armatis transire. Hæc sunt igitur fœdera, quæ inter Romanũ & Carthaginẽsem populũ inita sunt, ab initio usq; ad secundum bellũ Punicum, quod Annibale Carthaginensium duce gesserunt. Verùm enimuero quemadmodum in transfretatione Siciliæ non uiolatum à Romanis iusiurandum ostendimus: ita post hęc per summam iniuriam indictũ Carthaginensibus à populo Romano bellũ, facile quisq; perspexerit, tum, cum fœdus de Sardinia percusserunt. Siquidem nulla ratio eius belli assignari potest. Sed manifestè deprehenditur, Carthaginenses præter omnium fœderum iura, iniquitate temporũ coactos, & Sardinia excessisse, & auxisse stipendia. Nã quod Romani dissimulant, se propterea id facere compulsos, quod mercatores suos mari infestassent, iam antea dissolutũ erat, captiuis omnibus à Carthaginensib. sine precio restitutis. Quibus de reb. quãdo ea quæ particulatim dicẽda erant superiori libro memorauimus, nunc ad secũdi belli Punici causas ueniamus, atq; utri populo ascribẽdæ sint, perscrutemur. Carthaginẽses igitur reddebant eas, quas suptà retulimus, causas: Romani ob indignationẽ excisi Sagunti, nullas in præsentia referebant. Hæ uerò sunt quæ apud eos & sæpenumero, & à multis adduci solent. Primò quidem non fuit fœdus cum Asdrubale ictum uiolandum, ut Carthaginẽses dicere ausi. Siquidem & in Luctatij fœdere additũ, ita id ratum fore, si populus censuisset, in fœdere Asdrubalis nec exceptum tale quicquam fuit. Atqui in hoc cautũ, ne liceret Carthaginensibus Iberum transgredi: in illo, ut socij utriusq; populi tuti forent: quibus uerbis non ij tantum comprehensi, qui tunc essent. Additum enim in fœdere fuisset, uel ut neutri liceret nouos socios ascisce re, uel ut nouiter in societatem acciti, fœdere non comprehenderentur: quorum autem nihil scriptum est. Nam prærerquam quod ante id tempus obseruatum semper fuerat, ne qui eorum etiam qui nouiter in societatem recepti erant, iniuria afficerentur: quis credat duos potentissimos populos priuari se uoluisse libertate, uel recipiendi in amicitiam quos uellent, uel receptos in fidem defendendi? Enimuerò intentionem eorum in fœdere ineundo, hanc in primis fuisse reor, ut præsentes socij tuti forent, nec recipi in societatem ab alterutro possent: nouorum uerò sociorum gratia prouisum, ne mercenarium militem conducere, ne imperare quicquã in alterius prouincia liceret, omnesq; apud utrunque populum tuti essent. Hæc cum ita sint, illud quoque manifestum est, Saguntinos complurib⁹ annis ante Annibalis ætatem fidei Romanorum commendatos fuisse. Cuius rei uel maximum argumẽtum, ne à Carthaginensibus quidem negari potest: quod Sanguntini orta intra ciuitatẽ seditione, non ad Carthaginenses, quanquã finitimos, & iam summam in Hispania obtinentes, sed ad populum Romanũ se uerterũt, quo authore ciuilis dissensio sedata atq; restincta est. Si quis igitur excidiũ Sagũti, causam huius belli fuisse dixerit: idem Carthaginenses per iniuriã bellum gessisse cum Romanis, fateatur necesse est: cùm ex fœdere Luctatij, in quo continebat, ne quis alterius socijs iniuriã inferret: tum ex fœdere cũ Asdrubale icto, quo cautũ, ne Carthaginenses Iberum flumẽ armati transirent. Si uerò propter ablatam Sardiniam, auctumq; stipendiũ exarsisse eos in id bellũ existimet, profectò non immeritò id ab illis factum uidebitur, qui expectata opportunitate temporis ulcisci se uoluerint. Sed non deerũt fortasse, qui hæc parum cõsiderantes, me superuacuo censeant huiusmodi rationes adeò diligẽter inquirere. Ego uerò ita sentio: si quis omnibus necessarijs ita instructus sit, ut nulla re extrinsecus egeat, huic iucundã quidem, nõ tamen fortasis necessariã fore præteritarum rerum cognitionem. Si quis autem id neq; in priuatis, neq; in publicis rebus affirmare ausit, cum homo sit, ac præsentem felicitatẽ ui sunt res humanę fluxæ atque instabiles, labi posse intelligat, non modo iucundam, uerumetiam necessariam rerum gestarum peritiam dixerim. Etenim quo pacto quispiam uel illata sibi, aut patrię iniuria, socios atq; adiutores ad eam propulsandã inuenerit? uel nouis rebus studẽs, alios in sententiam suã traxerit? uel prosperè

cedentibus

cedentibus cunctis suorũ animos rectè confirmauerit? nisi ut singula quæq; à maioribus nostris gesta sint, cognitũ, perspectumq; habuerit? Ita enim in rebus præsentib. paratus semper atq; instructus ea loqui atq; agere poterit, quibus & consilia cunctorum intelligant, & ueritas omnibus patefiat. Præteritę quippe res optima gerendarũ rerum documẽta sunt, facileq; nobis ostendũt uniuscuiusq; rationes, consilia, machinas, quid nobis gratiã, opem, beneficiũ parere possit, quid quenquam aduersus nos mouere, quid ad misericordiam, quid ad indignationẽ, quid ad iustitiã atq; equitatẽ impellere. Quæ omnia, & publicè & priuatim plurimũ in uita mortaliũ momẽti habent. Quapropter ego quidẽ ita censeo, scriptores historiarũ, eosq; qui in earũ lectione uersantur, non tam res gestas, quàm quid eas sequatur, atq; antecedat, animaduertere oportere. Nam si quis ex historia tollat, quid, quomodo, cuius gratia actũ sit, qui finis fuerit: quod supererit, ueluti contentio quædam, non doctrina erit: & in præsentia quidẽ iucunditatis fortasse aliquid, in posterũ uerò nullam prorsus ad uitam humanam utilitatẽ afferet. At enim dicent aliqui, nec facile haberi huiusmodi historia, nec ullo modo perspici atq; uideri poterit, ob multitudinẽ, magnitudinemq; librorum. Verùm hi quidem ignorant, quanto facilius sit habere, atq; perdiscere quadraginta libros rectè in ordinẽ digestos, ubi res Italiæ, Siciliæ, Africæ à transfretatione Pyrrhi in Italiam, usq; ad captiuitatem Carthaginis, cæterarum uerò orbis partium à fuga Cleomenis usq; ad bellum Romanorũ cum Achæis iuxta Isthmum, comprehensæ sint, quàm tot particularium historiarũ uolumina uel acquirere, uel legere. Nam præterquã quòd & numero & magnitudine librorũ nostra superãt, difficile est quicquã apud eos certi cõprehendere: primò quod non idẽ omnes de ijsdẽ rebus scribũt, tum quòd res simul gestas prætereunt: quæ si inuicẽ conferantur, longè clarius discerni ueritas potest. deniq; quod id quod maxime propriũ est historię, ne attingere quidẽ possunt, hoc est ea quę res gestas præcesserũt, quęq; secuta sunt, et præsertim quę ad causas attinẽt. Nos aũt ita bellũ Antiochi consideramus, ut à Philippico causam sumpsit: Philippicũ, ut à Punico: Punicũ, ut à Siculo. Vbi quæcunq; interea rerum sunt gesta, & ad idẽ caput referri possunt, diligẽtissimè rimãtur. Quæ omnia apud eum quidẽ, qui uniuersalem historiã scribat, facile intelligere licet: apud eos uerò qui de particularibus bellis differunt, utputa Persico, aut Philippico, impossibile: nisi fortè aliquis ex uno certamine totius belli summam se putet posse intelligere. quod fieri non potest. Itaq; quanto præstat didicisse aliquid perfectè, quàm id tantũmodo audiuisse, tanto historia nostra particularibus bellorum descriptionibus præstantior existimanda est. Cæterùm ut ad id, unde in hoc diuerticulum excessi, reuertar, legati Romanorum ubi tergiuersantes Pœnos animaduertêre, nullum amplius uerbum fecerunt. Sed qui inter eos natu grandior erat, sinum è toga factum Senatui ostendens: Hic, inquit, uobis bellum, pacẽmque portamus: utrum placet, sumite. Sub hanc uocem non minus ferociter, daret utrum uellet, succlamatum est. Cum q; is, excusso in media curia togæ gremio, non sine horrore, quasi planè id in sinu ferret, bellum se effundere dixisset: accipere se, alacri uultu omnes responderunt. Interea Annibal Carthagini Nouæ in hybernis erat, militibusq;, si qui fortè suos inuisere uellent, redeundi in patriam potestatem fecerat, quo post tot labores exhaustos corpora, animosq; ad omnia deintegro patienda renouarent. Præterea fratrem Asdrubalem instruit, quo pacto Hispaniam, si eum decedere prouincia oporteret, regere, tueriq; ab omni populi Romani conatu debeat. Dehinc Africam quoque ualido præsidio firmat, aduocato ex Hispania supplemento. Nam Afrum militem in Hispaniam acciuerat, callidè nimirum partitus copias, ut Afri in Hispania, Hispani in Africa ueluti mutuis pignoribus obligati meliores essent. Erant autem qui in Aphricam traiecerunt, Thersitę, Maesani, Oritæ, Hispani, & Olcades. Numerum illorum omnium constituerat equites mille ducentos, pedites ad tredecim millia octingẽtos quinquaginta,

præter

præter hos etiam Baleares funditores octingentos ſeptuaginta: quam gen rem & inſulam propter fundarum uſum ſic nominant. Horum maiorem partem diſtribui per Aphricã iubet, reliquos Carthaginí præſidio eſſe, ſimul aduocari ex interioribus ciuitatibus delectæ iuuentutis peditum quatuor millia: eos non tam præſidium, quàm obſides Carthaginem duci. In Hiſpania uerò Aſdrubali fratri quinqueremes quinquaginta reliquit, quadriremes duas, triremes quinq, ſed aptas inſtructasq; remigio duas, & triginta quinqueremes, triremes quinq. Addit deinde equites Libyphœnices, mixtum Punicum Aphris genus, circiter quadringentos quinquaginta: Ilergetes trecẽtos: Numidas, Maurosq; accolas Oceani ad mille octingentos: pedites autem ex Africa undecim millia octingentos quinquaginta. Ex Liguribus trecentos, ex Balearibus quingẽtos: et, ne quod terreſtris auxilij genus deeſſet, elephantos unum & uiginti. Nec admirari quiſpiam debet, ſi non minori diligentia hęc à nobis memorantur, quàm ſi ab imperatore exercitus cenſus militum fieret: neq; nobis ſuccenſere, quòd inſtar eorum hiſtoriographorum qui mentiuntur, cum authoritate minuta quædam ac leuia ſectemur, quo facilius ſcriptis noſtris adhibeatur fides. Nos enim cum apud Lacinium tabulam æneam conſpexiſſemus, in qua huiuſmodi deſcriptio erat, poſitam in eo loco ab Annibale, quo tempore per Italiam graſſabatur, adhibendam ei omni ex parte fidem duximus. Ideoq; hanc fuimus in præſentia ſecuti. Annibal, cum rebus Aphricæ atq; Hiſpaniæ prouidiſſet, reditum eorum præſtolabatur, quos ad ſciſcitandos Gallorum animos, quà traducendus erat exercitus miſerat. Nam quia & fertiliſsimam eſſe eam regionem intelligebat, & multitudine hominũ refertam, qui uirtute atque experientia in rebus bellicis plurimum pollerent, eſſentq; ob bellum Gallicum (quod ſuperiori libro huius rei gratia memorauimus, ut lectori ea quæ dicenda ſunt cum dictis coniungat) populo Romano infenſiſsimi, præmiſerat eò, qui illorum animos donis conciliarent, & tranſitum alpium ſpecularentur: ſperabat enim bellum ſibi duntaxat in Italia gerendum, ſi per anguſtos Alpium ſaltus fauentibus Gallis incolumem traducere exercitum poſſet. Reuerſis itaq; nunciis, ubi expectationem ac deſiderium Gallorum intelligit, tranſitumq; Alpium difficilem ſanè ac laborioſum, non tamen uſquequaq; inacceſſum eſſe, inſtante iam uere, copias ex hybernis aduocat. Allatus per idem tempus de his quæ Carthagini geſta erant, ad eum nuncius, indignationem eius aduerſus Romanos auxerat: ſpem uerò de fide ac beneuolentia ſuorum mirificè confirmauerat. Itaq; quamprimum copiæ omnes in unum conuenerunt, Annibal aduocata cõcione, non iam occultè, ſed palàm milites uarijs adhortationibus ad bellum contra Romanos incitat, ut ipſe paulo antè ut cæteri Carthaginẽſium duces, ob expugnatũ Sagũtum poſtulati ad ſupplicium fuerint, edocet. Fertilitatem, opesq; prouinciæ, ad quam profecturi ſint, præterea amicitiã atq; ſocietatẽ Gallorum oſtentat. Quibus dictis, cum animos omnium alacres, & nihil magis quàm diſceſſum expectantes animaduerterat, fidem ac uirtutem eorum laudat: dieq; profectionis indicto, concionem dimittit. Paratis interea omnibus quæ ad iter neceſſaria erant, ut primum ſtatutus dies aduenit, cum nonaginta millibus peditum, equitum duodecim millibus profectus, Iberum traiecit. Nec multis interiectis diebus Ilergetes, Barguſios, Auſetanos, Aquitaniam, cęteraq; uſque ad Pyreneum montem oppida ſubegit, ut omnium opinione celerius, ita non ſine multis atq; atrocibus pręlijs, ac plurimorum militum cæde. Orę huic omni præfecit Hannonem, quem Barguſijs etiã dominum conſtituit, quòd magis huic populo diffideret, ob amicitiam qua aſtricti cum Romanis erant. Decem millia peditũ Hannoni ad præſidium tuendę regionis dedit, & equites mille: omnia eorum, quicum Annibale proficiſcebantur, impedimenta eidem reliquit. Totidem ferè ex Hiſpanis militibus domum remiſit: cùm quia grauari eos longinquitate uiæ, inſuperabilique alpium tranſitu ſenſerat: tum ut cæteris quoq; præberet ſpem, in patriã quandoq; reuertendi: nec minus ut

hoc

hoc uidentes Hispani, quos domi reliquerat, alacriori animo, si quando supplementi usus foret, in Italiam proficiscerentur. Ipse cum reliquis copijs numero quinquaginta millibus peditū, equitū ferè nouem millibus, Pyrenæum transgressus, ad proximum Rhodani hostiū tendit, nō tam multitudine, quàm uirtute militum stipatus, utpote qui trium & uiginti annorū durissima militia inter Hispanas gentes exercitati uictores semper extiterant. Verùm, ne ob ignorationem locorū hæc pars obscurior foret, referendū breuiter censuimus, unde discedens Annibal, quibus quantisq; locorū spacijs superatis, quas Italię partes ingressus fuerit. neq; ipsas locorū appellationes adiecimus, ut quidam historici faciunt, putantes ita prorsus rem omnē perfectè intelligi, si nomina locorū in notiā uenerint. Atqui ego quidem ita censeo, in relatione locorum, quorū cognitionem habemus, plurimū momenti nomina afferre, & ut facilius intelligantur res ipsæ, & pertinacius memoriæ hæreant. Vbi uerò loca ipsa ignota sunt, similem esse appellationem eorū ijs uocibus, quæ præterquā quòd aures percutiunt, nullam prorsus significationem habent. Ita fit, ut cum mens nostra nihil omnino ex eo nomine cōprehendat, neq; id referre, ut ad aliquid sibi cognitū possit, uana penitus atq; inutilis narratio fiat. Quam ob rem inuestigandus modus est, quo de locis incognitis loquentes, quatenus liceat, auditores in notionem ueri trahamus. Prima igitur & maxima, & omnibus hominibus cōmunis notio est diuisio huius, quo claudimur, mundi: per quam omnes etiā inerudíti, Ortum, Occasum, Meridiem, Septentrionē nouimus. Secunda est, per quam unicuiq; supradictarum partium partes orbis terrarū accōmodantes, in cognitionem locorū, quę nec cognouimus, nec uidimus, quodammodo deuenimus. Sed cum orbis terrarū multæ partes sint, quędam inhabitabiles, alię cōtrario quàm nos situ ab Antichthonibus habitæ, in præsentia de situ duntaxat eius plagæ quam nos incolimus, dicendum. Hæc cum in tres diuidatur, primā Asiam, secundam Africam, tertiam Europā uocāt. Hanc diuisionem mare nostrū, & duo inclyti amnes faciūt, Tanais & Nilus, & fauces quoq; circa columnas Herculis. His Asia ab reliquis partibus diuiditur, ingenti perpetua fronte uersa ad Orientem, tamen Meridiem atq; Septentrionē duobus lateribus aspiciens. Africa uerò ab Asia quidē Nilo, ab Europa mari nostro separatur, uersaq; ad Meridiem nihilominus ad Iberū Occasum usq; ad columnas Herculis protendit. Itaq; hæ partes, si quis in uniuersum consideret, Meridiem ab Oriente, interpositione nostri maris uidentur segregare. Europa aūt ad Septentrionem uersa, ab Oriente utriq; opponitur, extenditurq; usq; ad Occasum. Eius præcipua pars Septentrionē spectat intra Tanaim, et Narbonē fluuiū, qui non longè distat ab ora Massiliæ, ac Rhodani hostijs, quæ in Sardoū defluunt mare. Hanc omnem regionem Galli habitant à Narbone usq; ad Pyrenęum montē, extenditurq; à mari nostro ad Oceanum. Reliquā uerò Europæ partem à Pyrenæo ad Occasum, hoc est, usq; ad columnas Herculis, ab latere circuit mare nostrum, ab altero Oceanus. Ora quæ mari nostro abluitur, usq; ad columnas Herculis, Hispania uocatur: pars quæ Oceanum spectat, cōmune quidem nomen non habet, ut quæ recens in cognitionem nostram uenit, sed longè lateq; à Barbaris colit. De quibus suo loco particulatim dicemus. Nam quemadmodū ea regio, quæ iuxta Aethiopiam est, ubi Asia atq; Africa iunguntur, usq; in nostram ætatem ignota est: nesciturq; utrum perpetua sit, et continens, an claudatur pelago: ita omne id, quod inter Tanaim atq; Narbonem ad Septentrionē uergit, usq; in præsentem diem ignoratur: somniantq;, si qui de ijs uel loquunt aliquid, uel scribunt. Enimuero hæc referre operæprecium fuit, ne ijs qui eorū locorū ignari sunt, obscura omnia forent, quæ scripturi sumus: sed per eas cœli ac terræ regiones, quatenus fieri posset, in cognitionē ueri traherent. Quemadmodum enim usu utentes, faciem perpetuò ad id conuertere solemus quod demonstrationis gratia ostenditur: sic & animus in ea loca propendere debet, quæ inter narrandum proponuntur. Nunc autē relictis istis, ad continuationē propositæ narrationis conuertamur. Carthaginenses ea tempestate omnem

Aphricæ orã tenebant, quæ mari nostro abluitur, ab aris Philenorũ haud multum distantibus à magna Syrte, usq; ad columnas Herculis. Continet ea longitudo sexdecim millia stadiorũ. Transgressiq; paruũ fretum, quod inter Africã atq; Europam interiacet, omni Hispania potiti erãt usq; ad Pyrenæum montẽ, qui eam prouinciã à Gallis diuidit. Distat autẽ hic locus ab angustijs freti, ubi sunt columnę Herculis, circiter octo millia stadiorum: inde ad nouam ciuitatẽ, quam aliqui Nouam Carthaginẽ uocant, unde Annibal in Italiam transiturus mouerat, stadiorum tria millia. Hęc ab Ibero duobus millibus, & sexcentis stadijs distat. Iberus uerò ab emporio mille ac sexcentis. Et illinc ad transitũ Rhodani circiter mille sexcentis. Hęc enim à Romanis diligenter stadijs octo dimẽsa sunt et signata. A' transitu Rhodani iuxta ipsum fluuiũ ad illius fontes ambulantibus, usq; ad transitum Alpium in Italiam, mille trecenta stadia. cęterùm in transcensu Alpiũ circiter mille ducenta numerantur: quibus confectis, ad campos Italiæ circa Padũ fluuiũ uenit. Itaq; à Noua Carthagine usq; ad Italiæ fines nouem millium stadiorũ iter facere Annibalẽ oportebat. Quod si longitudinem uiæ animaduertas, iam ferè dimidium itineris confecerat. Si uerò difficultatem locorũ aspexeris, maior pars profectionis supererat. Annibal igitur cũ omni conatu Pyrenæum transgrediebatur, non sine metu Gallorũ, ne fortè situ locorum freti, transitum eius in Italiã prohiberent. Interim Romam de ijs quæ Carthagini dicta, actaq; per legatos fuerant, perlatum: & simul Annibalẽ omniũ opinione celerius Iberũ cum exercitu transgressum, aduentũ in Italiã maturare. Quæ res non paruum metũ patribus iniecerunt, eo maximè, quòd cõciturum aduersus se auidas semper armorũ Gallicas gentes augurabantur. Igitur statim electis iam Consulibus, prouincias nominant, P. Cornelio Hispaniam, T. Sempronio Africam cum Sicilia. His sex legiones in eum annum decernũt, sociorum quantũ ipsis uideretur: classis, quantũ parari posset. Dum Romæ scribuntur milites, classisq; & commeatus, & cætera ad transfretationem necessaria parantur, omni studio ad perficiendas colonias incumbunt, quas circa Padũ in Gallia nuper inchoauerant. Iam ædificata erant oppida: oppidanis ut intra triginta dierũ spacium adessent, mandatũ: decreta singulis colonijs sex millia hominũ, quæ citra Padum ædificata: Placentia, quę ultrà, Cremona appellata. Eam rem grauiter et iniquo animo ferentes Boij, nec ueterum irarũ immemores, ubi Carthaginensium aduentũ compertum habuere, à Romanis defecerunt, dimissis obsidibus, quos superiori bello, sicuti memorauimus, dederant. Arreptisq; repentè armis, & ad id ipsum sollicitatis Insubribus, tantũ tumultum in agrũ supradictis colonijs fecerunt, ut præterita omnis multitudo unà cum Triumuiris Romanorũ, qui ad diuidendos agros uenerant, Mutinam Romanorũ coloniam confugerit: è quibus unus consulatũ, reliqui duo quæstoratũ adepti fuerant. Quos persecuti Boij, urbem obsidione cinxerunt. Cum aliquantisper obsidio duraret, simulari cœptũ de pace, euocatiq; à Gallorum principibus ad colloquium legati contra ius gentium, ac uiolata fide comprehenduntur, negantibus Boijs, nisi sui obsides sibi redderentur, eos dimissuros. Cum hæc de legatis nunciata essent, L. Manlius prætor, qui tum in his locis cum copijs erat, ira accensus, subsidium ferre obsessis maturat. Quod ubi Boij intellexere, in sylua, quæ uiæ propinqua erat, insidias ponũt: uenientemq; inexploratò hostẽ adgressi, magnã partem Romanorum cædunt. Reliqui ægre in apertos campos emersere: ubi refectis aliquandiu militum animis, cum nihilominus instare post terga Boios animaduerterent, præcipiti fuga Cannetũ uicum contendere, ubi etiam à Boijs concludebantur. Qui tumultus postquam est Romam perlatus, patres ueriti ne diuturna obsidione præsidiũ Romanorũ periclitaretur, * Atilium prętorem cum copijs delectu nouo Consulis conscriptis, auxiliũ ferre obsessis iubent: Consuli, ut in eorum locum nouum delectum habeat, mandant. Hic fuit Gallicarum rerum usq; ad aduentũ Annibalis status. Cõsules interea paratis omnibus necessarijs, Roma profecti, P. Cornelius in Hispaniã cũ sexaginta longis nauibus, Sempronius in Africã

* Atilium

cum

cum centum & sexaginta quinqueremibus. Hic tanto impetu res bellicas aggressus, tantum in Lilybæo apparatū undiq; congessit, ut mox ipsam Carthaginem obsessurus uideretur. Cornelius uerò per oram Hetruriæ ac Ligurum profectus, quinto die peruenit Massiliā, proximumq; Rhodani ostium (nam pluribus diuisus amnis in mare decurrit) cū classe ingressus est. Hic cum Annibalem superare iam Pyrenæos montes didicisset, satis tamē adhuc eum putabat abesse, cùm propter difficultatē loci, tum ob multitudinem Gallorū, qui frequentes circum ea loca habitabant. Verùm Annibal incredibili celeritate Gallis omnibus partim precio, partim metu pacatis, ad Rhodani transitū per maris Sardoi littus cū exercitu properabat. Quod postquā Consul intellexit, partim nō credebat, propter aduentus huius celeritatē: partim uolens exactè rem hanc cognoscere, eductos è nauibus milites ab iactatione maritima refecit. Tribunos, quo nam in loco occurrendū hostibus foret, edocuit: trecentos delectos equites ducib. Massilienſibus, & auxiliatoribus Gallis ad explorāda hostiū consilia præmisit. Annibal iam Rhodano propinquus, propè tamen quatriduī itinere à mari cum exercitu distans, transfretare quamcelerimè festinabat. Itaq; aduocatos omnes fluminis accolas muneribus sibi conciliat. Ab his lintres magna multitudine, & paratos ad quotidianū illorum usum lembos emit, quorū illic multitudo erat propter emporia ex usu maris frequentia: nouas itē lintres cauari ex singulis arboribus iubet. quod etiam milites ipsi & copia materiæ, et facilitate operis inducti faciūt. Vnde uix duorum dierū spacio tantum nauiū, lintriumq; comparatū est, ut abunde ad traijciendū sufficeret, singulis laborantibus ne sociorū auxilio indigerent, sed proprijs lignis se, suaq; transueherent. Inter hęc ad ulteriorē ripam fluminis maximus Barbarorum numerus confluxerat, quo Carthaginenses à transitu Rhodani arcerent. Quod ut aduertit Annibal, intelligens se neq; ui traijcere flumen posse, hostibus ex aduerso omnē ripam obtinentibus: nec tutò ibi consistere, ne undiq; à Barbaris circumueniretur, prima tertiæ noctis uigilia Hannonē Bomilcaris regis filiū cum parte copiarū mittit. His duces itineris nonnullos ex incolis loci tradit. Qui per ripam Rhodani aduerso flumine ad ducenta stadia profecti, supra paruę insulæ circumfusum amnē constiterunt. Nam quia illic diuidebatur aqua, nō immeritò minus altus esse alueus existimabatur. Cæsis igitur euestigio arboribus, rates fabricatæ quæ ad uirorū, cæterarumq; rerū transfreratio-nem sufficerent. Ita impediente nemine, tuti Rhodanū traiecerunt: nactiq; locum natura munitissimū, corpora nocturno itinere ac labore operū confecta quiete unius diei refecerunt, omnibus ad consiliū opportunè exequendū intentis. Iam idipsum Annibal cum cæteris copijs facere maturabat. Sed eū angebat consiliū traijciendorū elephantorū, qui numero septē & triginta erant. Igitur insequenti nocte qui fluuiū transierant, cum primùm lucescere aurora cœpit, per ripā fluminis profecti aduersus Barbaros, quod cōuenisse ad eum locū diximus, contendunt. Annibal autē paratas habens copias omnes, iubet ut ad traijciendum se præparent, lembos equitibus impleant, paratis, instructisq; ad bellū, ut si ita res ferret, extemplò egressi usui forent. Lintres uerò expediti occupent, peditesq;, ut maiori tranquillitate fluminis tutius traducerētur, undarumq; impetū firmius sustinerēt, superiori parte fluminis ad dextrā lembos ponit, quo uehementiorē illum ac præcipitē aquæ fluxū excíperent. Equos à puppibus nantes, loris trahi iubet tris et quatuor simul, duobus uiris ad utrūq; latus puppis sedentibus. Quo factum est, ut maior pars equorū in prima transfretatione traduceretur. Hæc autē conspicati Barbari, ingenti tumultu relictis castris, passim temereq; in ripā cō currunt, ueluti nullo negocio transitū hostibus prohibituri. Annibal aliquandiu commoratus, ubi appropinquare suos ex prodito fumo, uti conuenerat, intellexerit, dat simul omnibus signū ad traijciendū. Quo uiso, repentè Carthaginenses ingenti clamore facto traijcere amnē, atq; impetum fluminis omni conatu perrumpere nituntur: certanq; inter sese, qui primus ad ulteriorē ripam perueniat. Ita cum iam

utraq; ripa à Carthaginensibus tenetur, omnesq; cum ingenti uociferatione flumen traijcerent: Galli cum uarijs ululatibus more suo pæana canentes, arcere summo impetu hostē nitebantur. Terribilis aliquandiu tumultus, uisuq; horrendū certamen fuit. Galli omnes derelictis tentorijs ad flumen confluxerant. Mox Hanno cum suis aderat. Horum pars in castra Gallorū excitato incendio impetum faciebat. Reliqui à tergo pugnantes premebāt. Galli nouitate rei obstupefacti, pars in castra, ut ea ab hostibus tutarentur, recurrunt: alij nihilo segnius pugnæ insistunt. Annibal ubi consiliū sibi ex sententia successisse animaduertit, hortatur suos, ut pristinæ uirtutis memores, hostē forti animo propulsent. Ita omnes facto impetu in mediū irrumpunt. Tandē Galli, & quia nullo ordine prælio inchoauerant, improuisa Hannonis legione perterriti, se turpi fuga in uicos suos receperunt. Dux Carthaginensium uno tempore flumine atq; hostibus superatis, reliquas copias per ociū traijcit. Ita cum omnes breui tempore ad ulteriorē ripam peruenissent, spernens iam Gallicos tumultus, castra locat, atque ita per quietē in ripa fluminis eam noctem egit. Postridie cum audisset Consulem Romanorū cum classe hostia Rhodani ingressum, Numidas equites quingentos misit speculatū: ubi & quantæ copiæ hostiū essent, quid'ue pararent. Interim traijciendis elephantis per magistros dari operam iubet. Ipse aduocata concione, Regulos, qui ex Transpadana Gallia ad se uenerant, acciri fecit. Hi per interpretē multitudinem allocuti, ad trāsitū alpium hortantur: se ceteroscq; Galliarum incolas auxilio eis futuros pollicentur. Iter fore tutum, & nulla re necessaria egens. Nec difficilem sanè alpiū transitū esse: loca ad quæ profecturi sint, omni genere rerū opulentissima. habituros præterea eiusmodi socios, quorū uirtus non parū præteritis temporibus populo Romano formidolosa fuerit. His atq; alijs huiusmodi dictis, Reguli discessere. Post quos Annibal ingressus, primùm quidem præteritas res gestas multitudini commemorat. In quibus eos per tot discrimina bellorum consiliū ac sententiā suam secutos, uictores sæpenumero fuisse refert: nunquā minus prosperè rem gessisse. Dehinc hortat, ut magno fortiq; animo sint, scientes maiorē partem laborū iam emensam esse, superato difficilimo amne, & sociorum beneuolentia ac promptitudine parata. Proinde curam omnem gerendarum rerum sibi relinquant: ipsi tantummodo, quando opus fuerit, dicto ducis obedientes sint, pristinæ uirtutis rerumq; à se fortissimè gestarum memores. His dictis, cum multitudinē alacri uultu animi audaciā præ se ferētē uidisset, uniuersos laudauit. Dehinc deos secundū morē precatus, abijt: indicto militibus, ut corpora curarent, seq; in posterū ad discessum accingerent. Vix dissoluta concio erat, cū Numidæ, quos speculatū missos suprà diximus, multis amisit fusi, profligatiq; ab hostibus redeūt. Etenim cum non longe à proprijs castris equitibus Romanis, qui ex eadē causa missi à Scipione fuerāt, occurrissent, tanto ardore utriq; conseruerūt manus, ut ex Romanis & Gallis ad centū quadraginta equites ceciderint, ex Numidis plusquā ducenti. Romani Carthaginenses usq; ad castra persecuti, perspectis diligentissimè omnibus, ad Consulē reuersi sunt, præsentiamq; hostium, & certamen cum Numidis habitū indicarunt. Quibus auditis, P. Cornelius Scipio haud cunctandū ratus, impedimenta nauibus imposuit. Ipse coactis copijs per Rhodani ripā profectus, ueluti cum hostibus conflicturus, maturat iter. Annibal postridie eius diei, quo habita concio erat, cum prima luce equitatū omnē uersus littus maris ueluti in præsidio disponit. Peditum uerò multitudinem è castris motā paulatim procedere iubet: ipse ut elephanti cū residuis adhuc militibus ocyus traijciantur, omni solicitudine intendit. Eorum traijciendorū consiliū huiusmodi fuit. Compluribus paratis ratibus, duas inuicē copulatas à terra in amnem porrigunt, latas pedes quinquaginta. His alias duas à parte ripę adijciūt: quas ut secunda aqua deferrentur, compluribus retinaculis ualidis ad arbores parte ripæ superiori eminentes alligant. Erat earū longitudo ad ducentos pedes. Post hæc alias duas rates, quæ reliquis longè maiores erant, extremis illis

leuiter

leuiter adnectunt, quo haud difficulter solui possint. Ab his pendebant fumes aliqui, quibus ab actuarijs nauibus, postquã dissolutæ à cęteris ratibus essent, trahi in ulteriorẽ ripam ualerent. Postremò eas omnes humo tegunt, ut beluę per eas sine pauore ueluti per solũ progrederentur. Hoc apparatu facto, elephãti, qui Indis ubiq; præterquam in undis, parére consueuerant, per stabilẽ ratẽ tanquã per uiam prægredientibus duabus fœminis agunt. Qui ubi in extremas rates applicatas transgressi sunt, extemplò resolutis, quib. leuiter adnexæ erant, uinculis, ab actuarijs nauibus pertrahunt, nihil sanè trepidantes, donec continenti agebant. Vbi uerò soluta à cęteris rate in altũ se uehi cernebãt, undiq; formidine capti, cedentib. ab aqua extremis, aliquantũ turbationis edebãt. Qui etẽ tamẽ timor ipse faciebat, omni ex parte aquã circunspicientib. feris. Ita primis expositis, alij deinde repetiti, traiectiq; sunt. Quidã timore fæuiẽtes, in flumen decidêrũt: qui tamẽ peremptis rectoribus, incolumes euasere. Siquidẽ & pondere ipso stabiles, & magnitudine prominentium extra aquã nariũ, quibus emittere, si quid ebiberãt, ac respirare poterant, pedetentim uadis progressi, ad ulteriorẽ ripã recti peruenerũt. Traiectis itaq; elephantis, Annibal cum his atq; omni equitatu, a uersa Rhodani ripa, mediterranea Galliæ petit. Rhodanus tribus fontibus surgit supra maris Adriatici intimũ sinũ. Deinde Lemano lacu acceptus tenet impetũ, seq; per mediũ iter agens egredit: & inde in Occidentẽm ablatus, aliquandiu Gallias dirimit: pòst cursu uersus Meridiẽ adducto defluit in mare Sardoũ. Eam partẽ fluminis, quæ ad Septẽtrionẽ uergit, incolunt Galli, quos Druentes uocant. Latus uerò, quod Meridiem spectat, terminãt alpiũ saltus, qui ad Septentrionẽ eriguntur. Campos autem circa Padũ, de quibus suprà memorauimus, à Rhodano diuidũt alpes, quæ à Massilia incipientes, usq; ad intimũ maris Adriatici sinũ protendunt. Has tunc prætergressus Annibal, à locis qui circa Rhodanũ sunt, in Italiã uenit. Hoc loco scriptores quidã, dum magnitudine rei perterrefacere legentiũ animos studẽt, nõ animaduertunt, labi se in duo ab historię lege alienissima. Siquidẽ & falsa scribere, et planè inter se repugnantia cogunt: simul enim Annibalẽ, quẽ & scientia rei militaris, & animi magnitudine omnino inimitabilem uolũt, omnis prorsus consilij atq; rationis expertẽ ostendunt. Simul nullum exitũ mendacio reperientes, ad deos & deorũ filios ad pragmaticã historiam confugiunt. Nam cum iter alpiũ adeò immensum atq; asperũ faciant, ut non solum equitibus, impedimentis atq; elephantis, uerumetiã ipsis leuis armaturæ peditibus inuium, inaccessumq; sit: præterea etiam tantã in eo solitudinẽ, ut nisi quis deus, aut heros ducẽ ie itineris Annibali prębuisset, procul dubio omnes copiæ per loca prærupta issent perditũ: apertissimè in utrunq; labunt errorem. Primùm enim quis ducũ Annibale imprudentior erit? si ille tot copijs, taliq; exercitui præfectus, in quo spẽ omnẽ bene gerendarũ rerũ reposuerat: neq; uias, neq; loca, ut ipsi asserũt, nec quà iret omnino, nec ad quos tenderet, sciebat? Nam quod cęteri post maximos conflictus, etiã in summa desperatione rerũ non faciunt, id isti fecisse Annibalẽ in tanta spe, ita florente exercitu uolunt, ut cũ copijs loca incognita accesserit. quo quid ineptius dici potest? At quod de solitudine atq; asperitate locorũ dicunt, apertius etiã mendacium indicat: neq; enim referunt, ut Galli Rhenì accolæ, nõ semel neq; bis ante id tempus in Italiã uenerint, neq; ut olim cum magno exercitu superatis alpibus in subsidiũ Cisalpinorũ contra populum Romanũ uires aduocarint: neq; ut ipsis etiam in alpibus multorum hominũ gens habitet: sed hæc omnia ignorantes, heroa quendã, inquiunt, apparuisse Annibali, iterq; monstrasse. Quo fit, ut tragœdis potius, quàm historicis similes uideantur. Nã ut illi frequenter dramata sua aut dijs aliquibus, aut machinis terminãt, quod falsa, irrationabiliaq; principia sumant: ita hi rerum gestarũ scriptores simile quiddã patiunt: & dum falsa sumunt exordia, tandẽ ad deos aliquos, siue heroas confugere coguntur. Nam quî fieri potest, ut ex falsis initijs ueri fines sequantur? Atqui Annibal non talem se, qualem hi tradunt, sed supra modũ industrium

simul ac prudentem ducem præstitit. quippe & fertilitatem regionis, ad quam festinabat, & incolarũ aduersus Romanos odium diligentissimè scrutatus est: & in ascensu alpium, quod asperũ difficileq; iter erat, duces habuit accolas locorũ, quos iam ad bellũ contra Romanos in sententiã suam traxerat. Quibus de rebus nos quidem eo audacius scribimus, quòd et ab his didicimus, qui ea tempestate rebus interfuerũt, & ea loca ipsi uidimus, ob eã solum modo causam eò profecti, ut alpes conspicaremur. P. autẽ Scipio consul Romanus triduo, postquam Carthaginenses à ripa Rhodani mouerant, ad castra hostium animo præliandi profectus, ubi deserta munimenta uidet, obstupefactus aliquandiu cõstitit. Quippe sibi persuaserat, hostem nunquã per ea loca in Italiã facturũ iter, cùm ob asperitatẽ uiarum, tum ob incolentium Barbarorũ multitudinem. At ubi audaciam Carthaginensium perspexit, extemplò ad mare ac naues reuersus, conuocari copias iubet: & fratrem quidẽ in Hispaniam, ne ea pars nuda præsidio foret, cum parte copiarum mittit. Ipse rursus in Italiã reuertitur, facilius per eum modũ, tutiusq; descendenti ab alpibus Annibali occursurus. Annibal quartis castris ad insulã peruenerat, locum & multitudine hominum, & feracitate regionis prædiuitẽ. Cui propterea Insulæ nomen inditũ, quòd ibi Arar, Rhodanusq; ex alpibus decurrentes, aliquantũ agri amplexi defluunt in unum, faciuntq; insulam & figura & magnitudine similẽ ei, quę in Aegypto Delta appellatur: nisi quòd illic latus unum mare efficit, cum quo duo amnes cõiunguntur: hic uerò difficiles atq; asperi montes, & planè inaccessi. Eò cum applicuisset Annibal, reperit duos fratres inuicẽ de regno dissidentes, & utrunq; iam alteri cum exercitu oppositũ: uocatusq; ab eo qui natu grandior erat, rogante, ut sibi paternum imperium restitueret: paruit illi, pero opportunum id rebus suis fore arbitratus. Excluso igitur fratre minore, imperioq; maiori tradito, non solum cõmeatum, rerumq; omnium copiam ob id meritum tulit, uerumetiam arma omnia renouata, & additæ uestes, quas infames frigoribus alpes præparare cogebant. Præterea, quod maximũ fuit, comitante cum exercitu rege per Allobrogum regionem integris omnibus copijs ad alpes usq; perductus est. Ita cum intra decem dierum spacium à Rhodano profectus, circiter octingenta stadia confecisset, conscendere alpes cœpit, ubi mox maxima pericula oblata sunt. Nam quandiu campestri itinere progressi Carthaginenses fuerant, duces Allobrogum cum bona pace transire omnes permisere, partim equites ueriti, partim præsidium comitantium Gallorum. Vbi uerò & illi domum reuersi, & hi loca aspera, difficiliaq; conscendere cœperunt, congregata Allobrogum multitudo ingens opportuna præoccupat loca, per quæ necessariò transire Annibalem oportebat. Qui si in ualles occultiores insedissent, coorti repentè in pugnam, magnam profectò stragem Carthaginensib. dedissent. Sed uisi procul ab Annibale, nõ tam hostibus, quàm sibijpsis obfuere. Etenim cum aspexisset Annibal opportunissima quęq; loca tenere Barbaros, consistere signa iussit: castrisq; inter confragosos ac præruptos saltus locatis, quosdam ex Gallis, quos secum habebat, ad uisenda loca, explorandamq; hostium intentionem, atq; omnem apparatum præmisit. Per quos cum comperisset, hostes interdiu tantũ in his locis consistere, nocte uerò in propinquam urbem ad sua quenq; tecta dilabi, tali consilio usus est. Prima luce apertè cum omnibus copijs subijt tumulos, tanquam ui interdiu per medios hostes erupturus. Cum uerò hostibus appropinquasset, castra eo in loco diligentissimè muniuit. Tum ubi primùm facta nocte digressos tumulis montanos sensit, plurimis ignibus accensis maiorem partem exercitus ibi reliquit. Ipse cum expeditis, acerrimo quoq; milite raptim angustias euadit: & in ijs tumulis, quos hostes tenuerant, consedit. Quo facto, ubi primùm orta luce id conspicati sunt Barbari, immobiles parumper constitere. Deinde uidentes iumentorum equitumq; multitudinem in angustijs omne agmen turbare, quicquid eis terroris adiecisset, satis fore ad perniciem arbitrati, per inuias rupes diuersis è locis concurrunt. Tum uerò non tam ab hostibus, quàm

ab in-

ab inſquitate locorũ, Carthaginenſes oppugnabantur, equis maximè, ſumentis q; ingentẽ ſtragẽ hominũ ac rerum facientibus. Nam cum præcipites, & di ruptæ utrinq; angustiæ eſſent, multa iumenta ex immenſa altitudine cũ ſarcinis inſtar maximę ruinę deciderũt. Siquidẽ icti, aut uulnerati equi, partim terrore, partim dolore uulnerũ cõſternati, incredibilẽ turbationẽ in tanta locorũ angustia faciebant. Quæ conſpicatus Annibal, cum nullã in fuga ſpem ſalutis repoſitam intelligeret, iumentis, qui ſarcinas ferebant, amiſſis, ex ſuperiore loco cum his quos ſecum per noctẽ tenuerat, ingenti impetu decurrit. Quo facto, etſi magnam partem hoſtiũ fuderit, tamen è ſuis quoq; multos interemit. Siquidẽ auctus ex utriſq; tumultus, multos paſsim præcipites faciebat. Tandem igitur Allobrogibus, partim inter certandũ interemptis, partim turpiſſimè fugatis, Annibal quod reliquũ fuit impedimentorum atq; equitum, uix & non ſine graui labore traduxit: eoactisq; copiarũ ſuarum reliquijs, ad ciuitatẽ unde Allobroges exierant, profectus, quæ uacua erat, nullo negotio cepit. Id ei magnam nõ ſolum in præſens tempus, ſed etiam in futurũ rerum neceſſariarũ cõmoditatem præſtitit. Nam in præſentia quidem magnam equorum atq; iumentorum multitudinẽ, præterea etiam captiuorum tulit: in futurum uerò frumento ac pecoribus per triduũ exercitum aluit. Et quod fuit pluris faciendum, cæteros alpiũ accolas perterruit, ne quid tale moliri in poſtetũ auderent. Eo igitur in loco uno die quietẽ egit. Deinde cũ copijs profectus, reliquis duobus diebus aliquantũ uiæ confecit. Quarto dehinc die rurſus in maximum periculũ prolapſus eſt. Ventũ erat ad frequentem cultoribus aliũ inter montanà populum. Hi quoniam circa tranſitum habitabant, ut dolo circumuenirent Pœnos, unà conſpirauerant. Aduenienti igitur Annibali, obuiam procedũt, florentes capiti corollas geſtantes. quod ferè apud Barbaros pacis atq; amicitiæ ſignũ eſt, quemadmodũ apud Græcos caduceus. Annibal haud temerè credendum Barbaris arbitratus, uoluntatẽ intentionemq; corũ callidè perquirit. Hi ſcire ſe de captiuitate ciuitatis, & interitu aduerſantium Gallorũ reſponderunt, ſeq; obedienter poſthac imperata facturos, ut qui nec facere, nec pati iniuriã uelint, & ad fidem promiſſorũ obſides ſe Annibali daturos pollicentur. Quod etſi diu Annibalẽ conſiliũ dubium fecerit, ſuſpicatus tamen hęc, ſi æquo animo accipiantur, mitiores fortaſſe Barbarorũ animos facere poſſe: ſi uerò repudientur, eoſdẽ apertè hoſtes ſibi futuros, benignè illis reſpondendo, accipere ſe eorum amicitiã ſimulauit. Illi cum iam nõ ſolum obſides dediſſent, uerùm abunde ſubminiſtraſſent cõmeatũ, & deniq; ſe ipſos in Carthaginenſium manibus poſuiſſent, tantum fidei ab Annibale meruerunt, ut ijs ducibus per loca difficilia uti nõ dubitarit. Cũ igitur biduo iter feciſſent, uentumq; eſſet in angustiorẽ uallem, & ex parte altera iugo ſubiectã, Barbaris undiq; ex inſidijs prorumpentibus, in tantũ periculi Carthaginenſes inciderunt, ut ad extremã penè perniciẽ peruenturi fuerint, niſi Annibal nondũ ſatis fidei Gallorũ credens, ac futura planè proſpiciens, elephantos, equites q; in primo agmine collocaſſet: ipſe pòſt cũ robore peditũ circumſpectans, ſolicitusq; omnia à tergo ſecutus eſſet. His enim ita in præſidio diſpoſitis, minorem cõtigit cladẽ fieri. Et tamen ingens hominũ et equorũ, iumentorumq; numerus periit. Quippe hoſtibus imminens iugũ tenentibus, & nunc ſaxa eminus in agmen deuoluentibus, nunc cominus frequenti ictu lapidũ manib. ipſis percutientibus, in tantũ periculũ uentũ eſt, ut neceſſe fuerit Annibalẽ noctem unã cũ mediocritate copiarũ ſine equitibus atq; impedimentis agere. Poſtero die iam ſegnius intercurſantibus Gallis, cum equitibus atq; impedimentis iunctus ſaltũ ſuperat, Barbaris quidẽ iam aperto bello minimè occurſantibus, ſed latronũ more, modò primum, modò nouiſſimũ agmẽ infeſtantibus, prout uel tempus, uel locus opportunitatẽ faciebat. Magnũ Carthaginenſibus uſum elephanti præbebãt. Nã quacunq; incedebãt, quia inſuetis adeundi propius metus erat, eum locũ tutũ ab hoſtibus faciebant. Nono die in iugũ alpiũ peruentũ eſt, ibi biduo ſtatiua habita, partim ut incolumes milites labore feſ-

ſos reficeret, partim ut reciperet perditos. Eo tempore plures equi, pluraq; iumenta, quæ onera abiecerant, ſequendo ueſtigia agminis, in caſtra peruenere. Iam nix ea omnia oppleuerat loca, occidente uergiliarum ſidere, & feſſos tædio tot malorum militū animos ueluti in deſperationē adduxerat. Annibal id conſpicatus, conuocatis militibus, hortari eos decreuit. Ad eam rem unā tantum occaſionē habebat, propinquitatē Italiæ, fœlicitatemq; oſtendere. Ea enim ita alpibus ſubiacet, ut ſiquis utrunq; cōſideret, ueluti arx totius Italiæ eſſe alpes uideantur. Hanc igitur è promontorio, unde longè lateq; proſpectus erat, oſtentat: inde ſubiectos alpibus circumpadanos campos. Poſt hæc amicitiam incolentiū eam regionem Gallorum cōmemorat, ac ſimul locum urbis Romæ oſtendit, atq; ita militum animos rurſus confidentes reddit. poſtridie autem eius diei deducere agmen cœpit: nihil iam hoſtibus quidē, niſi per latrociniū tentantibus, ſed non pauciorib. ob locorū, niuiumq; aſperitatē amiſſis, quàm in aſcenſu alpium propter hoſtiū incurſiones fuiſſent. Nam cum natura locus anguſtus præcepsq; foret, tum uerò recenti niue omnia uſq; adeò obruta, ut nullū prorſus ueſtigiū callis appareret, neq; ſuſtinere ſe à lapſu poterant: & qui parū titubaſſent, continuo in præceps ferebantur. Verùm, hanc quoq; difficultatē æquo animo ferebāt uiri tot iam malis ac laboribus aſſueti. Interea uentū ad rupem alterā, quam neq; elephanti, neq; iumenta pertranſire poterant. Quippe anguſtā natura uiam recens terræ lapſus circiter ducentos paſſus anguſtiorem fecerat. Hic rurſus turbari afflictiq; multitudo cœpit. Dux Carthaginenſiū principiò per loca inuia, nec antè eum diē trita circunducere agmen conatus, quoniā iter id niues inſuperabile faciebant, à propoſito deſtitit. Sanè ſupra ueterē niuem intactā noua præſentis anni nix deciderat. In ea, quod recens lapſa permollis erat, et nullā ferè adhuc altitudinē habebat, facile ingredientiū pedes inſiſtebant. Vbi uerò tot hominū, iumentorumq; inceſſu dilapſa erat, per nudā infra glaciē, et fluentē eliqueſcentis niuis labē ingreſſi, ambobus ſimul pedibus ruebant, quemadmodū in locis cœno lubricis, ac nullum recipientibus ueſtigiū ſolet accidere. Et quod longè miſerius erat, homines cum ſiſtere in lubrico ueſtigiū nō poſſent, proni decidentes, ubi ſe uel manibus in aſſurgendo, uel genibus iuuare conarentur, tunc maiore impetu omnibus ſimul membris defecti per præcipitia uolutabantur. Iumenta uerò interdum quidē prolapſa glaciem ſecabant. Sed preſſa oneris magnitudine, pedibusq; eorū indurata glacie perſtrictis, moueri poſtea inde nō poterant. Tum Annibal iumentis atq; hominibus nec quicquā fatigatis, omiſſa præſenti ſpe, caſtra in iugo montis collocat, ægerrimè ad idipſum purgato loco. Deinde multitudinē ad eam rupē, qua una eſſe tranſitus poterat, mundandā hortatus, uix tandē cum maximo labore id peractū. Via igitur equis atq; iumentis uno die ſufficienter parata, confeſtim eos traducit, & in locis iam niuibus uacuis caſtrametatus ad paſcua diſponit. Numidas interim parare elephantis uiā iubet. Hi uix triduo cum omni conatu beluas reduxerunt, & eas quidem propè fame conſumptas. Nuda enim ſunt iuga montiū herbis atq; arboribus, quod continuis rigeant niuibus, hyberno æſtiuoq; tēpore. Mediæ uerò conualles ab utroq; alpiū latere læta paſcua, atq; apricas arbores habent, & humano cultu digniora loca. Annibal congregatis omnibus copijs, proſequi iter cœpit: & triduo poſt ſuperatam, quam memorauimus, rupem in planū peruenit, magna parte exercitus amiſſa, partim ab hoſtibus fluminibusq; per totū iter direptis copijs, partim aſperitate montiū in tranſitu alpiū abſumptis, neq; uiris ſolum, ſed equis etiam, iumentisq; compluribus. Hoc tandem modo Italiam, quinto menſe poſtquam Carthagine Noua diſceſſerat, ingreſſus, alpibusq; quintodecimo die ſuperatis, Circū padanos campos, & Inſubrum gentē audaciſſimè petit, ex Afris militibus ſuperſtites habens pedites circiter decē millia & ducentos: ex Hiſpanis ad octo millia, equitū ad ſummā ſex millia. Hoc enim ipſemet in columna, in qua multitudo omnis ſui exercitus deſcripta eſt, apud Lacinium teſtatur. Per eadem tempora (quemadmodū ſuprà diximus)

P. Cor-

P. Cornelius consul, fratre in Hispaniam cum exercitu ad resistendum Asdrubali misso, Pisas ipse cum paucis nauigauerat. Hic igitur facto per Tusciam itinere; & à Manlio Atilioq; prætoribus accepto milite, quem aduersus Boios tenebant, ad Padum festinat, ut cum hoste nondū refecto, manum cōsereret. Verùm nos quidē, quando & narrationē nostram, & utriusq; populi duces, & bellum ipsum in Italiam traduximus, antequā ad res in ea prouincia gestas ueniamus, breuiter nonnulla haud aliena ab hoc scribendi genere referenda existimauimus. Erunt enim fortasse, qui à nobis quærant, quomodo, cū Libycas, Hispanicasq; res pluribus superius uerbis attigerimus, nihil tamen dictū à nobis sit, neq; de columnis Herculis, & quod inter Africam Europamq; interiacet paruo freto, neq; de exteriori Oceano, rebusq; ad eum pertinentibus, neq; de Britannicis insulis, neq; de stanni, auriq;, & argenti copia, quorū metallorum Hispaniæ feracissimæ sunt. his enim de rebus multa, uariaq; inter se dissidentes, historici ueteres cōmemorant. A' nobis autē non ideo hęc omissa sunt, quòd ea ab historię lege aliena putaremus: sed eo cōsilio factū, ne in singulis partibus narratio nostra diuideretur, ne' ue audientes frequenter ab ipsa rerum gestarū serie auocaremus: iudicantes pręterea huiusmodi res non diuisim, neq; pręter propositū, sed suo loco ac tempore quàm uerissimē fieri possit, cōmemorari oportere. Quā ob rem nemo admirari debet, si etiam in sequentibus libris, cum ad eiusmodi loca uentū fuerit, hanc partē prętermittemus. Id enim consultò à nobis fit, & ob eas quas diximus rationes. Si quis aūt id protinus in singulis locis, singulisq; partibus audire uelit, nescit se guloso conuiuæ meritò comparari posse. Nam quemadmodum ille, ubi primùm discubitū uenit, appositos singulos quosq; cibos degustans, neq; in præsentia uoluptatis aliquid capere, neq; in futurum utilitatis potest, quando nec saporem ullū perfectè sentit, & omnia simul cōgesta stomachū digestionemq; impediunt: ita qui hoc ipsum in legendis authoribus faciūt, nec in pręsens aliquā percipiunt uoluptatem, nec utilitatis quippiam retinent in posterū. Quod uerò hæc potissimū pars historiæ præter cæteras omnes ueriori correctione egeat, cùm ex pluribus alijs, tum ex eo maximè liquet, quod omnes ferè antiqui, uel certè quàm plurimi scriptores conati, situs & proprietates extremarū orbis regionū referre, multis in locis longè aberrarūt à ueritate. Proinde nō casu, nec pręter intentionē, sed consulto contra eos dicendū: neq; reprehendendi ignorationē eorū gratia, sed potius laudandi, corrigendiq;. Quippe quos non dubitamus, si hac tempestate fuissent, ipsos errorē suum fuisse emendaturos. Si quidem superiori ætate rarò quispiā inter Græcos reperiri potuit, qui extremas orbis partes scrutatum proficisci quiuerit, ob periculosum atq; insuperabile iter. Multa enim ac penè innumerabilia mari terraq; pericula erant. Quod si quis uel necessitate actus, uel sponte extrema orbis petijsset, haud tamen facile erat locorū situm, resq; in his partibus indagatione dignas perquirere, quòd partim efferatis Barbarorū nationibus occupabantur, partim loca deserta & uastæ solitudines erant. Adde quòd rem longè etiam difficiliorem diuersitas linguarum faciebat. Neq; enim petere quippiam, neq; discere haud se inuicē intelligentibus licebat. Nec minus laboriosum erat, res uisas modestè postea referre, singulis quibusq;, ut res nouas augendo mirabiliores facerent, non parum à ueritate recedentibus. Quapropter, si non solum difficile, sed penè impossibile fuit, ante hoc tempus ueram huiuscemodi rerū historiam haberi posse: nequaquam succensendum est antiquis rerum gestarum scriptoribus, si quid uel omiserint, uel deliquerint. Quin potius quod talibus temporibus inuestigare aliquid potuerint, laudandi sunt, atque admirandi. Nostra uerò ætate cum & Alexandri Macedonis uires in Asia, & in reliquis orbis partibus Romanorum imperiū cuncta nobis terra mariq; accessu facilia fecerint, liberatis pręsertim hominum animis bellorum cura, studioq; atque ambitione publicarū rerum, ex quo maxima scrutandæ indagandæq; in huiusmodi rebus ueritatis opportunitas accidit: profectò operæ precium foret diligentius, uerius-

uerius q̃ ea inuestigare, quæ maiores nostri ignorauerũt. Quod nos quidẽ omni studio conabimur facere, cum primùm opportunum huic rei locũ nacti erimus. Nihil enim nobis iucundius accidere potest, quàm si intellexerimus, studiosos huiusmodi rerum nostra opera ueritatis compotes fieri: cum præsertim nõ aliã ob causam tot labores atq; pericula in peragranda Africa, & Hispania, præterea etiã Gallis, & hæc omnia circumeunte Oceano, susceperimus, quàm ut ueterum scriptorum ignorantiam emendantes, eas orbis partes hominibus nostris quàm notissimas faceremus. Nunc uerò propositi nostri memores, ad prælia, quæ inter Romanos, Carthaginenses q̃ in Italiã sunt, reuertamur. Quãræ igitur copiæ transgresso in Italiã fuerint Annibali, superius ostensum. Post descensum alpium in ipsis montiũ radicibus castrametatus, principiò reficere exercitum cœpit. Erat enim nõ solũ longo labore ascendendi, descendendiq̃, præterea inauditis locorũ difficultatibus fatigatus, uerumetiam ex inopia commeatus, et corporũ illuuie ac tabe squalida ac diuturna maciẽ contraxerat. Plericq; ex inopia & labore intolerabili prorsus defecerãt. Necq; enim per tot millia passuũ, perq; loca adeò aspera ac difficilia uehere tanto exercitui necessariã stipem licuerat: & si quid erat uectũ, maiori ex parte cũ iumentis perierat. Quo factum erat, ut qui pauloante à Rhodano cum triginta octo millibus peditũ, equitũ uerò circiter octo millibus discesserat, ei nunc uix medietas eiusmodi copiarũ superstes foret. Horũ corpora ex longa fatigatione ueluti efferata erant. Quod cum dux Carthaginensiũ animaduertisset, peropportunè in recreandis animis, corporibusq; non solum militũ, sed etiam equorum reficiendis omne studiũ adhibebat. Polit hæc cum exercitu profectus, Taurinos proximæ gentis (hi tum fortè aduersus Insubres bellũ mouerant, necq; satis credere fidei Carthaginensiũ uidebantur) primò in amicitiã, societatemq; prouocare tentauit: deinde cum id parum Taurinos moueret, ualidissimã eorum ciuitatẽ adgressus, triduò expugnauit. Interfectisq; aduersæ partis hominibus, tantum prope ea loca habitantibus Barbaris terrorẽ iniecit, ut mox omnes se sponte Carthaginensibus dediderint. Cæteri uerò Galli Padi accolæ libenter se, uti principio statuerãt, Annibali iunxissent, ni eos defectionis tempus opperientes, subitus Romani Consulis aduentus oppressisset. Porrò ea re cõmoti, quietem agebãt. Nonnulli se exercitui Romanorũ adiungere coacti fuerant. Quæ conspicatus Annibal, haud cunctandũ amplius, sed procedendũ audendumq; aliquod præclarum facinus existimauit, quo reliquos ad sequendas Carthaginensiũ partes audaciores faceret. Interea hæc animo uersanti nunciat, P. Scipionẽ Padũ iam cum exercitu transgressũ, non longè abesse. Id principio ueluti parũ credibile cõtemp, situt qui recordaret, eum à se paucis ante diebus in Gallia prope Rhodani hostia relictũ: à Massilia uerò in Tusciam transitũ longum ac perdifficilẽ esse cogitaret: similiter à mari Tusco per Italiam usq; ad alpes asperrimũ, ac uix exercitui peruiũ esse iter. Verùm, cum id certius multis eandem rem nuncian tibus cõperisset, industriã ac celeritatẽ Consulis maximè admiratus, obstupuit. Nec minori fan è admiratione affectus Consul. nã cum Annibalẽ existimasset, haud ausurum cum alienigenis copijs per alpes iter facere, aut si id foret ausus, manifestè in itinere periturum: postquã eum nõ solũ transcendisse alpes incolumẽ, uerumetiã aliquas Italiæ ciuitates expugnasse cõperit, uix satis admirari audaciã hominis potuit. Romani quoq; simile quiddã ea tempestate passi fuere. Hi ultimo loco de excidio Sagunti audiuerant. Quã ob rem factis comitijs, duo Consules creati: eorum alter in Aphricã, ad inferendum Carthagini bellũ, alter in Hispaniã aduersus Annibalẽ missus fuerat. Tum uerò repentè ad eos perlatum, adesse cum exercitu Annibalem, & iam ciuitates quasdam in Italia obsidere. Quo nuncio adeò obstupefacti, perculsiq; sunt, ut statim Lilybæum
relegant ad * Sempronium miserint aliquos, qui aduentũ hostium in Italiam significarent, hortarenturq;, ut dimissis prouinciæ rebus, suis ferre suppetias maturaret. Sempronius ea re audita, extẽplò dimisit classem, et ut cursum in Italiã teneret, imperauit. Pedestres uerò copias Tribunis militum dedit: præstituta die, qua

omnes

omnes simul conuenire Arimini deberent. Ea est ciuitas in litore Adriatici sita, ubi Eridani planities terminat, ad Meridiē spectans. Per hunc modū rebus ex omni parte motis, cum omnia accidisse præter spem atq; opinionē omniū uiderent, se quisq; ad futura omni studio præparabat. Iam propè in conspectu erant Annibalis, Scipionisq; exercitus, & dux uterq; adhortari suos pro conditione temporū nitebat. Annibal suos hoc quodā pacto adhortari conatus est, collecta multitudine captiuos montanos in medio uinctos constituit. Hi partim diutino labore uiæ squalidi & inculti erant, partim ducis opera macie supra modū confecti. Is enim, ut quod animo cōceperat, perficere melius posset, grauissimas eis compedes adhibuerat, tum fame propè ad extremū afflixerat: postremò detractis tunicis, cędi loro miserabiliter fecerat. Positis igit in medio captiuis, Gallica arma ante pedes eorū proiecit, qualia se induere Galli ci duces in singulari certamine cōsueuerunt. Addit equos, sagosq; multiplici arte profectos. Hinc captiuos rogat, qui eorū singulari certamine contendere inuicem uelint. uictori munera proponit: uicto, ut defunctus uita præsentium malorum liberetur angustijs. Cum omnes ad unum paratos se ad pugnā magna uoce proclamarent, Annibal deiici sortes facit: & duos quos sors tetigerat, armatos in pugnā iubet descendere. Id audiētes captiui, elleuatis quisq; in cœlum manibus, deos, ut se in id certamen legerent, precari. Deiectis igit sortibus, ij quos fortuna in id certamen legerat, incredibili efferri lętitia, cęteri mœsti, solicitiq; esse. Vbi uerò pugnatum erat, qui supererant ex captiuis, nō minus morientis, quàm uictoris fortunā laudabant: ut qui multis eum maximis atq; miserijs, quibus ipsi adhuc uiuentes premebant, liberatū esse intelligebant. Idē habitus animorū inter Carthaginenses erat. Facta namq; comparatione inter uiuentium adhuc calamitatem, eosq; qui alacriter dimicando bene occiderant, horum quidē miserabantur, illorum uerò fortunam præcipuè probabant. Cum igitur dux Carthaginensiū Annibal, eiusmodi spectaculo affectos multitudinis animos intellexisset, confestim concionē ingressus. Id circo se inquit captiuorum eiusmodi spectaculū in prędentia præbuisse, ut alienæ sortis exemplo admoniti, rebus ipsi suis melius consulerent: simile nāq; ipsis certamē, similia tempora fortunā attulisse, præmia etiā similia proposita. Necesse enim uel uincere Carthaginenses, uel mori, uel uiuos in potestatē hostium uenire. Si uincerent, non equū, aut sagū præmia habituros, sed omniū mortalium beatissimos futuros esse, fœlicitatē Romanorum adeptos. Si uerò inter certandum fortiter mortem oppeterent, omniū eos malorum expertes optima spe uitā terminaturos. Quod si uicti cupiditate, fortasis diuturnioris uitæ fugæ se cōmitterent, uel alio modo uiuendū sibi statuerent, omne genus miseriæ et calamitatis experturos. Neminē esse adeò rationis inopē, qui, si longitudinē emensi itineris, si multitudinem commissorū inuia prælioru reuocet in memoriam, tot præterea uiarū anfractus, tot fluminū insuperabiles meatus contempleī, speret se aliquo modo, si fugā arripiat, incolumē in patriā reuerti posse. Quā ob rem oportere eos omni spe fugæ abscissa, quē animū in alienæ sortis exemplo paulo antè habuerant, eundē mox in rebus suis retinere. Nam quemadmodū illic et uictoris et morientis fortunā laudabant, superstitū uerò conditionē putabāt miserrimā: ita de se ipsis iudicari, censeant oportere. Omnes igit magno fortiq; animo certamen debere ingredi, ueluti præclarissimā uictoriā adepturos: aut, si id infesta Carthaginensiū rebus fortuna neget, in acie fortiter morituros. Victis spem ullā salutis repositam haud quaquam putandū esse. Si eo animo in prælio descenderint, proculdubio & uictoriā & salutē cōsecuturos: quippe neminē unquā ea mente, uel sponte, uel impulsum necessitate pugnasse, quin uictoriā ab hostibus reportarit. Id uerò tum maximè facile factu fore, cum hæc ipsa hostibus contraria eueniunt, uti nunc Romanis accidit. Etenim quando fugientibus plurimis manifesta salutis spes in fuga constituta est, ut qui domū in promptu habeant ad quam fugiant, manifestum est tales, quando animis concidunt, nihil audere fortiter & constanter.

His

fecerat, ducit, ut sine tumultu atq; periculo traiiceret copias. Nam cum cerne ret campos, qui circa Padum sunt, patentes latosq; esse, Pœnum longè equi tatu meliorem: seuerò uulnere, quod acceperat, grauatum, tutius fore existi mauit, si exercitum omnem, antequam hostis insequeretur, traduceret. Anni bal autem aliquandiu pugnare Romanos cum pedestribus copijs putabat. Vbi uerò eos relictis castris ad ripam Padi, ubi pontem parauerat, fugisse a nimaduertit, haud segniter insecutus est. Extrema pontis iam resoluta erant, custodes uerò loci adhuc in ripa morabantur. His numero circitèr sexcentis extemplò captis, Annibal cum reliquam multitudinem longius processisse intelligeret, ex altera parte ad ripam fluuij expeditionem mouet, maturè per quirens locum, qui faciendo ponti aptus uideretur: quo uix post biduũ com perto, iungendo ratem flumini pontem facit. Tum traiciẽdi exercitus curam Asdrubali tradit. Ipse interea dat operam audiendis Gallorum legationibus, quæ uariæ è locis propinquis ad eum confluxerant. Quippe simul ac uulgari fama cœpit, fusos à Carthaginensibus Romanos, propinqui omnes Galli, si cuti ab initio statuerant, iungere se Annibali, subsidiaq; ferre, ac simul milita re maturabant. Quos Pœnus humanè amplexus, traiectis omnibus copijs per ripam fluminis, diuerso quàm antea itinere procedit, sperans se per hunc modum facilius iungi cum hostibus posse. Scipio Placentiam (ea erat Roma norũ colonia) traductis copijs, simul curandis suo ac uulneratorũ corporib. intendere: simul quo loco traduci exercitus posset, cogitare, & quiescere. An nibal tertio postquam Padum traiecerat die, à Placentia in cõspectu hostium directa acie, potestatem pugnandi fecit. Cum uerò nemo ad repugnandum progrederetur, spacium quinquaginta stadiorum inter utrunq; exercitũ na ctus, castra locat. Auxiliares Galli, qui cum Scipione erant, potiores Carthaginensium spes cernentes, statuto inter se tempore defectionis consilium in eunt: & nocte intempesta, cum omnes sopore detentos animaduertissent, in suisq; tentorijs armati, ubi præstitutum tempus aduenit, exeunt, obuiosq; si bi Romanos magna ex parte cædunt, reliquos obtruncant: ad extremum cæ sorum ceruicibus abscisis, Carthaginenses adeunt, numero ad duo millia pe ditum, equites ferè ducenti. Quos Annibal benignè susceptos, & spe ingen tium donorum accensos, in suas quemq; ciuitates dimisit, quò res hactenus gestas indicarent, suosq; ad societatem cum Carthaginensibus ineundã hor tarentur. Videbat enim iam penè omnibus necessariò fore defectionem, tan to à suis ciuibus facinore in Romanos patrato. Ad hęc & Boiorum legati ad uenerant, dedentes Annibali triumuiros, quos à Romanis ad diuidendos a gros missos, ab his per scelus captos suprà memorauimus. Annibal eorum be neuolentia laudata, dat simul, accipitq; societatis atq; amicitiæ fidem: triumui ros ipsis restituit, ut per eos, sicuti statuerant, suos recipere obsides ualerent. Scipio non tam proditione supradictorum Gallorum, ac militum suorum cę de turbatus, quàm quòd ex eo defectionem totius Gallicæ gentis iamdiu po pulo Romano infensæ secuturam augurabatur, consulendum rebus suis op portunè iudicauit. Igitur quarta uigilia insequentis noctis tacito agmine ad Trebiam amnem, eminentioresq; eo in loco colles castra mouet, fretus cùm loci situ, tum frequentibus circa fluuium habitantibus socijs. Annibal cogni ta hostium fuga, primò Numidas, deinde etiam equitatum omnem insequi iubet. Nec lõgè pòst ipse cum reliquis copijs sequitur. Numidæ in uacua Ro mana castra statim diuertentes, cuncta igni absumunt: quæ res non parũ Ro manis profuit. Nam si continuè dimissis castris, secuti nouissimum agmẽ fu issent, magna Romani exercitus clades erat futura. Nunc, dum incendendis castris tempus terunt, milites magna ex parte Trebiam incolumes transgres si: pauci uerò qui in postremo agmine fuerant, intercepti à Carthaginẽsibus, partim cæsi sunt, partim uiui in potestatem hostium uenere. Scipio propin quos flumini colles, quòd statiuis tutissimi uidebantur, delegit: quibus uallo fossaq; diligenter munitis, anxiè collegam ex Sicilia cum copijs expectabat:

& uulneri quo maiori studio poterat, medebatur, ut imminenti prælio rerum gerendarum particeps fieri posset. Annibal prope castra hostiũ ad quinq; mil lia passuũ consedit, uicinis Gallis abũdè non solùm commeatũ, uerùm etiam cætera necessaria subministrantibus, & pericula quæ cunq; cum Carthaginen sib. subire paratis. Iam fama profligati Romani exercitus peruenerat Romã. Quod quanquã præter spem omniũ acciderat, ob id tamen haud minori spe esse populus uidebatur. Dissimulabãtq; equites Romanos non tam uiribus à Carthaginensibus uictos, quàm uel temeritate ducis, uel Gallorum, qui ad Annibalem transfugerant, proditione. Denicq; integris pedestribus copijs, spes quoq; suas de rebus omnibus integras esse rebãtur. Quamobrẽ reuerso in Italiam T. Sempronio, ac per urbem Romã transeunte, omnes eum palàm ad suscipiendum cum Carthaginensibus prælium hortati fuere. Sempronius Ariminum profectus, copias omnes, quæ ibi, uti fuerat iussum, ex Sicilia con uenerant, accipit. Inde facto ad Trebiam itinere, cum collega coniungitur. Hic exercitũ longo labore itineris fessum, ut qui è Lilybæo quadraginta con tinuis diebus pedestri itinere Ariminum peruenerat, reficit, necessaria ad prę lium capessendum omni studio parat. Ipse anxiè Scipioni assistit, discendo quæ hactenus acta essent, quid postea agendum foret, consulendo. Per idem tempus Annibal Clastidium oppidum, quò magnum frumenti numerũ con
βεγγιστῳ gesserant Romani, per insidias capit, * Brũdulino præfecto præsidij pecunia corrupto. Vbi militibus, qui præsidio præerant, frumentoq; omni potitus, hoc quidem in præsentem necessitatem utitur, illos uerò secum incolumes ducit: ut fama clementiæ uulgata, cæteri se in posterum liberius Carthaginen sibus dederent. Proditorem quoq; summis honoribus affecit. Post hæc cum comperisset Gallos, qui id quod inter Trebiam Padumq; agri est, incolebãt, secum societate iunctos, missis ad duces Romanorum legatis, ab his quoque amicitiam petisse, ut in duorum potentum populorum certamine per ambi guum fauorem utriusque gratiam sibi conciliarent: ira simul atque indigna tione percitus, duo millia peditum, & circiter mille equites Numidas, Gal losq; inter se mistos, grassari per eorum agrum populabundos iubet. Qui bus peractis, ingentiq; abacta præda, Galli euestigio missis ad consules lega tis, orant auxilium. Sempronius, qui iamdiu causam conferendi prælij dari si bi cupiebat, eam tunc occasionem nactus, magnam partem equitatus sui, mil le peditum iaculatoribus admistis, trans Trebiam mittit. Hi Gallos incompo sitos inopinatosq; adorti (quippe de diuisione prædæ ortum inter eos certa men erat) ingentem terrorem, cædemq;, ac fugam usque ad castra hostium fe cere: unde effusa confestim eorum qui castris præerant, multitudine, & instau ratis Gallorum uiribus, dare terga coacti, reuertebantur in castra. Quod cer nens Sempronius, equitatu omni, ac iaculatoribus in subsidium suorum e missis, & rursus cedere Gallos, & in tutum se recipere coegit. Annibal, quo niam ad iustam dimicationem imparatus adhuc erat, non sine maturiori con silio descendendum in prælium arbitrabatur, nec quauis occasione uniuersa lem committendum esse conflictum. Quamobrem pru dentissimi ducis offi cio functus, receptui canere iussit, suosq; in præsentia intra uallum continuit, ac per ministros & buccinatores, ne hostes insequerentur, uel cum illis confli gerent, cohibuit. Romani quoque aliquandiu nequicquam lacessitis hosti bus, in castra rediere, paucis ex suis amissis, Carthaginensium uerò quamplu rimis trucidatis. At Sempronius re prosperè gesta hilaris, atq; elatus animo, de summa totius rei simul decernere cupiebat, occasione maximè uertendæ in se unum gloriæ, dum æger collega erat. Igitur consilium suum Scipioni a perit. Illi nondum agendæ rei tempus uidebatur: uerùm differendum cense bat esse prælium, ut nouus Romanus miles interea exercitatior fieret: ut Gal li protractis longius rebus, ut est gens leuis atque infida, à Carthaginensibus deficerent: denique ut ipse, quem modò uulnus inutilem faciebat, interesse possit. Sempronius, etsi uera loqui Scipionem intelligebat, tamen ambitione stimulatus,

ſtimulatus, ne uel ille intereſſet, uel bellum in nouos conſules (erat enim comitiorum tempus) differretur, non gerendæ rei, ſed ipſius propoſito commodum tempus eligens, ſpe ſua fraudandus eligit, ac omnino ſolus committere prælium decreuit. Annibal (erat enim eiuſdem, cuius Scipio, ſententiæ) intentus ſollicitusq́, occaſionem prælij quærebat, dum fides Gallorum integra foret, dum tyro hoſtium miles, dum melior ex ducibus uulnere inutilis, dum ſuus exercitus ad res gerendas recens: nihil tantopere ueritus, quàm ne pugnam detrectantibus hoſtibus, tempus terere cogeretur. Nec iniuria. nam ducenti per alienam patriam exercitum, & magnas res molieti, unus modus ſalutis erat, ſocios in fide retinere. Cum igitur Sempronij deſiderium animad uerteret, auidè ſe ad pugnam parabat. Erat in medio duorum exercituum locus quidam planus atq́ campeſtris, ſed ad ſtruendas inſidias aptiſsimus. Habebat enim præaltum riuum utrinque clauſum ripis, & circà uirgultis uepribusq́ obſitum. Eum cum primùm circumuectus Annibal oculis perluſtrauit, tendere hoſti inſidias ſtatuit. Enimuero Romani ſyluas ob frequentes in ijs regionibus Gallorum inſidias ſuſpectas habebant, campeſtribus tantùm atq́ apertis locis freti. ignorabant ſanè, planiciem ad tegendos tutandosq́ inſidiatores interdum ſyluis opportuniorem eſſe. Siquidem & de longe proſpicere aduenientes hoſtes licet, & latebras interim neceſſarias habet. Nam & inuentus riuus cum breuibus ripis, & calami, & herbæ paluſtres, & uepres, aliaq́ huiuſmodi multa non ſolùm peditem tegere, uerùm etiam equitem ſæpenumero poſſunt, ſi quis fulgentia magis arma parumper ſupina ponat, & galeas, aut in ijs eminentes criſtas capiti detractas contegat. Annibal igitur communicata re de futuro prælio cum Magone fratre, & conſiliarijs, & cunctis conſentientibus, dum cœnaret exercitus, uocari ad ſe facit Magonem fratrem, ſingulari uirtute atq́ audacia iuuenem, & ab ineunte æuo in rebus bellicis educatum. Huic addit equites centum, & totidem pedites, ex omni exercitu electos. Quos ſimulac refecti cœna eſſent, ad tẽtorium uocatos pro tempore hortatur, & quid facere eos uelit, oſtendit. Iubet præterea, ut ſinguli nouenos ſibi ex turmis manipuliſq́ ſimiles ſui eligant, & ad certum locum caſtrorum omnes conueniant. Hi ſedulò mandata ducis peregere. Ita Mago cum mille equitibus, ac totidem peditibus, accepto itineris duce, & ab Annibale quid agendum foret, edoctus, ad inſidiarum locum peruenit. Annibal prima luce Numidas equites, laboris apprimè patientes, uocari ad ſe iubet: quos pro tempore adhortatus, oblatisq́, ſi fortiter feciſſent, muneribus, conſilium aperit. Tranigreſſos Trebiam flumen, obequitare iubet hoſtium portis, iaculãdoq́ laceſſere ad pugnam hoſtem, cupiens eum imparatum improuidumq́, & quod plurimi faciebat, nondum pranſum aggredi. Cæteris deinde ducib. ſimiliter ad prælij euocatis præceptũ, ut prãdere omnes ſuos iuberent, armisq́ atq́ equis inſtructos prælij ſignum expectare. Sempronius ſimulac appropinquare boſtes aſpexit, primùm omnem equitatũ, deinde ſex millia iaculatorum, poſtremò omnes copias in hoſtẽ eduxit, ueluti de omni reuno tempore certaturus: ut qui & multitudine copiarum, & pridie initi certaminis fœlici exitu fretus, uictoriam ſperabat Romanorũ fore. Erat tum fortè brumæ tempus, & niualis ac præfrigidus dies. Ad hæc tumultuariè eductis militibus, atq́ equis, nullo captato antè cibo, parum caloris inerat. Itaq́ milites Romani, qui principiò prompti atq́ alacres erant, ubi flumen ingreſſi, ob auctam nocturno bymbri aquã pectoribus tenus madidi exiuere, uſqueadeò rigore primò, deinde procedente iam die fame affligi cœperunt, ut uix tenendorum armorum potentia militibus foret. Carthaginenſes interim ignibus ante tentoria factis uncti, ciboq́ per ociũ refecti, inſtructos, paratosq́ equos habentes, mandatum ducis expectabant. Annibal uerò ad omnia intẽtus & peruigil, ubi tranſgreſſos flumen reſpexit hoſtes, locatis ante ſigna balearibus, ac leuis armaturæ militibus, numero fermè octo millibus, copias in aciẽ educit: prægreſſusq́ à caſtris circiter mille paſſus, pedites, qui numero ad ui-

ginti millia inter Hispanos atq; Aphros mixtis Gallis erant, in cornibus circunfundit, equites etiam in utrunq; cornu distribuit. Ii cum socijs, quos propinquæ Galliæ ciuitates miserant, ultra decem millia erant. Hinc elephanti à cornibus in utranq; partem constituti. Tum Sempronius signo receptui dato, equites reuocat: ne incautè persequentes, à resistentibus subitò Numidis exciperentur. Est enim hic Numidarum mos, ut primo statim congressu dantes terga passim fugiant: mox uerò, ubi uisum fuerit, sistant rursus, hostemq; incredibili audacia ac robore aggrediantur. Hinc pedites secundum Romanorum morem disponit. Hi ex Romanis quidem circiter sedecim millia, ex socijs uerò Latini nominis ad uiginti millia erãt. Quippe perfectus apud eos numerus copiarũ, ubi de summa rerum agebatur, conueniebantq; simul duo consules, ex tot millibus constabat. Post hęc ad quatuor millia equitum in utroq; ponit cornu. His ita dispositis, in hostem graui ac penè immota acie ferebatur. Iam uerò cum uicini inuicem essent exercitus, leuis armaturæ milites inierant prælium. Quo facto, extemplò Romani multis modis premi cœpere, Carthaginensibus uerò omnia secunda prosperaq; succedere. Quippe peditibus Romanis ieiuna fessaq; corpora, & rigentia gelu torpebant, præterea multitudine iaculorum à Numidis coniecta obruebantur: ipsi uerò propter continuationem humidi aeris, iacula tanquam inutilia abiecerant. Id equites quoq; cum uniuerso exercitu patiebantur. Contrà Carthaginenses integris uiribus, ut qui paulo antè curatis corporibus recentes nouiq; erant, incredibili robore pugnæ insistebant. Itaq; cum primùm facto interuallo, grauioris armaturæ milites concurrere inuicem cœpere, Carthaginensium equites ex utroq; cornu ruentes, fundunt passim, prosternuntq; hostem. Nam & numero equitum inferior Romanus erat, & uires militibus ob laborem inediamq; defecerant. Iamq; uersis in fugam equitibus, pedites animis magis quàm uiribus pares resistebant. Cum Numidæ, quarum latebras improuida præterlata acies erat, exorti à tergo, ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen tot undiq; circunstantibus malis, immota aliquandiu acies mansit. Tandem uerò, cum utrunq; cornu premeretur, à fronte quidem ab elephantis, in orbem uerò à leuis armaturæ militibus, uerterunt se in fugam, ad propinquũ flumen directo cursu. Quo facto, Romani qui in medio pugnabant, ut fusa auxilia sua uiderunt, partim ab ijs qui in latebris fuerant, circumuenti, cæsi, profligatiq; sunt: alij media Gallorum acie, ubi Afri quoq; permulti erant, cum ingenti cæde hostium perrupere: & cum neq; suis subsidium ferre, neq; in castra reuerti possent, cùm multitudine hostilium equitũ, tum fluminis atq; hymbris magnitudine impediti, Placentiam conferto agmine contenderunt, numero ad decem millia hominum: reliqui magna ex parte circa flumen ab elephantis equitibusq; oppressi. Pauci ex peditibus equitibusq;, qui passim fugiendo sparsi per agros erant, uestigia agminis secuti, Placentiam perrexere. Pœni usq; ad flumen Trebiam hostes persecuti, cum magnitudine hymbriũ progredi ulterius nequirent, in castra rediere, uictoria quidem læti, quòd pauci ex Afris Hispanisq;, plurimi ex Gallis perierant: sed usq; adeò hymbre & intolerabili ui frigoris afflicti, ut elepbanti omnes, uno excepto, iumenta magna ex parte, hominum quoq; atque equorum ingens numerus perierit. His peractis, Sempronius tegere apud populum Romanũ tantam cladem cupiens, misit Romam, qui nunciarent, uictoriam sibi è manibus hymbrium magnitudinẽ sustulisse. Id statim Romani credidere. Interiectis uerò diebus, ubi compertum est, occupari à Carthaginensibus suorum castra, Gallosq; omnes ad eos defecisse, Romanis copias, quòd non satis tutæ in castris uiderentur, mœnibus contineri, commeatumq; per Padum ex mari quærere, tantus terror, tantaq; admiratio inuasit animos, ut iam ad urbem Romam uictorẽ Pœnum crederent uenturum. Igitur parare nouas copias, auxilia in Siciliam ac Sardiniam mittere, Tarentum & cætera Italiæ oppida munire, quinquaginta quinqueremium classem ædificare, omni deniq; studio ad bellum intenti esse. Per id tempus

id tempus Cn. Seruilius, & C. Flaminius consules creati, nouo delectu habito, excitisq; sociorum auxilijs, alter Ariminum, alter in Tusciam conuenire suos iubet. In his locis, in Galliam decreuerant copias traducere. Præter hæc legati ad Hieronem, qui præsidium peterent, missi. Hiero quingentos Cretenses, & mille scutatos ad eos misit. Tum quicquid Romanorum uirium erat, aduersus Annibalem parabatur. Nec publicè tantùm, sed priuatim quoq; terror omnium animos occuparat. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Cornelius, quem à fratre cum classe in Gallia relictũ suprà memorauimus, ab ostio Rhodani profectus, Emporijs appulit: orsusq; inde usq; ad Iberum flumen, maritimam omnem oram expugnationibus repugnantium partim renouandis societatibus, partim nouis instituẽdis, ditionis populi Romani fecit. Post hæc maritimis rebus compositis, & ubi erat necessarium, relicto præsidio, ad mediterranea loca ducit exercitum. Iam enim multas auxiliotũ cohortes ex Hispania contraxerat. Vrbes igitur partim deditione, partim uiribus capit. Quæ intuens Hanno, quem Annibal ad eius regionis præsidium reliquerat, obuiam eundum hostibus ratus, castra in conspectu hostium posuit, iuxta oppidum, quod Ciſſam incolæ uocant. Nec Cn. Cornelio differendum certamen uisum. Quamobrem uictoria potitus, castrisq; hostium captis, ingentem pecuniam cepit. Qui enim cum Annibale in Italia militabant, suas res omnes, ne grauia impedimenta ferentibus essent, apud hos reliquerant. Dehinc omnes intra Iberum habitantes, socios atq; amicos facit. Duces duo, alter Carthaginensium Hanno, alter Hispanorum Andubal, uiui capti. Andubal mediterraneæ regionis eius tyrannus erat, semper tamen cum Carthaginensibus sentiens. Hac re comperta, Asdrubal Iberum transgressus, exercitum aduersus Romanos mouit. Eunti nunciatur, milites nauales q; socios insolentia adeptæ uictoriæ securos & negligentes, per agros spartim uagari. Quamobrem cum octo millibus peditum, & mille equitibus citato gradu eò profectus, magnam partem eorum cecidit, reliquos recipere se ad naues compulit. Nec diutius his locis permanere ausus, trans Iberum rediit. Hic diligenter dispositis, ubi opus erat, præsidijs, Carthagini nouæ in hybernis mansit. Cn. Cornelius hoc nuncio accepto, raptim facto agmine, classem petit: in eos qui causa cladis fuerant, iuxta morem patrium animaduertit. Dehinc pedestribus naualibusq; copijs coactis, Tarrhaconem in hyberna proficiscitur. Illic diuisa inter milites præda, omnium beneuolentiam sibi conciliat, & ad res futuras promptiores reddit. Hic erat rerum Hispanarum status. Ineunte uere Flaminius cum exercitu in Tusciam profectus, paucis diebus Aretium peruenit. Seruilius uerò copijs Ariminum traductis, motum bostilis exercitus operiebatur. Annibal cum in Gallia hyemaret, Romanos captiuos uinculis custoditos tenebat, uix præbens necessaria ad uictum. Socios autem Romanorum, quos captiuos habebat, primò quidem tractauit humanè: pòst uerò in concionem uocatos, pluribus uerbis hortatus est, uenisse se, inquiens, non ut bellum Gallis inferret, sed ut cum Romanis pro libertate eorum pugnaret: quamobrem debere eos, si sapiant, amicitiam ac societatẽ cum Carthaginensibus inire. Adesse se, ut in libertatem Italiæ populos uindicet: ut ijs qui per iniuriam à Romanis domo pulsi essent, patriam ciuitatesq; restituat. His atque alijs huiusmodi dictis, omnes sine precio dimittit, cupiens per hunc modum simul Italiæ populos sibi conciliare, simul alienos à populo Romano facere: tum si qui oppidis aut portibus priuati à Romanis fuerant, contra eos irritare. Verùm enimuerò dum in hybernis ageret, insidijs sæpenumero à Gallis petitus, eadem leuitate qua consenserant, crimen indicantibus, Punico ingenio se defenderat, crines diuersarum ætatum artificioſe compositos, ac laruatos parari iussit. His assiduè mutatis, uarijs etiam uestib. laruatis, crinibus conuenientibus utebatur: adeò ut non solùm his qui rarò eum uiderãt, sed etiam familiaribus ignotus esset. Ita demũ omnibus, quem pro Annibale peterent, ignaris, tutus erat. Ad hęc ægrè ferentibus Gallis, terras suas sedem belli esse,

ob idq; uti exercitus in alienum agrum transferretur, cupidos se certaminis ostendentibus, maturius mouendum ex hybernis, & simul exercitibus copiam belli, quam expetebant, facere iudicauit. Iam uer appetebat, cum uocatis qui docti itinerum erant, uias quæ in agrum hostilem tenderent, perquirit. Cum cæteras & longas, & notas hostibus intellexisset, unam, quæ per paludes in Tusciam duceret, tametsi difficilem, perbreuē tamen cognouit esse, & qua haud opinantibus hostibus traduci exercitus posset. Cum fama in exercitu sparsisset, quòd per iter paluſtre ducēdi essent, cuncti ad id itineris perficiendum timidi reddebātur, ueriti loca profunda & paluſtria. Hanc tamen uiam cum omnibus copijs ingressus, Hispanos & Aphros, & quicquid robustioris exercitus erat, primos ire iussit, admixtis ipsorum impedimentis, ne alicubi consistere coactis necessaria ad usus deessent. Nam post id tempus nulla omnino impedimenta ducere statuerat, quòd intelligeret, Carthaginensibus, si uincerentur, omnia superuacua fore: si uerò campos obtinerent, nihil prorsus defuturum. Post eos collocauit Gallos: nouissimo loco equites posuit, quibus præfecit Magonem fratrem, ob id maximè, ut Gallos, si tædio laboris, ut sunt molles & effœminati, referrent gradum, præsidio equitum cohiberent. Hispani igitur atque Aphri per integras paludis uoragines pręeuntes, mediocri labore loci iniquitatem superabant, homines iamdudum huiuscemodi malis assueti. Galli uerò neque sustinere se prolapsi, neque ex uoraginibus assurgere poterant. Dolorem laborum inexperientia maiorem faciebat; referre gradum insequentes equites prohibebant, omnesq; ita anxij & solliciti fatigata ægrè trahebant corpora. Mœrorem uigiliæ augebant, per quatriduum iam & tres noctes toleratæ. Sed inter cæteros Galli maximè angebantur. Iumenta eorum passim per argillam prostrata, magna ex parte defecere: unum duntaxat fessis militibus usum præbentes, quòd ijs farcinisq; extarent aqua superincumbentes, per exiguam noctis partem necessarium quieti locum dabant. Equi plerique ob continuatum per argillā iter, ungues amisere. Ipse Annibal elephanto, qui unus superfuerat, quòd altius ab aqua extaret, uectus, ægrè tamen emergebat paludes, præsertim morbo oculorum, quem ex intemperie aeris cōtraxerat, non parum grauante. Ex quo tandem, cum nec tempus, nec locus medendi foret, altero oculo captus est. Superatis ad extremum præter omnium opinionem paludibus, cum certum per explo ratores habuisset, Flaminium circa Aretij mœnia esse, castra ptopter ipsas paludes posuit, partim ut fessum tot laboribus exercitū reficeret, partim ut consilia & uires hostium, & regionis situm, & itinera scrutaretur. Postquam uerò compertum habuit, eam regionem in primis Italiæ fertilem esse, camposq; qui Fesulas inter atque Aretium iacent, frumento, & omni copia rerum opulentos: præterea consulem ferocem quidem, & popularem, sed rerum bellicarum inexpertem; & rebus suis nimis confidentem, cogitauit optimum fore, si à læua relicto hoste, Fesulas peteret, ac prędabundus per Hetrurię agros grassaretur, ratus consulem ob insitam ingenio eius conciliandæ apud uulgus gratiæ cupiditatem, haud passurum uastitatem per prouinciam fieri: & ut neminem bene gestæ rei socium haberet, neq; quam expectaturum collegam, sed ipsum suis uiribus dimicandi animo quacunque intrepidè secuturum. Quibus ex rebus optimas sibi ad capessendum prælium oblatum iri opportunitates præuidebat, prudenter sanè & callidè de rebus futuris ratiocinatus. Errat enim, si quis putat aliquod magis proprium optimi ducis officium esse, quàm consilia & naturam hostis intelligere. Nam quemadmodum in singulari certamine oportet locum, ubi aduersarium ferias, speculari, & quę para corporis nuda, quæ inermis sit, diligenter animaduertere: ita ubi de summa rerum agitur, inuestigandum est, non ubi nudæ sint corporis partes, sed ubi sit animus ducis aduersarij. Multi siquidem per ignauiam atque socordiam, non solùm communes actiones, sed etiam quæ ad priuatam uitam spectant, sæpe prætereunt. Alij uino dediti, nisi ebrij ac temulenti sint, somnum capere

Annibal monoculus factus.

non

non possunt. Nonnulli res uenereas præter modum sectantes, non modò ciuitates atque respublicas euertunt, uerùm etiam cum dedecore uitam amittunt. Ad hæc timiditas atque formido in priuatis quidem hominibus opprobrij ac turpitudinis plena, at in duce exercitus maximarum aliquando iacturarum causa est. Petulantia uerò, & temeritas, & iracundia, præterea etiam fastus atque iactantia, ut hostibus percommoda, ita suis exitio sunt. Facile enim huiusmodi homines ad omnes machinas atque insidias hostium patent. Quamobrem si quis inuestigatis aduersariorum uitijs, occasionem aliquam præstiterit, qua postmodum ducis hostium compos fieri ualeat, uestigio rerum potietur. Quemadmodum enim nauis, sublato gubernatore, facile in potestatem hostium uenit; eodem modo, si quis in bello rationibus atq; consilijs ducem è medio sustulerit, statim reliqui quoque exercitus compos fiet. Hæc igitur cum diligenter Annibal de consule Romano ratiocinatus foret, nequaquam opinione sua frustratus est. Quanta enim potuit celeritate, per Fesulanum agrum profectus, relicto post se hoste, campos Hetruriæ cædibus atque incendijs uastare cœpit. Quibus rebus accensus consul, simul contemni se ab hostibus putans, simul res sociorum in conspectu suo uastari, sibi dedecus ratus, nullum quietis locum capere poterat. Quocirca multis suadentibus, neque insequi Pœnum oportere, neque manus cum hostibus conserere, sed equitatum peditatumq; omnem integrum seruare, expectare collegam, ut coniunctis exercitibus, omnia communi consilio gererentur, nequaquam persuasus est, neque ad id quippiam respondit: sed tantummodo est hortatus, ut mentibus considerarent, quid populus Romanus diceret, intuens Pœnum per mediam iam Italiam uagari, & obsistente nullo, ad ipsa Romana mœnia contendere, ipsis post terga hostium in Tuscia dormitantibus. Hisce dictis, coactis repentè copijs, insequi hostem cœpit, nullam aut temporis aut loci rationem habens, sed duntaxat cõferendi prælij auidus, tanquam uictoria in manibus ipsius esset. Vsqueadeò enim spe bene gerendæ rei animos multitudinis accenderat, ut plures essent qui uincula & compedes, aliumque huiusmodi apparatum, quàm qui apta ad dimicandum ferrent arma. Annibal uersus urbem Romam cum exercitu profectus, quod agri est inter Cortonam urbem, Thrasimenumq; lacum, omni genere cladis animos hostium ad conflictum accendere uolens, peruastat. Simulac uerò insequi Flaminium cum exercitu intellexit, peropportuna esse ad prælium ea loca conspicatus, parare se ad conflictum cœpit. Est eo in loco latior atq; undique circunseptus campus, qui ab utroque latere per longum altis perpetuisq; cingitur collibus. In latum uerò ad interiorem partem collis assurgit asper atque difficilis: partem posteriorem alluit Thrasimenus lacus, inter quem & montes uia perangusta, per quam in ipsum campum patet ingressus. Occupatis igitur anterioribus collibus, in his castra locat, ubi ipse cum Afris modò atq; Hispanis considêret. Baleares, omnemq; leuem armaturam post colles circumducit. Equites cum Gallis in ipsis angustijs locat: ut simulac intrassent Romani, obiecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. His ita per noctem dispositis, Annibal quietem agit. Flaminius hostem summo studio insecutus, cum pridie prope solis occasum ad lacum peruenisset, postero die cum prima luce ducere per angustias exercitum cœpit. Erat hic dies, orta ex lacu proximisq; montibus nebula, caliginosus ualde, ac perobscurus. Annibal, ubi maiorem partem copiarum campos ingressam, & iam propinquantes sibi primos animaduertit, dat simul omnibus inuadêdi signum, & ad eos mittit, qui in insidijs erant, ut prorumperent. Quo facto undique, ut proximi quique erant, decurrerunt. Romani subito atque improuiso malo perterriti, densissima caligine impediente prospectum, hostibusq; ex pluribus locis eodem tempore concurrentibus, neque acies instruere, neque expedire arma, & uix quid ageretur, intelligere poterant, alijs à fronte, alijs à tergo, alijs ab utroque latere prorumpentibus. Quibus rebus factum est, ut multi

in ipsa profectionis specie, cum opem sibi inuicem ferre nequirent, instar pecudum trucidati fuerint, antè oppressi ab hostibus, quàm quid agendũ esset, consultum foret. Flaminius ipse in summa rerum desperatione à Gallis quibusdam circumuẽtus occiditur. Desiderata sunt in eo prælio quindecim millia hominum, qui magna ex parte immota acie ad extremum, ut Romani moris est, non fugere, sed in statione consistere, perstiterunt. Alij inter lacum & montana, rebus desperatis, angustia locorum concluſi, turpiter, imò miserè magis interimuntur. Etenim in lacum adacti, alij per desperationem, sic ut in armis erant, enatare conati, suffocantur in undis: alij quoaduscp potuerunt, in aquis progressi, ac se capitibus tenus aquæ immergentes, aliquandiu ita permansere. Tandem uerò ingressis aquam equitibus, cum uitã suppliciter eleuatis in cœlum manibus, precantes, non exaudirentur, uel trucidati sunt ab hostibus: uel ipsi se inuicem hortati, manus sibi adhibuere. Sex millia fermè primi agminis per medios hostes eruptione facta, etsi suppetias ferre suis, & circumuenire hostes poterant, ignari tamen omnium quæ post se agerentur, ac continuè aliquos se ex hostibus obuios habituros credentes, progrediuntur, donec inscij loca superiora occupassent. Cumcp in tumulo quodã constitissent, ac depulsa iam nebula stragem suorũ indicaret, omni spe salutis destituti, quòd omnia esse hostium conspicarentur, conuersi, in propinquũ uicum se recepere. Annibal confecto prælio, Maharbalẽ insequi eos iubet. Hic cum Hispanis, ac leuis armaturæ militibus profectus, uicũ obsidet. Romani cum extremis omnibus premerentur, tandem depositis armis, ac salute pacta, Pœno se dediderunt. Hæc fuit Romanorũ Carthaginensiumcp apud Thrasimenum lacum memorabilis pugna. His peractis, Annibal, uocatis quos Maharbal in deditionẽ acceperat, cæterisch captiuis, qui numero supra quindecim millia erant, primò non potuisse Maharbalem, inquit, se inconsulto salutẽ paciscentibus polliceri: deinde grauiter in Romanos inuectus, eorum captiuos omnes inter milites diligenter in uinculis asseruandos distribuit, socijs illorũ omnibus sine precio dimissis: uenisse se, inquiẽs, sicuti in Gallia dixerat, non ut populis Latini nominis, sed ut pro eorum libertate Romanis bellũ inferret. Post hæc milites corpora curare, & cadauera interfectorũ de ipsius exercitu, qui clariores fuerant, mandare sepulturæ iubet. Hæc circiter triginta erãt. Nam ex uniuerso exercitu duntaxat mille & quingenti, atcp hi magna ex parte Galli, ceciderant. Ipse interea cum fratre atcp amicis de rebus gerendis consultat, uscpadeò elatis præsenti uictoria animis, ut nihil iam Carthaginensib. difficile factu fore uideretur. Iam nuncius tantæ cladis peruenerat Romã. patres occultare illã diutius, aut extenuare apud populũ ob magnitudinem facinoris non poterant: sed aduocata in curiã plebe, dicere quicquid esset, cogebantur. Cum primũ igitur prętor è rostris, Pugna, inquit, magna uicti sumus: tantus terror ac tumultus ortus est, ut qui in utrocp loco fuerunt, maiorẽ dixerint hoc tẽpore Romæ, quàm paulo antè in prælio, fuisse consternationẽ animorum. Necp id quidẽ dissimile ueri est. Nam qui lõgo iam tempore non solùm non re, sed ne uerbo quidẽ insignem aliquã cladem experti fuerant, moderatè ferre tantam iacturam non poterant. Senatus tamen, ut par erat, dignitatem seruauit, consultando de rebus futuris, quonam duce, aut quibus copijs resistendum Carthaginensibus foret. Dum hæc quæ suprà memorauimus, in Tuscia gerebantur, Seruilius cõsul, cognito Annibalis in Hetruriam transitu, iungere se cum copijs collegæ decreuerat. Sed quia difficile erat, tantam hominum multitudinem simul traducere, Cn. Centroniũ proprætorem cum quatuor millibus equitum præmisit: ut si ante aduentum eius aliqua necessitas urgeret, mandatis collegę præstò esset. Annibal iam uictoria potitus, cognito per exploratores hostium aduentu, Maharbalem cum expeditis & parte equitum procedere obuiam iubet. Hi simulac ad eos peruenere, primo statim congressu maiorem partem occiderunt: reliqui fuga in proximum collẽ recepti, postridie uiui in potestatẽ hostis peruenere. Hac clade triduo post

primam

primam Romæ nunciata, mœstis adhuc cunctorum animis, usqueadeò iam non populus modò, uerùm etiam senatus afflictus est, ut tota ciuitas ueluti quædã imago luctus uideretur. Quapropter dimissis annuis magistratibus, ad creationem dictatoris confugerunt: quod temporis ac præsentium rerum conditio imperatorẽ, cui amplissima potestas esset, requirere uidebatur. Annibal rebus fœliciter gestis, elatus animo, nondum tamen adeundi Romam adesse tempus putabat. Quocirca passim uastata ferro igniq; prouincia, per Vmbriam & Picenum profectus, decimo die peruenit in propinquã Adriatico mari regionem, adeò omni genere prædæ refertus, ut neq; uehendo, neque ferendo oneri exercitus sufficeret: in itinere uerò ingentem hominũ multitudinem interfecit. Iusserat enim militibus per præconẽ, ut obuium quemq; idoneæ ad res bellicas ætatis, non secus atque in expugnatis ciuitatibus fecerant, obtruncarent. Tantum enim aduersus Romanos genitum erat odium, ut nullo genere crudelitatis abstineret. Nactus igitur locum in littore Adriatici maris, omnis generis frugum copia abundantem, ibi per aliquot dies statiua habuit, omni studio intentus, ut militum corpora reficeret, curaretq;, nec minus etiam equorum. Nam & ex frigore, quod in Gallia per hyemem sub dio contraxerãt, & ex assiduis laboribus, quos proximè in transeundis paludibus durauerant, diuturno præterea situ ac squalore armorum, in morbum, ac ueluti scabiem quandam & equi & homines inciderant. Interea etiam Afros militaribus armis iuxta Romanorũ consuetudinem instruit, quorum copiam ex tot hostium spolijs maximam adeptus erat. Misit præterea mari Carthaginem, qui res fœliciter gestas populo nunciaret. Nam tum primũ post ingressum Italiæ littus attigerat. Hoc nuncio Carthaginenses lætitia affecti, ardentiori studio Italicis Hispanisq; rebus incubuere. Romani dictatorẽ crearunt Q. Fabium, singulari uirtute ac prudentia uirum, qui ob res egregiè gestas, Maximi cognomentũ adeptus est, & usq; in hunc diem in familia eius durat. Dictator autem eo differt à consule, quòd consulem duodecim secures præcedunt, dictatorem uerò quatuor & uiginti. Præterea illos necesse est multa referre ad senatũ: at huius est summum liberumq; imperium, sub quo mox cæteri magistratus cessant, exceptis tribunis. Sed de his aliàs latius. Dictatori quoq; addiderũt M. Minutiũ Ruffum, magistrum equitum, qui magistratus imperio dictatoris subiectus est, tenetq; in exercitu eius locum, si quãdo abesse illum necessitas reipublicæ cogit. Annibal breuibus itineribus per littus Adriatici motis castris, opulenta ac fertili prouincia exercitum alebat, ueteribus uinis, quorum permagna est copia, pedes equorum abluens, quò facilius scabie liberarentur. Ex militibus quoq; si qui uulnerati erant, curari diligenter iubebat: cæteros instaurari uiribus, parariq; ad res futuras. Hinc per Brutianum atq; Adrianum agrum profectus, Marsos, Marrucinos, & Pelignos deuastat. Præterea & Iapygiam uersus incedit, quæ tribus appellationibus diuiditur, & primùm Daunia, deinde Messapia uocatur. Dauniam primùm inuadit, initiumq; uastationis facit à Luceria Romanorum colonia. Deinde castris circa Ibonium locatis, Argypanam ac Dauniam uniuersam populatur. Per id tempus Q. Fabius magistratu inito, peractisq; ritè sacrificijs, cum magistro equitum, & quatuor ex tempore conscriptis legionibus urbe proficiscitur: nec multis interiectis diebus in Apuliam peruenit, ubi accepto à Cn. Seruilio consule, qui eò ex Arimino uenerat, exercitu, ipsum Romam cum præsidio remisit, iussum, ut parata Ostiæ classe, si quid interim Carthaginẽses mari tentarent, littora Italiæ ab hostibus tutaretur. Ipse cum omnibus copijs profectus, castra circa Aegas, quinquaginta stadiorum interstitio relicto, posuit. Annibal cognito dictatoris aduentu, nulla mora facta, educit in aciem exercitum, copiam' que pugnandi hostibus facit. Sed ubi aliquantum commoratus, neminem prodire in certamen uidet, in castra reuertitur. Enimuero ab initio Fabius statuerat, haud tentare fortunam belli, neque manus cum hostibus conserere: id tantummodo salutiferum populo Romano ratus,

si oppida

si oppida ab hostium uiribus tueretur. Et in hac sententia constanter perman sit. Ex quo principiò quidem imbellis ac formidolosi hominis nomen habere cœpit, ut qui ignauia atq; socordia prælium detrectare uideretur. Interiectis uerò temporibus, coegit omnes fateri, neminem potuisse uel constantiorem, uel sapientiorem rebus gerendis imperatorem præfici: quod non longè pòst res ipsæ ostendêre. Intelligebat profectò prudentissimus dictator, quantum inter Carthaginensium ac Romanorum exercitus interesset, cum illi ab ineunte ætate continuè in rebus bellicis alti educatiq; essent, & ducem haberent unà cum ipsis in castris ac sub diuo nutritum, ac rem militarem à teneris annis edoctum. Præterea tot præliorum in Hispania uictores fuissent, in Italia aduersus Romanos sociosq; bis hostium potiti essent: & quod maius momentũ habebat in tanta rerũ extremitate, nullã nisi in uictoria repositã spẽ haberent, Romanis uerò contrà hęc omnia acciderent. Igitur abstinendum omnino prælio Numidarum decreuerat, atque in proposito perseuerandum. Id erat, ut exercitus populi Romani & multitudine hominum, & copia commeatuum assiduè refertus esset. Quapropter per loca alta cõtinuè agmen ducere, exercitum hostium paruo intervallo quacunq; iret sequi, opportunos semper colles pręoccupare, neque relinquere unquam hostes, neque copiam pugnandi facere, cõmeatum abundè pòst se habere: milites ne semel quidem permittere ab exercitu diuidi, sed confertos semper conglobatosq; tenere. Per hunc modum suis quidem tuta omnia: hostibus uerò, si quando populandi gratia ab exercitu diuiderentur, infesta præbuit, multis sæpenumero capris, pluribus etiam interfectis. Id autem eo consilio faciebat, ut simul paulatim imminueret hostium uires, simul exiguis uictorijs territum pristinis cladibus militem assuefaceret minus iam uirtutis, aut fortunæ suæ pœnitere. Cæterum, ut in aciem descẽderet, nulla ratione adduci poterat. At M. Minutius hanc Fabij cunctationem ægrè ferens, timiditatis eum atque socordiæ arguebat: homo ferox, atq; in consilijs rapidus, & cui nihil longius quàm pugnæ tempus uidebatur. Pœni deuastatis prædictis locis, superatoq; Apennino, Samnium transeunt, infœcundissimam Italiæ oram, & longo iam tempore bellorum expertem: ubi tantam commeatus, rerumq; necessariarum copiam nacti sunt, ut nec quotidiano usu, nec cõtinua deuastatione absumere prædã possent. Hinc & Beneuentum, Romanorum coloniam depopulantur: Telesiam urbem capiunt, & mœnibus & cõmeatu, cæterisq; necessarijs rebus munitissimam. Romani continuè hostes unius aut duorum dierum intervallo sequebantur. Annibal cum animaduerteret Fabiũ apertè præliãdi occasionem fugitare, neq; tamen excedere campis, sed per edita atq; opportuna loca continuè insequi, citato cursu proficisci Capuam, & in Falernum agrum descendere decreuit, ratus alterum è duobus necessariũ fore, uel ut Romani in prælium descenderent: uel ut mox uniuersis appareret, Carthaginenses castra obtinere, Romanis se in munimenta recipientibus. Quo facto, perterritas prouinciæ ciuitates confestim se Carthaginẽsibus dedituras sperabat. Nam usq; in eum diem, quanquam duobus maximis prælijs profligatis Romanis, nullum omnino oppidum ad Carthaginenses defecerat, sed fidem seruabant, tametsi nonnullæ afflictarentur grauiter. Quibus ex rebus facile coniectari licebat, quaniæ apud socios authoritatis esset Romanæ reipublicę maiestas. Nec sanè imprudens Annibalis consilium fuit. Est enim Campanus ager & copia rerum, & fertilitate regionis, & amœnitate ac pulchritudine loci excellentissimus. Nam & in littore maris positus est, & eò ex uniuerso terrarum orbe uenientes in Italiam innumeræ gentes confluunt. Sunt præterea in eo sitæ nobiliores Italiæ ciuitates. Siquidem oram marinimam incolunt Suessani, Cumani, Dicearchitæ, Neapolitani, & ad extremum Nucerini: mediterraneam uerò à septentrione Calatini & Callení: ab oriente & meridie, Dauni & Nolani. In medijs autem campis sita est omnium olim fœliciſsima ciuitas Capua, cuius campi fabulosis etiam poetarum carminibus inclyti sunt, quos illi, quemad-

quemadmodum & alios præclaros campos Phlegræos appellant. Deos sanè uero simile est de illis potissimũ loquutos esse, cùm propter pulchritudinẽ, tum propter uirtutem illorum. Præterea situs ipse natura munitissimus, ac se rè insuperabilis est. Hinc mari, illinc maximis perpetuisq; montibus cingun tur. Tres tantùm aditus habeni perangustos atq; difficiles, unum à Samnio, secundum ab Eribano, tertium ab Arpis. Igitur in hos campos ueluti in theatrum quendam descensuri Carthaginenses, cunctos perterrefacturi uidebantur: ex quo fugiẽtes hostes spectarent, solitq; de cætero castra obtinerent. His itaq; rationibus motus Annibal, exercitum Samnio per angustias Eribiani collis deducit, castra ad Vulturnum amnem ponit, qui dictos campos diuidit. Et castra ipsa ex ea parte qua Roma sita est, habebat. Exurebatur amœnissimus Italiæ ager, uillæq; passim ferro atq; incendijs uastabantur. Quibus rebus etsi non mediocriter turbabatur Fabius, nihilominus in proposito perse uerabat. At M. Minutius, omnesq; tribuni equitum amputandã omnem moram iudicabant: factoq; impetu, totis uiribus ruendum in Carthaginenses: neq; permittendum, ut sub oculis Romani exercitus fœlicissima regio deuastaretur. Fabius per paucos dies celerius solito motis castris, festinare se ad prohibendã à populationibus Cãpaniam simulabat: ut uerò Falerno appropinquauit, tantummodo in iugis montis ostendit exercitũ, ne socij reliquisse eum castra existimarent: in æquum uerò educere copias noluit, ueritus cum Pœnis prælium cõmittere, cùm propter supradictas causas, tum quia equitatu longè impar erat Romanus exercitus. Annibal cum sæpius hostẽ nequicquam tentasset, tandem deuastata passim regione, abductaq; ingenti præda, hybernis locum spectabat, nolens perdere prædam, sed in talem locum transferre, in quo hybernare posset: ut non in præsenti tantùm, sed & in posterum exercitus necessarijs potiretur. Fabius uerò cum satis sciret, per easdem angustias, quibus intrauerat, rediturũ, ratus ea loca peropportuna esse Romanis, circiter quatuor millia hominũ in ipsis angustijs ponit: hortaturq;, ut magno fortiq; animo, cum res ferret, opportunitate loci uterentur. Ipse cum reliquis copijs collem ijsdem angustijs imminentem occupat, quid quaq; in re agendum esset consultans, unde primùm, uel à quibus in hostem ruendum: haud dubius, se uel profligaturum omnino hostium exercitũ, uel saltem quicquid uehebant prędæ, ablaturum. Verùm non fefellit Annibalem, suis se artibus à Fabio premi: sed his omnibus antè consideratis, singulari astutia hostis conatum frustratus est. Collectis undique sarmentorum fasciculis, & omni genere materiæ aridæ alligari boum cornua, quos domitos indomitosq; multos abegerat, iussit. Ad duo millia ferè boum parata. Datum Asdrubali negocium, ut statuto tempore pecudum cornibus accensis, armentum per ministros ageret in propinquum saltum, qui medius inter castra atq; angustias, queis futurum erat iter, eminebat. Inde cum primũ illi dari à se signum animaduerterẽt, rapidè, factoq; impetu, boues in aduersum montem concitarent, donec ad iugum actũ foret armentũ. His paratis, cœnare omnes, & quiescere aliquantũ iubet. Nocte intẽpesta, quib. datũ erat negocijũ, q̃celerrimè educit, & ad boũ cornua faces alligari iubet. Quo celerius propter ministrorum multitudinem facto, cunctas faces accendi, & ad iuga montis adigi præcipit. Expeditos usq; ad certum locum sequi iubet, admonitos, ut cũ primũ facto impetu discurrere per mõtes pecus cœpisset, opportuna loca occuparẽt: unde transeuntibus suis opẽ ferre, hostemq;, sicubi obuius fieret, infestare possent. Inter hæc ipse omnem exercitũ educit: positisq; primò grauioris armaturę militibus, postea equitibus, deinde præda, postremò Gallis atq; Hispanis, ad angustias tendit. Romani, qui ad eos transitus insidendos locati fuerant, ubi in summis montibus ignem conspexere, uenire per ea loca Annibalem rati, præsidio excesserunt, iuga montium petentes: & primò cum in quosdã boues separatos à cæteris incidissent, micantes eorum capitibus flammas aspicientes, ueluti miraculo attoniti, ac maius aliquid existimantes, constiterunt. Deinde ubi milites

quoq;

quoq; apparuere, iaculatis aliquandiu aduersus se inuicem telis, cum tandem boues interuenirent, utriq; in iugo montis perstitere, auidè lucem, ut rem omnem apertius cognoscerent, expectantes. Fabius cognito tumultu, insidias esse ratus, tum à certamine, sicuti statuerat, abhorrens, suos munimẽto tenuit. Interea Annibal rebus ex sententia succedentibus, per saltũ traducit agmen, prædamq; omnem nemine iam impediente integram conuehit. Luce prima conspicatus Romanos in iugo montis suis oppositos, & numero hominum, & genere armaturæ ualidiores esse, Hispanorum cohortem suppetias mittit. Hi primo statim congressu circiter mille hostium cæsis, suos in castra saluos reduxere. Annibal hoc æstu angustijs Falerni agri liberatus, tutioribus in posterum ad castra metandum locis electis, hybernis locũ quærebat, magnumq; terrorem ciuitatibus & Italiæ incolis incutiebat. Inter hęc plerique dictatorem timiditatis arguere, quòd hostem intra angustias clausum euadere tam facile permisisset. Ille nihilominus constanter in proposito perseuerare. Interiectis uerò diebus, Romam sacrorum causa reuocatus, curam exercitus rerumq; cæterarum magistro equitum reliquit, pluribus eum hortatus, ne tam hostes offendere, quàm suos tutari studeret. At Minutius nequicquam hęc à dictatore præmonitus, omni studio intentus erat in prælium. Dum hæc in Italia gerebantur, Asdrubal refectis in Hispania triginta nauibus, quas accepisse à fratre suprà memorauimus, decemq; huic numero adiectis, principio æstatis ex hybernis Carthagine noua mouit. Quadraginta nauium classem Himilconi tradidit. Eo prope terram nauigante, exercitum ipse in littore ducebat, sperans se uno tempore cum terrestribus naualibusq; copijs ad Iberi ostia futurum. Cn. Scipio, ubi mouisse ex hybernis Asdrubalem audiuit, primò idem consilij habuit: deinde propter famam nouorum auxiliorum, ac bellici apparatus, mari potius quàm terra concurrendum statuit. Parata itaq; quinq; & triginta nauium classe, ex omni exercitu optimum quemque militem, & ad naualem usum aptissimum delegit. Quibus in naues impositis, ire obuiam hosti pergit: ac postridie Tarrhaconem ad propinqua Ibero loca delatus, in stationem decem millia passuum distantem ab hostibus peruenit. Inde duæ Massilienſium naues uelocissimę speculatum missę. Nam ea gens societate astricta erat populo Romano, & cùm sæpe aliàs, tum maximè tempore secundi belli Punici apertè cum Romanis sentiebat. Renuncíantibus speculatoribus, classem Punicam stare in ostio fluminis, sublatis anchoris in hostem ruit, cupiens ex tempore improuidum atq; imparatum offendere. Verùm Asdrubali datum è specula signum, aduentum Romanæ classis, cum adhuc procul esset, indicauerat. Quamobrem repẽtè dispositis in littore terrestribus copijs, remigibus uerò cõscendere naues iussis, arma capere omnes iubet. Iamq; Romanis nõ appropinquantibus modò, sed dirigẽtibus in pugnam naues, bellicum canere. Carthaginenses impetu in Romanos facto, aliquandiu proximi uictoriæ fuerunt uisi. Postea inclinare res cœpit. Nam qui in littore erant, non tam audaciam pugnantibus, quàm spem salutis fugere uolentibus præbebant. Duabus igitur nauibus captis, quatuor suppressis, agere in littus classem Pœni cœpere. Tum uerò insequẽtibus atrocius Romanis, omni conatu aduocato, tandem in littora prorupere: relictisq; nauibus, ad paratã in terra aciem concurrerunt. Romani haud cunctanter insecuti, naues omnes quę moueri poterant, ualidis religatas funibus extraxere. Atq; ita deuictis hostibus, imperio maris potiti, læti decesserunt. Ad quinq; & uiginti naues hostium ex quadraginta captæ. Romani auctis ex uictoria animis, acrius iam Hispaniæ rebus incumbebant. Carthaginenses accepta suorum clade, celerius omni fide paratas septuaginta naues misere: haud ignari, quantum momẽti ad omnẽ rem imperium æquoris afferret. Hæ primò in Sardiniam, deinde Pisas in Italiam delatæ: uti cum Annibale, si fieri posset, cõiungerentur. Romani simulac aduentum Punicæ classis intellexere, centũ & uiginti quinqueremibus missis, tantum Carthaginensibus terrorem iniecerunt, ut confestim in Sardiniam,

deinde

deinde Carthaginē redierint. Cn. Seruilius, qui Romæ classi præerat, ueluti fugientes diu persecutus, ubi nullā potiundi spem animaduertit, classem Lilybæo appulit. hinc non longe pòst ad Cercinetarū insulam nauigauit: acceptaq; ab incolis, ne prouinciam deuastaret, pecunia, iter conuertit: & capta inter nauigandum Cossyro insula, oppidoq; præsidio firmato, Lilybęum reuersus est. Hic posita in statione classe, pòst paucos dies ad terrestres copias contendit. Interea Senatus, cognita Cn. Scipionis apud Iberū nauali victoria, nō modò utile, uerumetiam necessarium iudicauit, bellum in Hispania prosequi, & qua maximis possent uiribus, Carthaginenses terra mariq; infestare. Quam ob rem paratis extemplò uiginti longis nauibus, P. Scipionē prorogato post consulatum imperio, in Hispaniā mittunt, ut una cum Cn. Scipione fratre cōiunctis uiribus omnia communi consilio tractarentur. Nihil enim magis uerebantur Romani, quàm ne potiti Hispanarū rerum. Carthaginenses imperium maris obtinerent, propter quod & nauigare eis in Italiam liceret, & exercitus pecuniamq; libere Annibali submini strare. Profectus itaq; in Hispaniā P. Scipio, Cn. Scipioni fratri coniungitur, ac deinde communi consilio gerebant bellū. Quam ob rem quod ante eum diem non fuerant ausi, Iberū haud cunctanter transgrediunt. Hic statim fortuna fauere Romanis cœpit. Superatis qui circa Iberi transitum habitabant, nemine deinde obuio, Saguntū uenere. Vbi distantes à fano Veneris quinq; millibus passuū castrametati sunt, loco ut ab hostibus tuto, ita ad commeatū ex mari habendum opportuno. Accidit, ut eódem nō longè pòst classis quoq; appelleret: ubi talis quidem casus contigit. Quo tempore Annibal in Italiā uenit, obsides ex singulis Hispaniæ ciuitatibus nobiliorū filios acceperat, eosq; omnes Sagunti iusserat custodiri, quòd & munitissimus erat hic locus, et qui custodiæ relinquebantur, Carthaginensibus fidi. Erat tum igitur Sagunti Hispanus quidā nomine * Acedux claritate generis, ac uitæ splendore nemini Hispanorum secundus, Carthaginensibus uerò inter primos fidus. sed tum, ut sunt pleraq; Barbarorum ingenia, cum fortuna mutauerat fidem. Hic cum Romanorū successum in Hispania animaduerteret, de obsidibus tradendis cogitauit, eam potissimū rem cōciliaturam sibi Romanorum beneuolentiam ratus. Circunspectis igitur omnibus quæ desiderij sui compotem possent facere, tandē Bostarem præfectū Carthaginensium adit. Hic ab Asdrubale in Hispaniam missus, ut Romanos à transitu fluminis arceret, cum id non fuisset ausus, castra extra Saguntum in ipso littore posuerat, homo natura mitis, & præter cōsuetudinem Pœnorum haud satis callidus. Eum itaq; nihil prorsus de fide sua erga Carthaginenses uerentem, in secretū adducit: quo in statu res sint, admonet. Carthaginenses, inquit, metu ad eam diem continuisse in fide Hispaniarum populos, quòd Romani procul abessent. Nunc uerò castra Romanorū Iberum transisse, datam unicuiq; moliendarum nouarum rerum opportunitatē. Quam ob rem oportere, quos metu non liceat, eosdem beneficio & gratia deuinctos facere. Appropinquasse Sagunti Romanos instructos, paratosq; terrestribus et nauali pus copijs, urbem periclitati: censere se, obsides omnes in ciuitates remittendos. Si id fecerit, frustraturum se primò Romanorum spem, qui nulla re magis oppugnare Saguntum nitebantur, quàm ut obsidibus potirentur: deinde fidem ac beneuolentiam Hispanorum Carthaginensibus conciliaturum. Proinde rem consideret, & obsidum saluti consulat. Si eorum reducendorum curam sibi tradiderit, non parum se quoq; gratiam aucturum: neq; solum remissis ad parentes filijs obligaturum illorum animos, uerumetiā uniuersis positurum ante oculos, quanti facienda sit benignitas & clementia Carthaginensiū. Posthæc expectare eum iubet munera quamplurima ab ijs quos filiorum compotes fecisset. Neminem tanti beneficij immemorem futurum. Hæc atq; alia cōplura in hunc sensum locutus, ubi quod cupiebat, Bostari persuasit, Saguntū reuersus est, statuto die, quo adesse cum ijs deberēt, qui nobilium filios reducerent. Sequenti nocte clam profectus ad hostium stationes, conuentis

* alias

diei tempore copias educit. profectusq; aduersus hostium castra, graviorem armaturā in aciē disponit, equites cum expeditis in frumentatores dimittit, iussos, ne quem caperent uiuum, sed omnes passim interficerent. Annibal repentino malo circumuentus, neq; pugnare acie ob paucitatem suorum, neq; sparsis per agros militibus opem ferre poterat. Romani equites, expeditiq; late cædem ac fugam palatorū hostiū fecere. Qui uerò cum Minutio erant, tantum ea re audaciæ conceperunt, ut & prorumpere in castra hostiū, & ferè Carthaginenses obsidere auderent. Annibal consilij atq; auxilij inops, intra uallum se continebat, ægrè iam castra ipsa inter hybernandū custodiens: cum Asdrubal collectis militibus, qui se in priora castra pro Geryonis mœnibus fuga receperāt, numero ad quatuor millia hominū, Annibali suppetias tulit. Tunc Annibal erectis parumper animis, egressus castris uix tandē præsenti periculo exercitum liberauit. Minutius maxima cæde ante hostium stationem, nō minori etiam in agris facta, in præsentia abijt, ingenti spe de rebus futuris animo concepta. Postridie uerò deserta hostium castra occupauit. Nam Annibal ueritus, ne Romani occupatis per noctem castris, quæ uacua pro Geryonis mœnibus erant, totius prædæ potirentur, citato itinere eò cum omni exercitu redierat. Post id tempus Carthaginenses in pascuis ac frumentationibus moderatiores fuere. Contrà, Romani ad omnem euentū audaciores facti. Interea uictoria Romæ (ut fit) longè maiore, quàm fuisset, nunciata, magna omnium animos lætitia cepit: primò quòd post tot clades hoc ueluti initiū melioris fortunæ arbitrabantur esse, tum quòd segnitiem ac timiditatē, quæ hactenus in Romano exercitu apparuerat, non militū, sed Dictatoris culpa euenisse ex eo ratiocinabantur. Quamobrē omnes Fabium spernere, eum ut socordē, formidolosumq; reprehendere: contrà Minutiū usq; adeò extollere in cœlū laudibus, ut quod ante eum diem factum fuisse nulla memoria habebat, Dictatoris imperio, eius imperio æquauerint, sperantes eum quàm celerrimè finē bellis Italiæ impositurū. Iam duo Dictatores uno tēpore uno exercitu erant, res ante eum diē inaudita. Minutius secundis rebus ac fauore uulgi, plusquā credibile est animo elatus, iam ueluti deuictis prostratisq; hostibus gloriabatur. Fabius nihil prorsus ob acceptā contumeliā diminuto animo, et eodē tenore cōsiliorum obstinatus, ad exercitū redijt. Hic cum animaduerteret collegā anxiè occasionē certandi quærere, ueritus ne quid temerè cōmitteret, dedit ei optionem, ut uel partitis tēporibus, diebus alternis, aut maiore etiā interuallo summum ius atq; imperiū unius esset: uel legiones, sicuti Consulibus mos erat, inter se diuiderent, suoq; utercq; arbitratu proprio exercitu uteretur. Minutio diuisio legionum magis placuit. igitur partitis copijs, castra quoq; separata sunt mille & quingentorum passuum interuallo. Annibal, cum non modò per fugitiuos, sed ex ipsis quoq; rebus, & simultatem ducum, & Minutij temeritatē intellexisset, optimū id intentioni suæ fore ratus, causam certaminis cum Minutio quærebat, sperans se facile impetū atq; audaciā eius posse comprimere. Tumulus erat inter Minutij ac Pœnorū castra, quem qui occupasset, haud dubie iniquiorem hosti locum facturus uidebatur. Eum cum capere Pœnus properaret, certus Minutiū, sicuti alibi fecerat, sibi ad obsistendum occursurū, tali consilio usus est. Ager omnis medius prima specie, quòd nudus arbustis uepribusq; esset, inutilis insidijs uidebatur. Erant tamen plures anfractus et cōcauitates, queis facile celari milites poterant. In has latebras, ut quenq; locum maximè aptū intelligebat, ducentos simul, & trecentos, & quingentos equites noctu misit, pedites uerò ad quinq; millia. Qui ne fortè mane à discurrentibus per pascua hostibus conspicerentur, cum primum lucescere dies cœpit, expeditos ad capiendū, quem diximus, tumulū misit. Quod ubi primùm Minutius uidit, contempta hominū paucitate, ad pellendos inde hostes exercitum eduxit. Principio leuis armaturæ milites dimittit, iussos, ut manus cum hoste consererent. deinde mittit equites. postremò ipse cum graviore armatura sequitur, haud mutato ordine, quem superioribus certaminibus tenuerat.

Iam sol terrã radijs illustrauerat, omnibusq; animo atq; oculis tumulo intentis, insidiæ latebãt. Annibal laborantibus suis continue mittebat auxilia. hinc ipse cum omni equitatu secutus est. Totis itaq; utrinq; uiribus certabaẽ. Tandem oppressi multitudine equitũ expediti Romani milites, refugere ad grauiorem armaturã cœperant. Tum uerò exorti repentè insidiatores, & circumquaq; cum clamore & tumultu ruentes, non iam expeditos solum, sed uniuersum Romanum exercitum in summũ discrimen adduxerunt. Quod cum cerneret Fabius, ueritus ne omnino Romana acies profligaretur, motis repentè castris, collegæ suppetias tulit. Cuius aduentu recreati Romanorũ animi, quanquã solutis ordinibus, uagè dissipati erant, confestim ad signa refugerũt: multis expeditorũ cæsis, pluribus etiã legionarijs strenuis ac fortissimis uiris desideratis. Annibal redintegratas recenti subsidio hostium uires, & iam aduersus se signa inferentes conspicatus, receptui cecinit. Tunc demũ Romani omnes, qui bello interfuerunt, temeritate Minutij prostratũ, deletumq; Romanum imperiũ, Fabij uirtute ac prudentia seruatũ, palàm profitebantur. Romæ quoq; ut est perlata rei gestæ fama, manifestè omnes intellexere, quantũ inter temeritatẽ atq; insciti am militũ, & prudentissimi ducis consiliũ ac rationem interesset. Romani posthac unis castris cõtenti fuere, omnesq; unius Fabij imperio paruerũt. Carthaginenses loco, qui inter tumulũ & castra medius erat, fossa circundato, tumuliq; ipsius uertice uallo præsidioq; munito, parare hybernis locum cogitabant. Cum interea comitiorũ dies aduenisset, Consulibus L. Aemilio, & C. Terentio creatis, Dictatores magistratũ deposuerunt. Prioris anni Consules Cn. Seruilius, & M. Atilius Regulus, qui in Flaminij locum suffectus fuerat, Proconsules ab Aemilio facti accepta copiarum, quæ in castris erant, potestate, res bellicas administrabant. Consules nouo delectu habito, exercitũ instaurant. Proconsules per literas admonent, neacie pugnare cum Carthaginensibus audeant: breuibus tantummodo, assiduisq; certaminibus exerceant militem, tyronemq; ad res futuras uiribus atq; audacia instruãt, quòd præteritarum cladiũ causam magna ex parte insciti am atq; socordiã militum fuisse existimarent. L. Posthumius prætor creatus cum exercitu in Galliam mittitur, ut Gallis, qui cum Annibale militabant, uices redderet. Classis, quæ Lilybęi per hyemẽ steterat, instruitur nouo remige. Ducibus, qui in Hispania erãt, necessaria mittuntur. Dum hęc Romæ agitantur, Cn. Seruilius, & collega eius Atilius, acceptis Consulũ mandatis, nihil præter particularia certamina cõmittunt. Itaq; scribere de his in præsentia supersedimus. Nihil enim splendidum, aut memoratu dignum, iussu consulum, et anni tempestate uetiti gessere, prudenter alioquin, callideq; quotidianis reb. administratis. Per hunc modũ uterq; exercitus aduersis semper castris, hyberna transegit. Ineunte uere, cum primùm pabulum suppeditare agri cœperunt, Annibal ex hybernis mouit. Relictoq; Geryone, cũ statuisset usq; adeò premere Romanos, ut necessariò in præliũ descendere cogerentur, Neapolitanam arcem occupat, frumento, & omni cõmeatus genere munitissimã. Nam in eam Romani ex Cannusio, alijsq; circumstantibus locis frumenti multitudinem reposuerant, qua deinde ad quotidianos castrorũ usus utebantur. Quo facto, ingens solicitudo Romanos cepit, non tam ob amissam cõmeatus copiã, quàm quòd iam tota ea regio hostibus patêret. Mittuntur Romã nuncij, qui id Senatui significent: quid agendũ sit, consulant. Statuisse se, si hostes appropinquarint, ablata spe fugæ, prouinciaq; passim deuastata, & nutantib. sociorum mentibus, in præliũ descendere. Senatus, ne quid adhuc noui moliantur, renunciat, sed aduentum Consulum expectent. Post hæc parari ad discessum Consules iubet. Omnes Aemilium Paulum respicere, in eo spem omnẽ sitam habere, cùm ob uitæ probitatem, tum quòd anteactis temporibus aduersus Illyrios strenuè ac fortiter se gessisset. Decretum præterea, ut octo legionibus rem gererent, quod ante eum diem inusitatum erat: legiones singulæ hominum quinq; milia haberent, Romani enim, sicuti suprà memorauimus, quatuor legionibus

exercitũ

exercitū complent. Singulæ quæq; legiones quaternis millibus peditum constant, equitib. ducentis: aut, si quando ingens aliqua necessitas urget, quinis millibus peditū, trecentenis equitibus. His, ex socijs totidē pedites adduntur, equites ferè triplicati. Copiæ omnes æquè inter Consules diuiduntur. In prælium frequenter unus duntaxat Consulū descendit cum duabus legionibus, & auxilijs sociorum. Rarò simul omnes cōgrediuntur. At ea tempestate tanta omnes formido, tantus terror Carthaginensiū cœperat, ut non cum quatuor, sed octo simul legionibus Romanis dimicandū iudicarint. Quapropter hortati Consulum animos, & magnitudine rerum in quamcunq; partem fortuna inclinaret, ante oculos posita, maturare iter in castra iubent: precati, ut magno, fortiq; animo, & sicuti maiestatem populi Romani decebat, res bellicas administrarent. Consules cum in castra peruenissent, permixto nouo acueteri exercitu, copias coniungunt. Senatus uoluntatem pluribus exponunt: multitudinis animos pro conditione temporis hortantur, Aemilio paulo orationem habente, cuius hæc ferè sententia fuit. Ne recentibus cladibus perterriti animis deficerent. Quippe superioribus bellis non unam, aut alterā, sed plures causas fuisse rerum infœliciter gestarum. Nunc autem, si uiri sint, nihil obstare, quin pulcherrima uictoria potiantur. Nunquam ante eum diem utrunque Consulem cum omnibus simul legionibus dimicasse, neq; ueteranis exercitatisq; militibus, sed ignaris inexpertisq; rei militatis tyronib. usos fuisse: & quod maximi momenti est, usqueadeò consiliorum hostilium, locorum situs, et naturæ regionis ignaros extitisse, ut sæpe uixdum ferè conspectis hostibus oppositi, maximum discrimen subierint. Nam qui apud Trebiam fluuium in Gallia profligati fuerant, postridie quàm ex Sicilia uenissent, temerè, nullis consilijs hostium exploratis, in aciem descendisse. Qui iuxta Thrasimenum ceciderant, antè oppressos ab hostibus fuisse, quàm eos cernere ob densam caliginem potuissent. Nunc contrà, inquit, omnia nobis adsunt, ô milites. Nam & duo Consules uobis adsumus animis atq; copijs iuncti, & præteriti anni Consules nobiscum retinemus. Vos uerò non modò quotidiana certamina, & militares ordines, & hostiles copias uidistis, sed hæc omnia experti continuè exercendo, pugnandoq; secundum iam annum agitis. Quocirca cū omnia contraria nobis adsint, quàm superioribus prælijs acciderunt, uerisimile est, exitum quoq; pugnæ diuersum futurum. Neque credibile est, immò prorsus impossibile, qui toties particularibus certaminibus cum hostibus æquali numero militū congressi, uictores discessistis: nunc aduocata omni multitudine, cum duplicatum exercitū habeatis, ab hostibus superari. Omnibus igitur uobis ad uictoriam paratis ô milites, duntaxat consilio ac promptitudine nostra opus est. Qui de rebus pluribus uos hortarer, nisi id alienum huic loco intelligerem. Quippe huiusmodi adhortationes ab ijs expectari debent, qui aut mercede conducti, aut ex socijs acciti, exercitui præsunt, quibus nihil grauius, quàm ipsius prælij tēpus euenire potest. Apud eos uerò, quales nos sumus, quorū non solū uita, sed & patria & uxores & liberi periclitantur, commemoratio fortasse, adhortatio uerò nequaquā necessaria est. Quis est enim qui non malit uel pugnando uincere? uel si id fieri non possit, prælio occumbere? quàm miserrimam trahendo uitam, tantam contumeliam ac calamitatem expectare? Eia igitur fortissimi milites, uosmet uobis ipsis ante oculos ponite, quid inter uincere uinciq; interfit: et quæ ex utroq; sequantur, uobiscum cogitate. Ita uos ad prælium parate, ut non exercitum populi Romani, sed patriam, atq; adeò caput ipsum orbis terrarū periclitari intelligatis. Quid enim superest populo Romano, uictis ac profligatis uobis? Omnes suas uires, omnem potentiam in uos contulit, spem omnem salutis in uobis repositam habet. Qua nolite per deos immortales ipsam fraudare, reddite patriæ quas decet gratias: manifestum omnibus facite, anteactas clades non idcirco accidisse, quòd Romanis præstarent Carthaginenses, sed quòd tunc Romanus miles tyro, & rerum bellicarum ignarus esset. Hæc, atq; alia huiuscemodi

locutus L. Aemilius, concionē dimisit. postridie uersus stationem hostiū eduxerunt exercitū. Ac tertio die circiter sex millia passuū ab illis distantes castra metati sunt. Aemilius cum circum ea loca animaduerteret planos ac latos esse campos, quòd superiores equitatu hostes erāt, haud conferendū in his prælium existimabat, sed eo præuertendū hostē, ubi peditatus utilior foret. Cōtrà Varro, inexpertus rerū bellicarum, haud differendū putabat certamen, ne hostes è manibus elaberentur. Itaq; duo Consules dissimiles discordesq; erāt: quo nihil accidere in exercitu pernicios ius potest. Ea die (nā alternis imperitabāt) Varronis imperiū erat. Hic motis castris appropinquare hostib. maturat, indignāte ac reclamante Aemilio. Annibal cū expeditis equitibusq; obuiā profectus, tumultuario prælio ac præcursu magis militū, quàm ex præparato eos adgreditur. Romani primum impetū acerrimè sustinuere. Nox prælio diremit. Carthaginenses, cū non prosperè dimicatio successisset, in castra redierunt. Postridie eius diei L. Aemilius cū & abstinere pugna decreuisset, & tutò traducere exercitū nequiret, trifariā castra diuisit. Duas partes citra Aufidū amnē communijt, qui solus diuidit Apenninū: oriens q; in parte, quę mare Tyrrhenū respicit, in Adriaticū defluit sinū. Tertiā partē trans Aufidū posuit, distantem à reliquis castris circiter mille et ducentos passus, à statione uerò hostiū ferè tantundē. Annibal spē nactus loci ad equestrē pugnā aptissimi, & facturos copiā pugnandi Consules ratus, dirigere aciem cœpit. Veritus autem ne superiori casu timidior facta multitudo esset, hortari milites statuit. Aduocata igit concione, aspicere omnes circumstantia loca iussit: rogauitq; quid maius optare à dijs immortalibus potuissent, quàm oblatū sibi in ijs locis cum hostibus certamen, ubi equitatu, qua parte uirium inuicti essent, uti libere ualerent? Quod cum uniuersi alacres approbarent, Proinde, inquit, primò dijs immortalibus gratias agite, Illi enim præparantes nobis uictoriam, hostes in eiusmodi locū adduxerunt: secundò nobis, qui nostra industria pugnare hostem compulimus. Neq; enim fugere amplius, neq; detrectare certamen Romanus potest. Et pugna & uictoria in manibus uestris sita est. Hortari uos in præsentia, ut strenui ac fortes sitis, superuacuum mihi uidetur. Id enim tum factu necessarium erat, cum Romanarum uirium ignari eratis: quo tempore nos sæpenumero id uerbis, exemplisq; præstitimus. Nunc uerò cum tribus continuis prælijs tales à Romanis uictorias reportaueritis, quæ tandem oratio magis incendere animos uestros poterit, quàm ipsæ res gestæ? Superioribus prælijs regione potiti estis, & copia rerum omnium, sicuti uobis polliciti fueramus. Neq; enim fraudati à nobis hactenus promissis estis. Præsens uerò certamen pro ciuitatibus est, eorūq; fortunis. Hac uictoria potiti, statim totius Italiæ domini eritis: tandemq; tot laboribus ac periculis unica pugna liberati, adipiscemini Romanorū fœlicitatem, omnium duces atq; Imperatores eritis. Quas ad res non uerbis, sed factis opus est. Dijs uolentibus nō longè pòst seruata à me promissa omnes experiemini. His, atq; alijs huiusmodi dictis militū animos hortatus, ac laudata omniū promptitudine, castra ad id latus fluminis posuit, ubi maiora hostium castra erant. Sequenti die curare corpora omnes iubet. Igitur tertio die luce prima flumē transgressus, copias acie locat. L. Aemilius, quod animaduertebat in ijs locis haud æquas esse suorum uires, & Annibalem ob penuriam rerum necessariò moturum castra intelligebat, suos intra stationem continuit. Annibal parua protracta mora, cum frustra lacessere se hostem intelligeret, in castra cæteras recepit copias, Numidas ad inuadendos ex minoribus castris Romanos aquatores dimittit. Quibus impedita aquatione, usq; ad uallum cum tumultu ac clamore prosecutis, indignatus Varro, ab tumultuario auxilio Romana castra turbari, longè magis ad prælium capessendum inflamatus est. Nec minus omnis turba militaris auida certaminis erat. Adeò omnibus in rebus molesta semper expectatio est. Cum interea Romæ nunciatum esset exercitus, quanquam non æquis locis, tamen aduersus se inuicem oppositos esse, & singulis quibusq; diebus unà congredi, ingens mœror ac solicitudo

licitudo animos omniũ cepit. Affectus enim grauibus ac recentibus cladibus populus Romanus, futuros euentus metuebat. Vnusquisq; intra se, quæ futura ciuiũ Romanorum fortuna esset, deleto profligatoq; exercitu, cogitabat. Quæ libri Sibyllini minabant, in ore omniũ erant. Prodigijs, signis, ostentis, templa cuncta, priuatæ etiã ædes scatebant. Quã ob rem precibus, sacrificijs deorũ, cærimonijs uniuersa urbs erat intenta. Obseruantissimi nanq; eiusmodi temporibus sunt Romani publicarũ ac priuatarũ religionum: nec quicquã, quod ad ius fasq; pertineat, prætermittũt. Varro, cui postero die sors imperij obuenerat, cũ prima luce inconsulto collega ex utriscq; castris copias educit: ipse cũ ijs quæ in maioribus castris erant, flumẽ transgressus, eas quoq; quas in castris minoribus habuerat, suis adiungit. Atq; ita instructa acie, Romanos equites in dextro cornu (id erat flumini propius) locat. Post hos continuato agmine pedites ponit. signa densiora quàm antea collocat, & densitatẽ maiorem in cohortib. cõstituit. Sociorũ equites ad læuũ cornu, ante omnes leuiorẽ armaturã in acie collocat. Erant autẽ adnumeratis socijs, octuaginta millia peditũ, equitũ circiter sex millia. Annibal eodẽ tempore transgressus fluuiũ, Baleares, leuemq; armaturã premittit. Hinc duplici transitu reliquis copijs traiectis, hosti opponit. Gallos, Hispanosq; equites prope ripã læuo in cornu aduersus Romanorũ equitatũ disponit. Post hos pedites inter grauiorẽ Afrorũ armaturã medios collocat: deinde Gallos atq; Hispanos, postremò reliquã Afrorũ multitudinẽ. ad dextrũ uerò cornu Numidas equites constituit. Vbi uerò cunctã aciẽ in directũ constituit, Hispanorum et Gallorũ agmina in mediũ produxit, et reliqua illis secundũ competens interstitiũ à lateribus adiunxit, atq; ita incuruã instar lunæ construxit aciẽ: & hanc tamẽ sic extenuat, ut in ipsa pugna Afri stationis ordinẽ haberent, & ante Hispanos & Gallos præludia belli facerent. Afri ita planè armati erant, ut Romanorũ aciẽ crederes, armis ad Trebiã & Thrasimenũ captis. Gallis Hispanisq; scuta eiusdẽ formę erant, dispares ac dissimiles gladij. Nam Hispani quidẽ breuitate agiles, & cũ mucronibus nõ minus punctim, quàm cæsim feriebant. Gallici uerò prælongi, ac sine mucronib. erant: ad hoc tantũ utiles, ut desuper in hostẽ impingerentur. Harũ gentiũ aspectus specie ipsa, ac nouitate rei terribilis uidebatur. Galli supra umbilicũ nudi pugnabant. Hispani linteis purpura prætextis & candidissimis tunicis prælia bantur. Equitũ ad decẽ millia, peditũ supra quadraginta millia cũ auxiliaribus Gallis constiterant. Dextrũ Romanorũ cornu L. Aemilius, sinistrum Terentius Varro regebat. Medijs prioris anni Consules M. Atilius, & Cn. Seruilius præerant. Carthaginensiũ uerò duces erant, in læuo cornu Asdrubal, dextro Hanno, in medio Annibal. Hic secũ Magonẽ fratrẽ habebat. Romanis in meridiẽ, Carthaginensib. in Septentrionẽ uersis, neutris Sol prospectũ offendebat. Conflictu orto, & leuibus primùm armis incœpta pugna, par aliquandiu certamẽ fuit. Postea facto à Gallis atq; Hispanis equitibus ex sinistro cornu in Romanos impetu, nõ solũ fortiter, uerumetiã crudeliter dimicabatur. Neq; enim equestris more pugnæ conuertere se, atq; iterũ in hostẽ procurrere licebat, sed aduersis frontibus pugnare omnes equis delapsi cogebantur, nullo circa ad agendũ spacio relicto, hinc amne, illinc peditibus claudentibus. Acrius tamen, quàm diutius pugnatum. Victi Romani: et quamuis atacriter & fortiter pugnassent, magna ex parte in acie cæsi: reliqui in flumen proiecti, obrutiq; sunt. Sub equestris finem certaminis pugna inter pedites orta. Galli atque Hispani primò acriter uiribus atque animis hosti restiterunt. Postea densitate Romanæ aciei oppressi, dissolutis cuneis referebant pedem. Romani tum cupidius insecuti, facile mediam aciem, quod tenuis inualidaq; de industria erat instructa: ipsorum uerò medietas, quæ pugnam sustinebat, ex cornibus utrinque densata, perruperunt. Haud enim coniuncta erant cornua & medietas aciei: sed primùm medietas propter Gallos in formam lunæ ordinatos, plurimum cornibus præminebat, sic ut curuitas illa lunaris aduersum hostes protenderetur. Nihilo tamen minus Ro-

mani cedentes hostes insequuti, & unà cum illis ad medium aciei & stationē hostium usq; adeò procurrunt, ut utrinq; Afros ex obliquo cum graui armatura irruentes sustinerent: quorum qui à dextris erant inclinatione in scuta facta, cum hastis pugnantes hostium latera impetebant: qui uerò in sinistro cornu erant, inclinantes hastis cū scutis sese ingerebant, reipsa quid faciendū esset commonstrante. unde factum est, ut prouidentia Annibalis medij inter Afros concluderentur Romani, & in Gallos inciderent. Illi quidem non more phalangis, sed uiritim et per cuneos aduersum eos qui in latere erant conuersi pugnabant. L. Aemilius, quanquā primo statim prælio grauiter ictus fuerat, adhuc tamen integris uiribus, confertis equis in mediam aciem discurrit, partim premendo hostes, partim suos hortando. Idem Annibal facit. Interim Numidæ cum omni equitatu à sinistro in dextrum Romanorum cornu irruentes, insigne aliquid neq; fecerunt, neq; passi sunt. tantis animis, & adeò æquatis uiribus utraq; acies propugnabat. Romanos tamen diuisos, atq; undiq; circundatos milites ad prælium reddiderunt. Inter hæc Asdrubal emissis, qui prope ripam erant, equitibus, à leuo cornu subsidium Afris ferebat. quod conspicati Romanorum socium equites, repentè terga uerterunt. Id uidens Asdrubal, callidi ac prudentissimi ducis exercuit officium. Numidas, quos et numero plures, et rei militaris expertos, et semel uersis in fugam terribiles esse sciebat, ad persequendos passim fugientes misit. Ipse pedestribus copijs citato cursu in subsidium Afrorum perrexit: adgressusq; à tergo Romanos, simul suorum confirmauit uires, simul ingentem hostibus stragem dedit. L. Aemilius pluribus uulneribus confossus in prælio cecidit, uir omni officio usq; ad extremum diem in patriam functus. Romani longa atq; acerrima pugna in eodem uestigio permanentes, tandem omnes trucidantur. Inter quos M. Atilius, & Cn. Seruilius, prioris anni Consules interfecti, uiri præstantes, & Romano nomine digni. Eodem tempore Numidæ quoq; fugientem equitatum nacti, maiorem partem interficiunt, reliquos equis deijciunt. Pauci Cannusium incolumes peruenere, inter quos Varro Consul, cui detestanda anima, ac exitiosum patriæ imperium fuit. Hunc tandem Cannensis pugna habuit finem, strenuis uiris uictoribus simul ac uictis nobilitata. Cuius rei argumentū est, quod ex sex millibus equitum Romanorū duntaxat septuaginta cum Varrone Venusiam euaserunt. E' socijs circiter trecenti palantes, uagiq; in proximas ciuitates profugere. Ex pedestribus autem copijs circiter decem millia in potestatem hostium uiui peruenere, uix tria millia fugerunt. Reliqui numero ad septuaginta millia in prælio cecidere. Nec sanè incruenta Carthaginensium uictoria fuit. Ex his Galli circiter quatuor millia desiderati, qui ad eam uictoriam Carthaginensibus maximo usu fuere, & tunc & ante equitum certamen. Atq; ita innotuit posteris, satius esse belli tempore, ut dimidia pars sit peditum, & equitatus superet, quàm æquis conditionibus pugnare cū hoste. Afri atq; Hispani ferè mille & quingenti cecidere, equites ducenti. Qui uiui capti sunt ex Romanis, extra prælium fuerant ob hanc causam. Varro decem millia in castris dimiserat, hoc consilio, ut si Annibal omnes suos in prælium educeret, facto impetu, castra hostium diriperent: omnibusq; in pugna occupatis, impedimenta, atque omnem apparatum Carthaginensium depopularentur. Si uerò præsidium necessarium in castris dimitteret, tunc longè minores essent Carthaginensium uires, Romanis numero militum multo præstantibus. Capti autem hoc modò fuere. Annibal quantum satis erat præsidij, in castris reliquerat. Romani, ubi primùm exarsisse prælium intellexere, eò ubi statuerant, ueniunt, castra obsident. Haud segniter Carthaginenses resistunt. Verùm iam acriter prementibus Romanis, cedere cogebantur. Sed interim Annibal omni ex parte uictoria potitus, in oppugnantes castra, impetum facit, Romanos fugat, ad uallum usque persequitur, inque suis ipsius castris hostem concludit: duo millia eorum interficit, reliquos uiuos capit. Eodem modo Numidæ equites Romanos, qui sparsi fuga per agros

gros fuerant, ad Annibalē perduxerunt. Ita tandē finito prælio, neuter expectatione sua fraudatus est. Siquidem Carthaginenses statim omni prouincia sunt potiti, quam priscā et magnā Græciā uocant, Tarentinis, Campanis, Neapolitanis in deditionem acceptis, cęteris uerò omnibus populis iam ad Annibalem respicientibus. Nec deerat spes ipsa urbe Roma mox potiundi. Romani uerò in summā rerū desperationē adducti, de Italiæ dominatu confestim desperantes, nō modò de suo, sed de totius patriæ interitu dubitabant, iamiā ferocissimū hostē ad ipsa Romana mœnia expectantes. Cum ciuitas in hoc tumultu esset, ut omnia ad Romanorū calamitatē quadrarent, nuncius ex Gallia peruenit, L. Posthumiū Prętorem, qui exercitui pręerat, in insidias lapsum una cum exercitu interisse. Senatus tamen tot undiq; circumuentus malis, dignitatē suam seruare, hortari populū, munire præsidijs urbē, de rebus præsentibus magno ac forti animo consultare. Quod nō longè pòst res ipsæ manifestum fecerunt. Nam qui modò uicti à Carthaginensibus fuerant, & rerū bellicarum gloria cessisse illis uidebantur, nō multo interiecto tempore uirtute ac constantia reipublicæ, & consilio sapientiaq; Senatus, in id euasere, ut uictis, prostratisq; Carthaginensibus, non modò Italię, sed totius orbis imperio potirentur. Quam ob rem huic libro simul cum rebus Hispanis atq; Italis, quæ centesima & quadragesima Olympiade gesta fuerunt, extremā imponemus manum. Cum uerò ad res sub eadem Olympiade in Græcia gestas uentū erit, latius de Romanorum republica disseremus. Id enim nō modò ad cognitionem historiæ necessarium, uerumetiā ad emendandas, instituendasq; respublicas utile studiosis futurum arbitramur.

POLYBII HISTORIARVM
Liber quartus

ABunde (ut nobis quidē uidetur) secundi belli Punici causas præcedenti libro ostendimus. tum Annibalis in Italiā aduētum, uariaq; Romanorū ac Carthaginensium certamina usq; ad Cannensem pugnam fumus executi. Nunc tes eadē tempestate in Græcia gestas, adgrediemur, repetitis primò breuiter ijs quæ in secundo pręparationis nostræ libro à nobis relata fuere, præsertim de republica Achæorū, quòd eā nō parū incrementi cùm antea, tum hisce nostris tēporibus accepisse arbitramur. Igitur à Tisamene orti uno ex Orestis filijs, ab hoc usq; ad Gigi tempora uixisse Achæos sub eius familiæ regibus diximus: postea cum his expulsis gubernationē ciuitas optimo consilio usa ad populū transtulisset, nō multis interiectis annis ducū Lacedæmoniorū opera per ciuitates & pagos dissidere inter se cœpisse. Post hęc narrauimus, ut rursus inter se ijdē Achæi conuenerint, qui primi eius rei authores fuerint, quomodo Peloponnesi omnes in Achęorum cognomen deuenerint. Commemoratæ præterea à nobis sunt particulares eorū res gestæ, usq; ad Cleomenis Lacedæmoniorū regis conflictū. Hìc pręparationē nostrā cum Antigoni, Seleuci, & Ptolemęi morte concluſimus. Omnes siquidē (ut à nobis dictū est) sub eadē Olympiade diem suū obierūt. Nunc superest, ut reliqua scripturi, hinc maximè primordium faciamus. Optima enim hæc in primis nobis materia uidetur: primò, quod ea quæ sunt ab Arato scripta, in hæc tēpora desinūt, ut ad continuandā Græcarū rerū narrationē, quę sequunt, ut promisimus, subijciamus. deinde, quòd posteriora tēpora ita inucē connexa sunt, ut partim nostra, partim parentū nostrorū ætate fuerint. Ex quo fit, ut partē ipsi uiderimus, partē ab ijs qui uiderūt, audiuerimus. Enimuero altius res gestas repetere, et auditū (ut ita dicā) ex auditu referre, consiliū nō fuit, quòd nullā ex ijs proueniurā legentib. utilitatē intelligeremus. Quapropter ab ijs exordiamur temporibus, quib. fortuna quoq; per uniuersum terrarū orbē dictis tēporibus renouasse omnia uidet. Philippus igit germanus Demetrij filius, adhuc puer, iā Macedoniæ imperiū susceperat, Achęus omni prouinciæ, quæ citra Taurū

est,

est, imperans, non modò nomen, sed uires quoq; regias habebat. Antiochus, cui magno cognomen fuit, Seleuco fratri non multo antè tempore defuncto, in regno Syriæ, quamuis adolescens, successerat. Ariarates quoq; Cappadociæ regnum inuaserat. Eodem tempore Ptolemæus Philopater, Aegypti erat imperiũ adeptus. Nec longè pòst Lycurgus tex à Lacedæmonijs appellatus fuerat. Carthaginenses Annibalem ad res, quas suprà memorauimus, gerendas ducẽ elegerant. Cum in hunc modum omniũ renouatum esset imperiũ, nouũ quoq; rerum initiũ futurũ uidebatur, quod & natura frequenter accidit, & eo potissimũ tempore euenit. Namq; Romani, et Carthaginenses, id quod suprà memorauimus bellum, Antiochus & Ptolemæus Syriacũ gesserunt. Achæi uerò, & Philippus, aduersus Aetolos & Lacedæmonios cõtendére. Cuius belli huiusmodi causæ ferunt. Aetoli iamdiu pacẽ pertæsi, molestè ferebãt, quod suis ipsorũ impensis uiuere cogebantur, ex aliorũ laboribus uiuere consueti, multisq; sumptib. propter insitã ipsis arrogantiã opus habentes: cui seruientes, rapacẽ perpetuò et ferinam uitã ducebant, nec quicquam propriũ cuipiã, sed omnia hostilia putabant. Hi tamen, quamdiu Antigonus uixit, Lacedæmoniorum uires ueriti, quietem egerunt. Mortuo uerò Antigono, cum Philippus in regno successisset, ætate pueri contempta, belli occasionem cum Peloponnesijs quærere cœperunt: tum quòd infestando ex ueteri consuetudine mari, & assiduis rapinis assueti erant, tum quòd se multo potentiores Achæis in bello existimabant. Cum in ea cogitatione essent, non longè pòst fortuna quoq; conatui eorum fauente, huiusmodi occasionem nacti sunt. Dorimachus Trichonæus, filius erat Nicostrati, qui Panegyrim Pambitiorum uiolauit. Hic adhuc ferè adolescens Aetolicæ insolentiæ ac temeritatis plenus, Phigaleam publicè missus fuerat. Ea est urbs in Peloponneso è conspectu Messeniorũ montium sita, & tunc fortè in societatem cum Aetolis iuncta erat: ostendebant hunc idcirco à se missum, ut urbi, regioniq; præesset uerùm eo factum erat consilio, ut res Peloponnesiacas diligenter exploraret. Hic igitẽ discurrentibus per ea loca piratis, & ad se Phigaleã ob res necessarias uenientibus, cum ex fœdere præbere cõmeatum nõ posset, durante adhuc pace, quæ sub Antigono firmata fuerat, tandẽ perplexus piratis persuasit, ut Messeniorum, qui amici & socij Aetolorũ erant, pecora diriperent. Illi primò è finibus eorũ abigere armenta cœperũt. postea procedente paulatim peruicacia, sparsas quoq; per agrũ ædes nocturno tempore diripere, omnia populari atq; uastare. Messenij id grauiter ferentes, legatos ad Dorimachũ questum de piratarum iniurijs mittunt. Ille principio id contemnere, partim suorũ utilitati cõsulens, partim suæ qui prædæ omnis particeps erat. Postea uerò frequentantibus sæpius legatis ob continuationẽ iniuriarũ, se inquit propediem Messenẽ uenturũ, ut expostulantibus de Aetolorum iniurijs responderet. Cum igitur eò uenissent, multis, quibus illatæ iniuriæ fuerant, se adeuntibus, alios per densum reijcere, insultare alijs, nonnullos iurgijs, conuicijsq; terrere. Dum hæc Messenæ agerentẽ, piratæ in suburbanũ, quod Chironis nominant, noctu uenere, & admotis scalis loco potiti, uastant, populanturq; omnia. Homines partim propugnantes trucidant, reliquos nexos cum armentis abducũt. Messeniorũ ephori rursus ea re maximè ob Dorimachi præsentiã grauius indignati, ac tum demũ deridéri se putantes, eũ accersiri ante magistratus iubent. Scyrõ tũ fortè urbi præerat, uir omni genere laudis apud Messenios clarus. Hic haud dimittendũ urbe Dorimachũ consulit, nisi prius prædã omnẽ à piratis abactã Messenijs restituat, domorũ agriq; uastationẽ instaurei, pro ijs qui interfecti fuerant, nocentes tradat. Id consiliũ cũ omnes approbassent, profusus itaq; in irã Dorimachus, stultos inquit eos esse, si talia facientes, Dorimacho se, & nõ Aetolis inferre iniuriã credant: se quidẽ per summum scelus uexari, at illos nõ longè pòst dignas pœnas daturos. Erat tũ Messenæ extremæ sortis homo, Bahyrithas nomine, adeò Dorimacho uultu, corpore, lineamentis, uoce deniq; similis, ut si quis ei capitis ornatũ, chlamydemq; illius addidisset, haud facile

fuisset

fuisset uter eorũ esset, discernere. Idq; haud Dorimachum latebat. Cum igitur superbè nimiũ atq; insolenter in Messenios inueheretur, iratus Scyron, Putas' ne, inquit, nobis te, seu temeritatem tuam curæ esse Babyrthæ? Quæ cum dixisset, Dorimachus ipsi cedendum ratus, prædã omnem Messenijs restituit. Hinc Aetoliã profectus, adeò grauiter ac moleste Scyronis uerba tulit, ut nõ alia expectata occasione, ob id duntaxat bellũ Messenijs excitarit. Per id tempus dux Aetolorum erat Ariston. Hic tum fortè ob imbecillitatem corporis, quam ex longa ualetudine contraxerat, haud satis rebus gerendis aptus, cum Scopæ & Dorimacho affinitate iunctus esset, huic summam imperij tradidit. Dorimachus publicè in bellum aduersus Messenios prouocare Aetolos non audebat, quòd nullã eius rei satis dignam causam posset affere. Quippe indignatione tantummodo illatæ sibi contumeliæ mouebatur. Quam ob rem dimissa hac cogitatione, priuatim Scopã adgreditur. Suadet, ut sibi contra Messenios adesse uelit. Se in præsentia à Macedonibus ostendit tutos esse, ob puritiam regis, cum uix decimumseptimũ ætatis annum Philippus ageret. Preterea Lacedæmonios à Messenijs alienos esse. In amicitia præstare se cũ Græcis. Propter quod neminem sibi transitũ in Messenios impediturum. Post hæc quanta secutura sit utilitas, ante oculos ponit. Quippe regionem omnem securam degere, solamq; omniũ tempore Cleomenici belli integram permansisse. Aetolos uerò id tandem gratissimũ babituros, secq; beneuolentia & honore prosecuturos. Achæos autem, si profectionẽ suam impedierint, sponte occasionem bello daturos. Si permiserint, liberè se Messenẽ usq; transituros. Atqui Messenios belli causam tamdiu præstitisse, cum societatem inire cum Achæis & Macedonibus pollicini fuissent. Hæc, & alia in hanc sententiã plura locutus, tantum Scopæ, amicisq; eius ardorem iniecit, ut neq; Aetolorum cõcione aduocata, neq; expectato magistratuũ iussu, nec iure aliquo seruato, ipsi per se Messenijs, Epirotis, Achæis, Acarnanibus, Macedonibus bellũ intulerint. Sarim igitur piratas emisere. Hi mox regiæ naui ex Macedonia obuij facti, onustam Aetoliã perduxerunt, nautas, uectoresq;, & nauem denique ipsam uendidere. Hinc per maritimã Epiri oram discurrere, obuiũ quenq; prædari, Cephalenioruũ nauibus ad iniuriã uti, oppida per insidias capere. Quippe in Acarnania Oreum ceperunt. Postea quibusdã occultè in Peloponensum missis, in media Megalopolitanorũ regione, castello, quod Clariũ uocãt, potiti fuere. Quo postea receptaculo usi, latissimè piraticã exercebãt. Ea tempestate Timoxenes Achæorum dux, Taurionem oppidũ, quod tempore Peloponnesiaci belli Antigonus occupauerat, intra paucos dies expugnauit. Si quidem Antigonus rex Corinthum uoluntate Achæorum tenebat, sicuti suprà, cum de Cleomenico bello tractaremus, ostendimus. Orchomenũ uerò ui captum non reddiderat Achæis, sed ditioni suæ subegerat, cupiens (ut mihi quidem uidetur) non solum aditũ in Peloponnesum habere, uerumetiã mediterraneam oram, dispositis Orchomeni præsidijs custodire. Dorimachus & Scopas obseruato tẽpore, quo pauci dies magistratui Timoxeni supererãt, et Aratus sequentis anni dux nondũ inire magistratũ debebat, congregatis iuxta Rhiũ montẽ Aetolis, ac paratis Cephalenioruũ nauibus, in Peloponnesum transfretarũt: factoq; per Patrensiũ & Pharensium, & Tritensiũ oram itinere, aduersus Messenios grassabantur. Edictum erat, ne qua inter eundũ Achæis iniuria inferretur. Sed quis multitudini statuat modũ? Vastant, diripiuntq; omnia, tandem Phigaleã perueniunt. Hinc facto in Messenios impetu, nulla ratione ueteris amiciriæ habita, neglectoq; diuino et humano iure, populabundi per agrum discurrunt, omnia ferro igniq; uastantes: Messenijs, quod impares uiribus essent, sese intra mœnia continentibus. Achæi instante iam concilij tempore, Egium conuenere. Hic congregatis omnibus, cum hinc Patrẽsium et Pharensium legati de injurijs Aetolorum quererentur, illinc Messenij præsidiũ miserabiliter peterent: Achæi partim indignatione illatæ socijs iniuriæ, partim cõmiseratione Messeniorũ permoti, tum grauiter ferentes, quòd

se in-

se inscijs Aetoli exercitum per Achaiã traduxissent, ferre Messenijs præsidiũ, ducemq; Achæos armis assuefacere: & quod à congregatis decerneretur, ratum esse debere decernunt. Timoxenes Achæorum dux (nondum enim magistratu excesserat) quod Peloponensij post Cleomenicum bellũ pacatis tranquillisq; rebus dedisse se ocio, et neglecta militari disciplina, desides factos esse intelligebat, moliri quicquam, nulla spe nisi multitudinis fretus, uerebatur. Contrà uerò Aratus suorum iniurias grauiter & iniquo animo ferens, inflammatus preterea audacia Aetolorum, nec antiquę simultatis immemor, quamprimum armare Achæos, & cum Aetolis congredi festinabat. Quam ob rem ante diem quintum, quàm inire magistratum debebat, accepto à Timoxene publico signo literas ciuitatib. scripsit, quibus cogi in arma iuuentutẽ, & Megalopolim conuenire iussit. De cuius ingenio antequã reliqua exequar, pauca mihi dicenda existimaui. Aratus igitur in reb. ciuilibus uir usquequaq; perfectus fuit. Nam & facundè eloqui, & prudenter excogitare, & diligenter exequi omnia poterat: in tolerandis ciuilib. discordijs mitis, in amicitijs societatibusq; iungendis nemini secundus. Iam uerò fallere hostẽ, moliri insidias, machinas intendere, postremò hęc omnia perducere ad finẽ, idoneus erat, uir cùm singulari audacia fretus, tum tolerandis laboribus atq; periculis à pueritia assuetus. Cuius rei cùm multa sunt testimonia, tum ea in primis, quòd Sicyonem & Mantineam Achæis tradidit, Pellenem fugatis Aetolis cepit, Corinthi arce, quam Acrocorinthum uocant, potitus est. Hic ipse, si quando acie dimicare cogebat, in consilijs segnis, in subeundis periculis timidus erat, nec periculum facietenus sustineri poterat. Quam ob rem triumphis ad se spectãtibus omnem Peloponnesum expleuit. Vsqueadeò natura hominũ non solũ corpora, uerumetiã animos sui dissimiles finxit, ut sæpenumero unus idemq; homo non modò in rebus diuersis, hic quidem fortiter, illic segniter se gerat, sed in similimis quoq; rebus modò inauditã celeritatẽ, aliàs incredibilem ignauiam ostendat: & aliquando quidem fortissimus, nonnunquam uerò timidissimus uideatur: Non sunt autẽ ista paradoxa, sed consueta & nota illis qui animaduertere uolunt. Quippe multos in uenationibus cernimus aduersus feruissimas feras audacissimos esse: quos si ad arma, hostesq; transtuleris, ignaui socordesq; apparebunt. In rebus uerò bellicis, plericq; singulari certamine acerrimi sunt, qui in acie nullius precij. Thessalicos equites, conserto prælio, insuperabiles esse constat. Eosdem, si per partes attentaueris, lacerare, capereq; facilimum erit. De Aetolis contrariũ euenit. At Cretenses terrestribus aenaualibus prælijs ad insidias, furta, rapinas, nocturnos insultus, & omnia doli genera promptissimi sunt. In prælio uerò dispositis cohortibus segnes, timidi, ac prorsus inutiles. His Achæi atq; Macedones planè contrarij. Hæc idcireo breuiter memorauimus, ne quis fortè miretur, ac propterea historiæ detrahat fidẽ, si quando eosdem uiros in rebus similibus dissimiles fuisse ostendimus. Nunc eò unde discessimus, reuertamur. Congregatis Megalopoli omnibus, quibus apta ad res bellicas ætas erat, Messenij rursus ad Achęos uenere, rogãtes ne se contemnerent, ita palàm ab Aetolis iniuria affectos, uelle se, si cum bona uoluntate eorum fiat, inter socios eorũ adscribi. Nihil in posterũ, quod ad communem societatẽ pertineat, recusaturos. Achęorũ principes, quatenus ad societatem attinet, nihil à se fieri posse respondent. Neq; enim sibi licere inconsulto Philippo, ac socijs, quenquã in societatem admittere, durante adhuc fœdere, quod tempore Cleomenici belli duce Antigono inter Achæos, Epirotas, Phocenses, Macedonas, Bœotios, Arcadas, Thessalosq; initum fuerat. Verùm libenter illis præsidio futuros, si ipsi liberos suos obsides Lacedæmonijs tradant: spondeantq; nunquã se cum Aetolis, nisi consentientib. Achæis, fœdus aut pacem facturos. Lacedæmonij quoq; per id tempus cum exercitu iuxta Megalopolim conuenerant, non tam sub specie sociorũ, quàm ut euentum rei expectarent. Aratus rebus cum Messenijs ita compositis, legatos ad Aetolos mittit, qui eos iubeant ex agro Messeniorum copias reducere, neq;

deinceps

deinceps illos infestare, neq; Achæorum agrum attingere. Si secus fecerint, se eos pro hostibus habiturum. Scopas & Dorimachus, audiris legatorum mandatis, & Achæorum apparatu cognito, parendum in præsentia Arato statuerunt. Quamobrem missis statim Cyllenem, & ad Aristonem Aetolorum ducem literis, nauigia exposcunt. Ipsi biduo pòst præmissa præda discessere, itinere uersus Elienses facto. Quippe ea gens semper in fide Aetolorum permanserat. Aratus temerè illos, uti statuerant, discessuros ratus, copijs uerò omnibus dimissis, in suam cuiq; domum abeundi potestatẽ fecit. Ipse duntaxat cum tribus millibus peditum, & trecentis equitibus, hoc est, ijs qui sub Taurione erant, Patras contendit, quò se abeuntibus Aetolis opponeret. Dorimachus ea re cognita, ueritus ne sibi profectio impediretur, prædam quidem, addito sufficienti præsidio, ad naues mittit: iussis, quos ad eã uehendam destinauerat, ut sibi ad Rhium, unde soluere statuerat, occurrerent. Ipse prædam parumper comitatus, non longè pòst cõuerso itinere Olympiam uenit. Hic, cum per exploratores cognouisset, Taurionem cum ijs quas suprà diximus, copijs iuxta Clitorium esse, ueritus ne propterea ex Rhio sine certamine aut periculo soluere posset, optimum factu existimauit, si omni amputata mora cum Arato decerneret, quòd Aratus & paucis admodum copijs stipatus, & futurę rei ignarus erat. Cogitabat enim se, si hostes fudisset, antequã rursus Achæi congregarentur, uastata undiq; prouincia, tutum per Rhium, quà decreuerat, discessum facere posse. Si uerò Achæi per formidinẽ pugna abstinerent, liberè se, qua uellet, sine ullo discrimine transitum habiturũ. His rationibus permotus, castra non longè à Megalopoli iuxta Methydrium posuit. Achæi cognito Aetolorum aduentu, adeò imprudenter præsentibus rebus usi sunt, ut nihil ad cumulum stultitiæ reliquerint. Primò enim Clitorio profecti, iuxta Caphias castrametati sunt. Postea Aetolis à Methydrio per Orchomenum transeuntibus, in Caphiensium agrum copias deduxere, præterfluenti amne ueluti quodam munimento clausi. Aetoli tum propter loci iniquitatem (siquidem ante id flumen multæ & profundissimæ fossæ erant) tum ne fortè inter hæc Achæorum copiæ cogerentur, relicto pugnandi proposito, Olygyrtum uersus, eo quo constiterant ordine, procedunt, callidè omnia obseruantes, ne à quopiam inter eundum ad cõfligendum cogerentur. Aratus, cum Aetolorum pedestres copię serè ad iugum montis peruenissent, nec longè pòst equitatus omnis per campos insequeretur, equites, ac leuioris armaturæ milites duce Acarnane in hostes emittit, iussos, ut cũ equitibus congrederentur, & fortunam belli tentarent. Quod sanè imprudẽter factum est. Nam si capessendũ prælium fuit, non cum posterioribus congredi oportebat, cum iam à mõtibus non longè abessent: sed cum primis, antequam ad summa conscenderent. Sic enim futurum fuerat omne in campis certamen. Quæres & Aetolis ob genus armaturæ, atq; adeò omnem ordinem pugnandi, sine dubio cladem, & Achæis uictoriam peperisset. Sed Aratus oblatam sibi & loci & temporis opportunitatem in hostes per imprudentiam transmittit. Siquidẽ Aetoli simulac uenientes Achæos perspexere, omni qua possunt celeritate ad montem contendunt, festinantes se cum peditibus suis coniungere. Aratus nec satis quid actum foret conspicatus, nec consilium hostium intelligens, cum primùm currentes uersus montem equites animaduertit, fugere eos ratus, ferentarios ab utroq; cornu dimittit. Hos expeditis atq; equitibus ferre suppetias iubet. Ipse cum reliquis copijs lõgo cornu facto, eódem anxius festinat. Equites Aetolorum, ubi ad radices montium uentum est, remissius aliquanto procedere, peditesq; ingenti clamore reuocare cœperunt. Quibus repentè in subsidium suorum confluentibus, ubi se numero haud inferiores hostibus intellexerunt, in equitatum Achæorum conuersi, cum & multitudine hominum, & loci opportunitate præstarent, impetum in eos faciunt. Maximis utrinq; uiribus certatur, uictoria aliquandiu anceps fuit. Tandem uerò Achæorũ equites repulsi. Quibus fugientibus, cum ferentarij, qui

in eorum subsidium missi fuerant, obuiassent, partim nouitate rei perterriti, partim impetu fugientium suorum reiecti, ipsi quoq; idem facere sunt coacti. Quibus ex rebus accidit, ut qui in acie uicti sunt, uix quingenti: qui uerò fugę se commisere, supra duo millia hominum fuerint. Aetoli quid agendum foret, ab ipsa re edocti, cum clamore atq; lætitia Achæos insequũtur. Illi eodem in loco, atq; eo quo dimiserant ordine consistere suos rati, ad Aratum confugiunt: quare fuga eorum & honesta principiò, & salutaris uidebatur. Vbi uerò illos etiam loco motos, longo ac perturbato ordine incedere conspexerunt, alij per diuersa itinera fugientes, salutem quæsiuere: alij cursu in suos facto, ipsi se inuicem, non expectatis hostibus, profligarunt. Itaq; tandem omnes in fugam uersi, in propinquas se urbes receperũt: siquidem Orchomenus & Caphiæ non longè aberant. Quod nisi accidisset, omnes eo die aut capti, aut trucidati ab hostibus fuissent. Hæc igitur clades Achæorum prope Caphias fuit. Megalopolitani, cum eis nunciatum esset, Aetolos iuxta Methydriũ castrameratos esse, omnes una uoce congregati, postridie eius diei, quo gestum id bellum fuerat, in subsidium Achæorum cõtendère. Et cum quibus uiuentibus pugnaturos se aduersus hostes sperabant, eosdem sepelire ab hostibus interfectos sunt coacti. Parata igitur ingenti ac profunda fossa, ac mortuorum corporibus congregatis, iusta eis more patrio persoluerunt. Aetoli præter spem uictoria potiti, liberè iam per mediam Peloponnesum iter facere. Quo tempore tentata Pellenesium ciuitate, & agro Sicyoniorum deuastato, tandem per Isthmi angustias abierunt. Causæ igitur socialis belli hæ, quas suprà diximus, fuere. Initium uerò ex decreto ortũ, quod postea inter socios factum fuit: & Corinthi, quò omnes ob eam causam conuenerant, Philippo quoq; Macedonum duce approbante confirmatũ. Achæi paucis interiectis diebus, in concilio congregati, publicè & priuatim Aratum detestabãtur, ut qui tantæ cladis ac iacturæ autor fuisset. Quapropter augentibus factũ diuersæ in repub. factionis hominibus, longè magis multitudo omnis incendebatur. In hoc enim primò uidebatur ab eo grauiter peccatum, quòd magistratu ante tempus suscepto, sublatisq; alterius partibus, res erat adgressus, quas antea quoq; sępenumero infœliciter gesserat. Deinde etism grauius, quòd commorantibus adhuc in medio Peloponneso Aetolorum ducibus, Achæorum exercitum dimiserat: quamuis Scopam & Dorimachũ iam antea in hoc esse cognouisset, ut fracta pace, bello res turbarent. Tertiò, quòd ita paucis stipatus copijs prælium susceperat, præsertim nulla urgente necessitate, cum tutò se in proximas ciuitates recipere potuisset, quousq; denuò Achæi congregarentur: & tunc, si id omnino commodũ foret, prælium inire. Postremò, quòd ita imprudenter rebus bellicis usus erat, ut omissa per ignauiam camporũ opportunitate, ubi sui sine dubio pręualuissent, hostes in montibus per leuioris armaturę milites esset adgressus, quo nihil accidere Aetolis utilius aut opportunius poterat. Veruntamen simulatq; Aratus redijt, & concilium ingressus commemorare cœpit res ante eum diem à se pro salute reip. gestas, ac proximæ cladis rationes attulit, seq; non fuisse eius causam, ut falso inimici calumniarentur, expoluit: postremò etiam ueniam petijt, & si quid à se erratũ esset, debere Achæos, ostendit, non tam acriter & seuerè, quàm piè atq; humaniter euentum rei considerare: tanta repentè mutatio animorum facta est, ut plebs quæ modò ita infensa Arato uidebatur, mox omne odium in diuersæ factionis homines transtulerit, ac iam de cætero quibuscunq; in rebus Arati consilium atq; sententiam secuta sit. Hæc igitur centesima & trigesimanona Olympiade gesta sunt: quę uerò sequuntur, centesima & quadragesima. Decretum igitur erat ab Achęis, ut legati ad Epirotas, Bœotios, Phocenses, Acarnanes, & Philippum Macedoniæ regem mitterentur, qui ostẽderent, quomodo bis iam Aetoli contra leges fœderis Achaiam ingressi forẽt, peterentq; ab eis ex fœdere præsidium: præterea ut Messenios in societatem ascisceret, ut dux Achæorum peditum quinq; millia & quingentos equites pararet, & Messe-

nijs, si iterum ab Aetolis infestarentur, subsidium ferret. Præterea cum Lacedæmonijs Messenijsq; componeret, quibus copijs pedestribus atq; equestribus ad communes usus deberent esse instructi. Quæ postquam decreta sunt, Achæi memoratam cladem magno ac forti animo ferentes, neque Messeniorum rem, neq; propositum suum destituere. Legati mandata diligenter prosequi: dux iuuentutem, uti iussum fuerat, cogere: cum Lacedæmonijs Messenijsq; componere, ut peditum utrique duo millia & quingentos, ducentos & quinquaginta equites pararent: quò multitudo omnis ad bellum instructa, ad decem millia peditum forent, equites mille. Aetoli, cum iam concilij tempus aduenisset, congregata multitudine, pacem agere cum Lacedæmonijs, ac Messenijs, cæterisq; propinquis populis statuerunt, partim angustia rerum coacti, partim dolo, ut socios atque amicos Achæorum debilitarent. Cum Achæis uerò ita rem componere decreuerunt, si à Messeniorum societate desisterent. Sin uerò in proposito permanerent, bello aggrediendos iudicauere. Quo quid dici irrationabilius potest? nam cum Achæi cum Messenijs societate iuncti essent, si quidem in ea persisterent, bellum Achæis indicebant: si uerò Messeniorum hostes fierent, pacem eis pollicebantur. Quamobrem aduersantibus sibi inuicem rebus, locum habere petitiones eorũ nequiuere. Epirotæ, & Philippus rex, auditis quæ relata per legatos fuerant, Messenios in societatem acceperunt. De iniurijs uerò Aetolorum, etsi nonnihil sunt indignati, nullam tamen suscipere admirationem uisi: quòd illi huiusmodi rebus assueti, nihil noui moliri uidebantur. Itaque non inuiti cum eis in pace perseuerabant. Ita interdum inueteratæ ac continuæ iniuriæ potius quàm nouæ & insolitæ, ueniam consequuntur. Aetoli igitur his modis usi, deuastata frequentibus incursionibus Græcia, & illatis sæpenumero prius quàm indictis bellis, ne respondere quidẽ de iniurijs querentibus dignabantur: sæpe etiam petentes à se gestarum, siue gerendarum rerum rationem, aspernabantur, atque irridebant. Lacedæmonij, etsi nuper opera Achæorum ab Antigono in libertatem fuerant restituti, Philippo'que & Macedonibus promiserant, nihil se aduersum eos molituros, missis tamen clam ad Aetolos legatis, secretam cum ijs amicitiam ac societatem firmauerunt. Congregato interea Achæorum exercitu, Lacedæmonijsq; ac Messenijs, uti statutum fuerat, ad subsidium paratis, Scerdilaidas & Demetrius cum nonaginta lembis ex Illyrio nauigantes, præter fœdus cum Romanis percussum, Issum transgressi sunt. Qui primò tentata Pylo, cum aliquandiu urbem oppugnauissent, tandem non sine dedecore sunt repulsi. Post hæc Demetrius cum quinquaginta lembis cursu in Cyclades facto, insulas populatur, nõnullas q; per proditionem capit. Scerdilaidas uerò cum reliquis quadraginta lembis Naupactum contendit, fretus amicitia Amyntæ Athamanorum regis, cui affinitate coniunctus erat. Hic per Agelaũ init cum Aetolis fœdus, ut æquè diuisa præda, una cum eis in Achaiam proficisceretur. Quod postquam inter Scerdilaidam, & Agelaum, Dorimachum, ac Scopam conuenit, congregatis undique Aetolis, una cum Illyrijs, complice etiam Scytheorum ciuitate existente, in Achaiam irruerunt. Ariston Aetolorum dux, perinde ac si earum rerum ignarus esset, domi in quiete permanebat, pacem sibi, non bellum cum Achæis asserens esse: imprudenter sanè, ac planè pueriliter. Quid enim stultius, quàm res claras atque euidentes putare uerbis diutius posse celari? Post hæc Dorimachus cum suis incredibili celeritate Cynetham uenit. Cynethenses, ut qui longo iam tempore Arcades fuerant, maximis iam olim & continuis seditionibus uexabantur: uariæ apud eos cædes, exilia, rapinæ, regionis oppressio fiebant. Accidit tandem, ut qui Achæorum partes sequebantur, principatum in urbe obtinerent. Quare & custodes murorum, & ducem ciuitatis ex Achaia habebant. Quæ cum ita essent, non multis annis ante Aetolorum aduentum, cum exules ad eos qui in urbe erant, transmississent, & de receptione in gratiam, atque cõcordia precati essent, præsides ciuitatis eorum

uerbis perſuaſi, legatos ad Achæos miſere, eam concordiam cum conſilio atque ſententia eorum perficere uolentes. Quibus id mox conſentientibus Achæis, quòd utriuſque fidem ac beneuolentiam conſtantem erga ſe futuram arbitrabantur, cum & hi qui intra urbem erant, omneis ſpes ſuas in Achæis haberent, & illi beneficio Achæorum ſe conſeruatos exiſtimaturi forent, Cynethenſes & præſidium, & ducem Achæorum ex urbe emiſere. Exules uero numero circiter trecentos intra urbem aſciuerunt, recepta ab ijs fide, &, quibus religioſius aſtringi mortales poſſunt, adhibitis ſacramentis. Verùm illi nulla cauſa, ſiue occaſione moliendi res nouas expectata, ſimulatque intra urbem admiſsi, conſilium prodendæ ciuitatis, ulciſcendiq; conſeruatores ſuos inierunt: ut mihi uideantur inter uictimarum cædes, cum fidem ac iuſiurandum inuicem præſtabant, tunc maximè de impietate in deum, & crudelitate in conſeruatores capitis ſui cogitaſſe. uix enim intra mœnia recepti, Aetolos, quibus urbem proderent, aduocauere, quo & ſeruatores ſuos, & patriam funditus ſubuerterent. Res hunc in modum perfecta fuit. Nonnulli ex ijs qui ab exilio fuerant reuerſi, polemarchi ſunt creati. qui magiſtratus claudendarum portarum urbis curam habebat, & claues noctu detinebat, & interdiu ad cuſtodiam portarum commorabatur. Aetoli paratis ſcalis, cęterisq; rebus neceſſarijs, tempus perficiendæ rei præſtolabantur. Polemarchi interfectis diuerſæ factionis collegis, portam ciuitatis recluſere. Quo facto, repentè Aetoli alij per portam ingredi, alij admotis ſcalis mœnia cõſcendere. Tum turbata nouitate rei uniuerſa ciuitas paſsim ruere, omnia terrore tumultuq; compleri: cum neque portæ ſuccurrere poſſunt, hoſtibus certatim è muris proſilientibus: neque mœnibus ſubuenire, eiſdem per portam cateruatim ingredientibus. Quamobrem Aetoli eueſtigio urbe potiti, ex omnibus rebus à ſe per iniuriam perpetratis, hoc unum iuſtiſsimè fecerunt, quòd interfectis ſtatim urbis proditoribus, omnes eorum fortunas diripuere. Idem tamen poſtea in cæteros quoque patratum, ſiquidem ſubſtantia omnis ablata: multi Cynethei ſtrangulabantur, ut ſi quid celatum eſſet, confiterentur. Per hunc modum capta urbe, paucos poſt dies relicto in ea ſufficienti præſidio, cum exercitu uerſus Luſas diſceſſerunt. Vbi cum templo Dianæ appropinquaſſent, quod eſt inter Clitorium & Cynetham, ac ueluti aſylum à Græcis habetur, populari greges atque armenta deæ, ac omnes diuitias fani expilare uoluerunt. Sed Luſiatæ ad reprimendam gentis impietatem, partem earum rerum ſponte illis obtulere. Qua accepta, Aetoli ſubitò profecti, non longè à Clitorio caſtrametati ſunt. Per idem tempus Aratus dux Achæorum, legatos ad Philippum miſerat, qui auxilia accerſirent, delectos undique aduocarat: à Lacedæmonijs atque Meſſenijs eos, qui ex fœdere debebantur, petierat. Aetoli primò hortari Clitorienſes cœperunt, ut dimiſsis Achæis, ſecum inirent ſocietatem. Quos deinde abnuenteis, uarijs certaminibus infeſtabãt: & admotis ſcalis, tranſcendere urbis mœnia nitebantur. Verùm ciuibus magno ac forti animo propugnantibus, ſpe capiendę ciuitatis ad extremum deſtituti, obſidionem diſſoluere: ac rurſus Cynetham reuerſi, direptis deæ gregibus atque armentis, tradere urbem Elienſibus uoluere. Quibus donum reſpuentibus, ipſi per ſe cuſtodire decreuerunt, Eurípide duce in ea conſtituto. Poſt hæc fama aduenientis è Macedonia præſidij, & apparatu Achęorum perterriti, urbem incenderunt: & uerſus Rhium denuò profecti, illac facere tranſitum ſtatuerunt. Taurion, intellecto Aetolorum progreſſu, & Cynethę excidio cognito, cum nunciatum eſſet, Demetrium Pharium à Cycladibus Cenchreas aduenìſſe, hortatus eſt eum ad ferendam Achęis opem, & Aetolorum tranſitum, tranſportatis per Iſthmum lembis, impediendum. Demetrius utili quidem, ſed minimè honeſta ab inſulis profectione facta, quòd Rhodij aduerſus eum cum claſſe nauigarant, libenter Taurioni paruit, præſertim ſumptus ad tranſportationem lemborum neceſſarios ſuppeditanti. Quamobrem tranſuectis per Iſthmum lembis, cum Aetolos biduo antè tranſiſſe

intel-

intellexissent, maritima quædam eorum loca populatus, rursus Corinthum nauigauit. Lacedæmonij rebus, sicuti suprà diximus, cum Aetolis clam compositis, auxilia, uti ex fœdere conuenerat, mittere differebant, paucis quibusdam equitibus peditibusq; dissimulandi gratia missis. Aratus, ut ciuium potius, quàm ducum officium exercerent, suos admonebat: tamdiuq; in quiete permansit, acceptæ cladis memor, quoad Scopas & Dorimachus deuastata passim prouincia, rebusq; omnibus ex sententia peractis, domum sunt regressi. Quanquam haud difficile fuisset, per aspera interdum atque angusta proficiscentes loca opprimere. Cynethenses, etsi ingentem passi sunt rerum omnium iacturam, & serè ultimis affecti supplicijs, tamen meritò luisse pœnas, ab omnibus, quibus res cognita erat, iudicati sunt. Quoniã uerò Arcadũ gens quandam apud omnes uirtutis famam habet, non solùm propter humanitatem erga peregrinos, & benignitatem erga quosuis homines, uerùm etiam ob pietatem atq; obseruantiam in deos, operæprecium existimauimus, aliquid de feritate Cynethensium breuiter referre: & quo pacto, cum confessione omnium Arcades essent, tantum à reliquis Græcis ea tempestate scelere ac crudelitate differrent, exponere. Mihi profectò uidetur ideo hoc eis accidisse, quia id quod à maioribus suis sapiẽtissimè, ac ductu naturæ circa cunctos Arcadiæ incolas fuerat inuentum, & primi, & soli omnium Arcadum reliquerunt. Musicam enim (de uera nunc Musica loquor) uniuersis hominibus utilem esse constat, Arcadibus uerò etiam necessariam. Neque uerum est, quod Ephorus haudquaquam rectè pronuncians, in procœmio Historiarum scribit, Musicam ad fallendos ac deludendos homines inuentam esse. Neque existimandum, ueteres Cretenses ac Lacedæmonios superuacuò tibiam ac rhythmos pro tuba in bellum introduxisse: neque antiquissimos Arcadas tanto in honore musicam in eorũ rebus publicis habuisse, ut in ea non solùm pueros, uerùm etiam adolescentes & iuuenes usque ad trigesimum annum necessariò exerceri uellent, homines alioquin uitæ difficilis atque austeræ. Haud enim est obscurum, apud solos uerò Arcadas pueros ab ineunte ætate secundum leges, hymnos canere, & Pæana: quibus singuli iuxta patriæ morem genia, & heroas, & deos laudare consuerunt. Post hæc Philoxeni & Timothei disciplinis instructi, cum cantibus & choreis annuos ludos Libero patri faciunt pueri quidam, quos pueriles uocant: iuuenes, quos uiriles. Omnis denicp eorum uita in huiusmodi cãtionibus uersatur: non tam quòd audiendis modulis delectentur, quàm ut se inuicem cantando exerceant. Ad hæc, si quis aliquid in cæteris artibus ignoret, nulla apud eos ignominia habetur. Musicam uerò neque ignorare quisquam eorum potest, quia necessariò discitur: neque fateri nescire, quia hoc apud eos turpissimum putatur. Postremò spectacula ac ludos in theatris cum cantibus & choreis singulis quibusque annis publicis sumptibus adolescentes ciuibus præbent. Quæ res mihi quidem uidentur ab eorum maioribus sapientissimè fuisse institutæ, non deliciarum aut lasciuiæ gratia: sed cum animaduerterent assiduos eius gentis labores in colendis agris, & duritiam atque asperitatem uitæ, præterea etiam morum austeritatem, quæ ex frigiditate ac tristitia aeris prouenit, cui nos similes gigni necessariò oportet (non enim obscurum est, plagas cœli esse, quæ gentes moribus, & forma, & colore, & plerisque disciplinis inter se dissimiles faciunt) uolentes mitem atque tractabilem reddere naturam, quæ per se ferocior ac durior uidebatur, primò ea omnia quæ suprà memorauimus, introduxerunt: deinde conuentus communes, & sacrificia plurima, in quibus uiri ac mulieres congregarentur: postremò uirginum ac puerorum choros. Quæ omnia ad eum finem fecere, ut id quod in animis hominum natura durius erat, consuetudine placaretur, ac mitius fieret. Verùm Cynethenses, cum interiecto tempore hæc spernere cœpissent, quæ eis præter cæteros necessaria erant, utpote in frigidiori Arcadiæ parte cõmorantibus, ad cupiditatem ambitionemq;

De Musica

bitionem q̃ cõuersi, in tantam breui tempore feritatem deuenere, ut in nulla Græciæ ciuitate maiora scelera, aut frequentiores crudelitates cõmitterentur. Est autem apertissimum testimonium peruersitatis eorum, quòd cæteri omnes Arcadiæ populi mores, uitamq̃ eorum detestabantur. Nam quodam tempore Cynethenses post ingentem illam seditionem legatos Spartam misere, in quamcunq̃ ciuitatem Arcadiæ eundo sunt ingressi, ex ea mox per ignominiam fuerunt expulsi, & reditus ad eam interdictus. Mãtinienses etiam post eorum discessum expiationibus ac sacrificijs ciuitatem, & circunstantia quæcunq̃ loca purgauere. Hæc autem propterea à nobis commemorata sunt, ut ciuitates Arcadiæ admoneremus, ne à communi patriæ instituto discederẽt: tum ne quis lasciuiæ gratia usq̃adeò indulsisse musicæ eam gentem arbitretur, & propterea consuetudinem eorum irrideret: postremò & Cynethẽsium causa, ut si quando Deus permiserit, ad disciplinam conuersi, mores induant meliores, & musicam amplectantur. Nam ea duntaxat ratione contractã hactenus feritatem ponere & excutere poterunt. Nunc quoniam satis superq̃ de Cynethensiũ morib. atq̃ interitu diximus, rursus ad id unde discessimus, reuertamur. Aetoli igitur peragrata, ut suprà diximus, Peloponneso, atq̃ omni regione ferro igniq̃ uastata, domum fuerant regressi. Philippus autẽ Macedoniæ rex cum exercitu in subsidiũ Achæorum Corinthũ uenerat. Verùm cum se peracta re uenisse intellexisset, missis ad socios tabellarijs, unũquemq̃ hortatus est, ut ad se Corinthum mitterent, qui de communibus rebus consulerent, quæ uiderentur. Ipse Tegeam uersus mouit exercitum, quòd Lacedæmonios intellexerat maximis inter se seditionibus ac cædibus uexari. Lacedæmonij enim, cum longo tempore sub regibus esse consueuissent, tunc recuperata duce Antigono libertate, neminem, cui omnes parerent, habentes, dum æquam in repub. partẽ obtinere singuli cupiunt, in uarias dissensiones deuenere. Duo è præsidib. urbis consiliũ suum ita occultabant, ut à nemine posset intelligi. Reliqui tres apertè cum Aetolis sentiebant, existimãtes Philippum nihil adhuc per ætatem in Peloponneso posse innouare. Postquã autem præter spem atq̃ expectationem suam nunciatũ est de regressu Aetolorum è Peloponneso, & Philippi regis è Macedonia aduentu, tres urbis præsides, cum non satis fiderent alteri è duobus, cui Adimanto nomen erat, quòd consiliorum omnium cõscius, haud æquo animo facta eorum ferre uidebatur, ueriti ne aduenienti Philippo omnia proderentur, consilium suum quibusdã iuuenibus aperuerunt: deinde per præconem conuocari armatam multitudinem in templũ ærario uicinum iussere, tanquã Macedonibus aduersus Spartanos uenientibus. Quibus cuestigio ob nouitatem rei cõgregatis, Adimantus id grauiter ferens, in publicum processit. Arqui antea, inquit, hæc præconia, & has armatorum hominum congregationes fieri oportebat, cum Aetolos hostes Lacedæmoniorum audiebamus confinijs nostris appropinquare: non nunc, cum Macedonas benefactores & conseruatores nostros cum rege suo uenire intelligimus. Quæ adhuc illo uociferante, irruens cum impetu iuuentus diuersis uulneribus eum confodit, & unà Sthenelaum, Alcamenẽ, Thyestem, Bionidem, alios q̃ complures. Polyphontes autẽ cum suis, tamdiu præuisis futuris, ad Philippum fugit. Quæ cum ita essent, præsides Lacedæmoniorum legatos ad regem miserunt, qui culpam patrati facinoris in peremptos reijcerent. Præterea regem hortarentur, ne ultra progredi uellet, antequã res in urbe componerentur, Lacedæmonios fidem atq̃ amicitiam cum Macedonibus inuiolatam seruare ostẽderent. Legati cum Philippo obuiam essent iuxta Parthenium montem, mandata peregere. Quę cum audisset Philippus, eos hortatus est, ut quamcelerrimè domum reuerterentur, nunciarentq̃ præsidibus, se mox Tegeam exercitum reducturũ, debere ipsos ad se quam primùm uiros primarios Corinthum mittere, qui de præsentibus rebus consulterent. Per hunc modum reuersis oratoribus, & responso Philippi nunciato, præsi-

des decem è præcipuis ciuitatis ad regem miserunt, è quibus præcipuus erat Omias. Qui Tegeam profecti, cum concilium regis ingressi forent, in Adimantum ac sequaces eius grauissimis sunt uerbis inuecti, tanquam eius seditionis causa extitisset. Deinde nihil prætermisere, quod ad conciliandam sibi regis beneuolentiam pertinere arbitrarentur, omnia se facturos polliciti, quibus manifestum fieret, se in societate atq; amicitia cum rege permanere. His atq; alijs huiusce modi expositis, Lacedæmonij ex cõcilio abierunt. Macedonum uariæ de his rebus sententiæ fuere. Alij enim cognitis, quę Spartani clam cum Aetolis moliebantur, & Adimantum ob amicitiam Macedonum interfectum existimantes, cõsulere regi cœperũt, ut de Lacedæmonijs exemplum cæteris præberet, quemadmodum Alexãder mox atq; principatũ accepisset, de Thebanis fecerat. Alij seniores eam ultionem grauiorem esse dicebant, quàm facta eorum mererentur: admonendos esse duntaxat eiusmodi rerum autores, & ab administratione reipublicæ remouendos, gubernationem ciuitatis amicis suis tradendam. Post omnes rex sententiam dixit, si tamen regis fuisse eam sententiam putandum est. Neq; enim uerisimile uidetur, puerum qui uix decimumseptimum ætatis annum excessisset, de talibus tantisq; rebus potuisse iudicare. Sed scriptorem historiæ decet firmatas in concilijs sententias principibus tribuere, quorum nutu omnia gubernantur. Qui uerò historiã aut legunt, aut audiunt, existimare debent, eiusmodi sententias eorum esse, qui sunt cùm prudẽtiores, tum proximiores principibus: ut si quis hanc Arato tribuerit, cuius tum maxima erat apud regem autoritas. Philippus igitur, si quid aduersus se priuatim socij molirẽtur, sua inquit interesse, illos duntaxat uerbis aut literis admonere. Si quid uerò publicè in socios committerent, publica pœna atq; animaduersione esse plectendos. A' Lacedæmonijs nihil cõtra communem societatem patratum esse, immo sponte illos sese obtulisse omnia pro Macedonibus facturos. Proinde nihil esse aduersus ipsos grauius consulendum: cum iniquum sit, quibus hostibus pater pepercisset, eosdem se leuissima ex causa ulciscí. Cõfirmata regis sententia, mox Petreus Philippi amicus eligitur, qui Lacedæmonem cum legatis proficiscatur. Is in mandatis habet, hortari ad amicitiam Spartanos, & iusiurãdum de societate fideq; seruãda dare simul atq; accipere. Post hæc Philippus motis castris, rursus Corinthum rediit, optima spe præstantissimæ indolis socijs relicta, quòd tam benigniter se erga Lacedæmonios habuisset. Compertis Corinthi sociorum legatis, qui eò, uti iussum fuerat, omnes conuenerant, de communibus Græciæ rebus consulere cœperunt. Hic omnibus uno ore Aetolorum facta execrantibus, Bœotijs, quòd pacis tempore Mineruæ templum depopulati essent: Phocensibus, quòd positis iuxtà Ambrysum & Daulium castris, de capiendis ciuitatibus cõsuluissent: Epirotis, quòd omnem regionẽ ferro igniq; nastassent: Acarnanibus, quòd opulẽtissimum oppidum per insidias, admotis noctu scalis, occupare uoluissent. Postremò Achæis, quòd Carium Megalopolitanum cepissent, Patrensium ac Pharensium fines populabundi pereurrissent, Cynetham armis atq; incendio deleuissent, Dianæ templum ad Lusas expilassent, Clitorienses obsedissent: denicq; Pilum mari, Megalopolim terra infestassent: ad extremum omnes una uoce mouendum esse Aetolis bellum iudicauere. Facto igitur concilio, sanxerunt, ut ij omnes in societatem admitterentur, quorum urbes aut prouincias post mortem Demetrij, qui pater Philippi fuerat, Aetoli occupassent. Præterea si qui cõditione temporum coacti, societatẽ cum Aetolis inuiti fecissent, & ut ijs omnibus libertas pristina restitueretur, & ut patrijs legibus ac moribus uiuerent, permitteretur. Postremò, ut Amphictyonibus & leges, & potestas templi, quod ablatũ ab Aetolis fuerat, redderetur. Nam illius poreſtatẽ Aetoli sibi uindicabãt. Cũ igitur hæc ita decreta essent, cẽtesimę & quadragesimę Olympiadis anno primo, subitò sociale bellũ exarsit, ex Aetolorũ iniurijs, quas suprà memorauimus, iustissimè

ortum. Qui in concilio fuerant, subitò legatos ad socios mittunt, qui nunciarent, ut, sicuti decretum erat, ex sua quisq; regione bellum Aetolis moueret. Philippus quoque literas ad Aetolos dedit, ut si quid obiectis etiamnum respondere uellent, ad se uenirent. Quod si absque consensu sociorum propria authoritate moti, uastando ac populando omnia, nemini se putent facere iniuriam: aut si quibus iniuriam faciant, illi sese ulciscantur, authores esse belli, profectò omniū esse stultissimos. Aetoli acceptis literis, principiò haud uenturum esse regem sperantes, certum diem constituerunt, quo ad Rhium Philippo obuiarent. Post uerò, cognitis quæ acta in concilio fuerant, tabellarios ad regem misere, qui nunciarent, se antequam Aetolorum concilium fieret, nihil de rebus publicis posse decernere. Achæi congregato Aegij, ut mos erat, concilio, simul decretum omnes cõfirmarunt, simul Aetolis indixerunt bellum. Interea Philippus, Aegium cum uenisset, & multa humaniter atque amicè locutus esset, Achæi eius dicta summa benevolentia sunt complexi, & ueterem, qua cum maioribus eius deuincti fuerant, amicitiam cum Philippo renouarunt. Per idem tempus Aetoli, cum comitiorum dies aduenisset, ducem elegerunt Scopam, qui omnium superiorum motuum princeps atque author fuerat. Ad quam rem quid dicendum sit, ignoro. Etenim publico decreto bellum gerere, publica militia quæ sociorum sunt auferre, nec quenquam horum authorem punire, insuper magis ducem ex illis eligere, & commissorum facinorum duces & authores honore afficere, mihi omnis generis malicia refertum esse uidetur. Quid alius quisquã huiusmodi nequitiam uocaret? Manifestum id ex eo est. Lacedæmonij, cum Phœbidius Cadmianam societatem uiolasset, authorem eius mali puniuerunt: præsidium uerò non eduxerunt, quemadmodum eos decet, qui satisfacientes pro illata iniuria, contraria facere prioribus. Hoc enim diuersum erat à Thebæis. Rursus per præconium edicebant, ciuitates se dimittere liberas, ut suis ipsarum legibus uiuerent, iuxta pacem Antalcidanam. Haud tamen magistratus suos auferebant. Et cum Mantinienses socios uastassent, haud se iniuriam intulisse dicebant, quòd ex una eos ciuitate in plures transtulissent. Est hæc dementia cum malicia coniuncta, quando quis, ubi oculos suos clausit, à nemine se uideri putat. Itaque æmulatio ista utrique reipublicæ maximorum malorum causa extitit, quæ nemini prorsus rectè sentienti nec priuatim est, nec publicè imitanda.

Philippus accepta ab Achæis pecunia, in Macedoniam cum copijs rediit, ut delectum militum haberet, pararetq; quæ ad bellum opus essent. Maximam autem non solùm socijs, uerùm etiam uniuersæ Græciæ clementiæ ac magnanimitatis spem reliquit, ob decretum ex sententia omnium firmatum. Hæc eo tempore gesta sunt, quo Annibal dux Carthaginensium, omnibus quæ ultra Iberum erant in Hispania potitus, Saguntum obsidebat. Quod si principia rerum Annibalis in eorum tempora incidunt, quæ sunt in Græcia gesta, manifestum est, nos non sine causa superiori libro res ab Annibale gestas transtasse, cum ordinem sequamur temporum. Cum autem res Italicæ, & Græciæ, & Asiaticæ propria quidem principia haberent, exitus autem communes, necesse fuit narrationem quoque earum tamdiu propriam uniuscuiusq; esse, quoad in ea tempora uentum foret, quibus res prædictæ unà implicatæ, quasi ad unum finem dirigi cœperunt. Sic enim & singularum expositio fit manifestior, & coaceruatio omnium dilucidior. Sunt autem res omnes inter se mixtæ, & ad unum conuersæ finem, anno tertio, centesimæ & quadragesimæ Olympiadis. Quamobrem ea quę deinde secuta sunt, communiter exponemus. Quæ uerò ante id tempus fuere priuatim, suo quæq; loco superiori libro demonstrauimus: quò non solùm tempora se inuicem sequerentur, sed etiam rerum omniū quasi una societas fieret. Philippus igitur in Macedonia, dum in hybernis esset, nouũ militum delectũ habuit: quæ ad bellũ necessaria erant, parauit. Oppida à Barbarorum impetu, qui circa Spartam habitabant, commu-

communiuit. Post hæc ad Scerdilaidam profectus, agere de societate cœpit, pollicitusq; ei opem ad res Illyricas componendas, & simul Aetolos calumniatus, facile quod cupiebat, Scerdilaidæ persuasit. Haud enim priuata iniuria à publica differt, nisi multitudine & magnitudine eorum quæ cõtingunt. Est enim ita comparatum, ut etiam malorum societas, nisi æquitas atque iustitia fuerit seruata, facillimè infringatur: quemadmodum ea tempestate Aetolis accidit. Nam cum ita cum Scerdilaida cõposuissent, ut æquè inter utrosq; præda omnis diuideretur, si unà in Achaiam irrueret, persuasus eorum uerbis Scerdilaidas, simul Cynetham profectus est. Qua capta atq; direpta, Aetoli ingentem auri pecudumq; multitudinem abduxere: & diuisa inter se præda, Scerdilaidam omnino excluserunt. Quamobrem ira atq; indignatio, inuasit animum. Cuius memoriam cum renouasset Philippus, subitò cum eo societatem firmauit, his legibus, ut uiginti talenta annua acciperet, cum triginta lembis nauigaret, Aetolos mari infestaret. Philippus igitur hæc atque alia huiusmodi moliebatur. Legati, qui ad socios missi fuerãt, primò Acarnaniam appulere. Vbi expositis mandatis, Acarnanes subitò & decretum ingenuè confirmarunt, & Aetolis mouerunt bellum. Quanquam dari eis uenia poterat, id præter cæteros differentibus, cum ob propinquitatem regionis iustam causam timoris habere uiderentur, experti præsertim non multo antè tempore, quantum sibi obessent inimicitiæ Aetolorum: & ob id præcipuè, quòd seorsim facile subuerti potuissent. Sed mihi uidentur boni uiri atque præstantes nihil pluris facere debere, quàm ut necubi officiũ prætermittatur. Quod Acarnanes præter cæteros Græcos ubiq; semper seruauere, quamuis ab exiguis profecti initijs. Quo fit, ut nemo debeat esse segnior ad res suas cum hoc populo communicandas. Habet enim naturaliter, nescio quid, in animis erectum atque sublime, & libertatis appetens. Contrà Epirotæ, auditis quæ exposita per legatos fuerant, decretum quidem approbauere: bellũ autem non prius moturos Aetolis responderunt, quàm id Philippum regem secisse intelligerent. Deinde legatis Aetolorum responderunt, decretum esse Epirotis, quòd pacem cum illis seruare uellent: atq; ita rebus istis timidè sese & inconstanter accommodarunt. Siquidem & ad Ptolemæum regem missi legati, qui precarentur, ne uel pecuniam, uel commeatum, uel aliud genus subsidij aduersus Philippum & socios Aetolis subministraret. At Messenij, quorum causa id bellum exarserat, legatis, cum ad eos uenissent, responderunt, non antè se bellum Aetolis moturos, quàm Phigaleam urbem in montibus sitam, quam tum Aetoli per iniuriam tenebant, opera sociorum recuperassent. Quam sententiam inuita multitudine Oenes & Nicippus urbis præsides tulerunt, paucis quibusdam ex optimatibus eam approbantibus. In quo mihi uidentur ignorasse, quid se maximè deceret, & suæ reipublicæ conduceret. Equidem ita existimo, fugiendum quidem esse bellum: non tamen ita fugiendum, ut omnia, ne in id incidamus, sustinere perpetiq; uelimus. Quid enim uel æquabilitatem in republica, uel fiduciam, uel libertatis iucundissimũ nomen laudaremus, si nihil omnino esset paci anteponendum? Sed neq; Thebanos laudamus, quòd tempore Medici belli, ut à communi Græciæ periculo essent immunes, ea per formidinem elegere, de quibus postea periclitati sunt. Neq; Pindaro assentimur, qui in poematibus suis ciues hortatur, ut cæteris omnibus postpositis, pacem duntaxat & tranquillitatem amplectantur: ac pacem magnificè scrutatus, definit esse quietis terminum, & splendidam lucem. Verùm cum se persuasibiliter dixisse putaret, paulo pòst repertus est omnium turpissimam ac nocentissimam protulisse sententiam. Pax enim, si iusta & honesta sit, res est certè omnium rerum pulcherrima atque optima. Nihil tamen est aut faciendum iniustè, aut patiendum turpiter, ut pace frui ualeamus. Atqui præsides Messeniorum, atque optimates, habito mox ad priuata commoda respectu, affectatius semper quàm decebat, animos ad pacem inclinabant. Quamobrẽ multas sæpe occasiones atq; opportunitates

temporum

temporum nacti, aliquando uerò in pericula incidentes, eodem modo conti
nuè labebantur: semperq; idem propositum seruandæ pacis habentes, in ma-
xima sæpe discrimina patriam adducebant. Cuius rei causam hanc arbitror
fuisse, quòd cum duabus præcipuis Græciæ gentibus uicini essent, Arcadi-
bus ac Lacedæmonijs, quorum his semper inimici fuerant, illis fœdere amici
tiaq; coniuncti, nec Lacedæmoniorum tamen se hostes aperte ostendebant,
nec Arcadum amicos. Ex quo fiebat, ut cum prædictæ ciuitates uel inuicem,
uel aduersus alios bella gererent, Messenij pace fruerentur. Lacedæmonijs
uerò pace cum cæteris facta, in Messenios impetum facientibus, cum neq; ipsi
per se resistere illorum potentiæ ualerent, neque Arcadum auxilio, quorum
amicitiam conseruare nesciuerant, se tueri, uel seruire turpiter Lacedæmonijs
cogebantur, uel ut seruitutem euitarent, cum coniugibus filijsq; patriam re-
linquere. Quod eis non multo ante hæc tempora sæpenumero accidit. Vti-
namq; sit, ut hic status rerum in Peloponneso sic sit, quò quæ dicenda sunt, lo
cum non habeant. Si qua tamen unquam præsentium rerum mutatio acide-
rit, unam uideo tuendæ patriæ spem Messenijs ac Megalopolitanis fore, si
iuxta Epaminondæ sententiam omnibus in rebus, atque adeò omni tempo-
re inuicem consenserint, consiliaq; & res suas omnes unanimiter tractarint.
Quod uerum esse, etiam uetustissima eorum monumenta indicant. Messenij
enim tempore Aristomenis columnam, ut Calisthenes memorat, in templo
Iouis Lycij posuere, in qua hoc epigramma erat inscriptum: Inuenit tandem
tempus impio regi pœnam: Inuenere Messenij proditorem, duce Ioue. Diffi-
cile est, latere deos periurum hominem. Salue rex Iupiter, & Arcadiam serua.
Nam quia propriis sedibus expulsi erant, ueluti de secunda patria precari
deos uolentes, hoc epigramma inscripserunt: quod mihi quidem meritò ui-
dentur fecisse. Siquidem Arcades non solùm hos exules, & bello Aristome-
nico patrio solo electos intra urbem receperunt, & donatos ciuitate, consi-
lio opibusq; iuuerunt, uerùm etiam eorum filias nubere adolescentibus suis
permisere. Præterea inuestigata Aristocratis regis proditione, in pugna, quã
fossam uocant, non modò eum grauissimis cruciatibus interfecere, sed ex o-
mni eius genere impij sanguinis pœnas sumpserunt. Verùm omissis ueteri-
bus, ea quæ recentiora sunt, & post eam duarum urbium coniunctionem ac-
ciderunt, satis magnam his quæ diximus, fidem præstare possunt. Nam quo
tempore post magnam illam uictoriam, qua Græci iuxta Mantiniam ob mor
tem Epaminondæ potiti sunt, Lacedæmonij Messenijs à fœdere exclusis, eri-
gere spem ad res eorum occupandas cœpere: usqueadeò Megalopolitani,
atque omnes sociæ ciuitates in fauorem Messeniorum animos intenderunt,
ut eos statim in societatem acceperint, Lacedæmonios uerò solos ex omni-
bus Græcis à cõmuni fœdere excluserint. Quæ cum ita sint, quis est qui non
rectè à nobis dictum existimet, quod paulo antè memorauimus? Hæc ideo
pluribus uerbis de Arcadibus ac Messenijs sumus prosecuti, ut hi memores
cladium, quas ciuitatibus suis Lacedæmonij sæpe intulerunt, in fide amici-
tiaq; permaneant, nunquamq; uel timore alicuius rei, uel desiderio pacis, ubi
de salute agitur, inuicem deserant. Nunc eò, unde discessimus, reuertamur.
Lacedæmonij nunquam à moribus suis recedentes, legatos sociorum, nul-
lo eis dato responso, dimiserunt: tantum apud eos insciitiæ ac temeritatis in-
ualuerat. Quo fit, ut ego id esse uerum existimem, quod dici solet, temerita-
tem sæpenumero homines ad insaniam, & ad nihilum adducere solere. Post
hæc tamen, cum noui magistratus essent creati, hi qui principiò seditionem
in republica excitarant, & memoratarum cædium causa fuerant, missis ad
Aetolos nuncijs, ut legatos ad se mitterent, petierunt. Quod cum facillimè
impetrassent, paucisq; interiectis diebus, Machatas Aetolorum legatus La-
cedæmona uenisset, subitò ciuitatis præsides petunt, aduocandam esse con-
cionem dicentes, ad legatum Aetolorum audiendum, & regem iuxta institi-
tutum patriæ creandum: neque diutius patiendum, præter leges ciuitatis
Heracli-

Heraclidarum imperium dissolui. Præsides, etsi hunc statum rerum ægrè ferebant, tamen quia resistere illorum uiribus non poterāt, & iuuentutem formidabant, responderunt, de regibus quidē se postea cōsulturos: ad audiendum uerò Machatam, concionem statim aduocaturos. Congregata igitur multitudine, ingredi Machatas iussus, pluribus hortari cœpit ad societatē cum Aetolis ineundam, acerbè nimium & iniustè criminatus Macedonas, multaq; in Aetolorum laudem falso & supra modū locutus. Quibus expositis, cum concionem iniuisset, diu res inter populum uersa, sententiæ uariæ atq; ancipites fuere. Quidam enim Aetolorum partes sequi, & cum ijs ineundam esse societatem, affirmare. Alij his contradicere, & ad seruandam cum Macedonibus amicitiam hortari. Tandem uerò seniorum quidam cum surrexissent, reuocatis in memoriam Antigoni & Macedonum beneficijs, & clade, quam Charixeni & Timæi tempore acceperant, commemorata, quando Aetoli Spartanum agrum ingressi, omnia ferro igniq; uastarant, & ui ac dolo reductis exulibus ciuitati insidiati fuerant, plurimorum sententiam mutauere: & ad extremum multitudini persuasum, seruandā esse cum Philippo ac Macedonibus amicitiam. Quibus hunc in modum peractis, Machatas re, propter quam uenerat, infecta, Aetoliam redijt. Principes eius, quam suprà memorauimus, seditionis factum id ægrè ferentes, rem denuò moliri cœperunt omnium impijssimam. Congregari post aliquot dies armati iuuenes debebant, ad sacrificium annuum ex more patriæ peragendum. Id in templo Palladis fiebat. Præerant autem huic sacrificio ciuitatis præsides, qui in eo templo per eos dies commorabantur. Quamobrem nonnullos ex his, qui armati interesse ludis debebant, præmijs corruperunt. Hi constituto inter se tempore, dum præsides sacrificijs intentos uident, repētè eos aggressi, instar pecudum trucidāt: & quamuis in templo erant, quod ueluti asylum Lacedæmonij uenerabātur, & in quo nocentes omnes, etiam capitis damnati, salui esse consueuerant: eò tamen sæuitiæ audacia hominum processit, ut ante aras, & ad ipsam deæ mensam magistratus omnes interfecerint. Post hæc de senioribus, qui cum Hyrida senserant, simili modo suppliciū sumpsere. Et ijs qui Aetolis aduersabantur, urbe eiectis, nouos magistratus ex suis crearunt. Præterea societatē cum Aetolis fecere. Ita uno tempore & hostilem aduersus Achæos animum, & aduersus Macedonas ingratum ostenderunt. Maximam autem spem habebant in Cleomenis beneuolentia, cuius aduentum incredibili desiderio præstolabantur. Tantum mā suetudo atq; benignitas principum potest, ut non solùm cum sunt præsentes, uerùm etiam maximo interuallo diſiūcti, quosdam quasi fomites amoris & beneuolentiæ erga se in pectoribus hominum relinquant. Lacedæmonij enim triennio ferè post eiectum Cleomenem in administratione reipublicæ uersati, nunquam de creandis Lacedæmone regibus quicquam cogitauere. Vbi uerò de obitu Cleomenis nunciatum est, repentè ad creationem regum animos intenderunt. Primi autem in hac re fuere hi, qui principes seditionis extiterant, nuperq; cum Aetolis societatem inierant. Quamobrem unum quidem regem legitimè, & secundum instituta ciuitatis elegerunt, nomine Agesipolim, adhuc ætate puerum, filium autem Agesipolidis, filij Cleombroti. Huic tutorem dedere Cleomenem, Cleombroti filium, Agesipolidis germanum. Ex altera uerò familia, cum ex filia Hippomedontis duo filij Archidamo essent, qui Eudemidæ filius fuerat, Hippomedonte quoque ipso adhuc uiuente, Agesilai filio, & Eudemidæ nepote, præterea alijs compluribus ex eadem familia extantibus, contempto eorum genere, ijsq; omnibus posthabitis, Lycurgum elegerunt regem, ex cuius gente nemo unquam ad spem regni aspirauerat. Hic enim donato singulis magistratibus talento, ex familia Herculis appellatus, & rex Spartæ creatus est. Adeò semper mala omnia uendibilia fuere. Verùm haud multo pòst eempore, non filij, aut nepotes eorum, sed ipsimet huius criminis authores, stultitiæ ac temeritatis suæ pœnas luerunt.

Machatas,

Machatas, quæ Lacedæmone acta fuerant, edoctus, rursus Spartã rediit, magistratusq; & reges hortatus est ad bellum Achæis mouendum: per eum modum, inquiens, facile restingui posse Lacedæmoniorum ambitionem, qui diuersæ factionis forent, & Aetolorum societati aduersarentur. Quibus uerbis cũ persuasi magistratus ac reges essent, Machatas Aetoliã rediit, facile quod cupierat, ob Lacedæmoniorum inscitiam consecutus. Lycurgus, coactis mercenarijs copijs, urbana quoq; multitudine aduocata, Argiuorũ fines ingressus est, adortusq; improuisos, & nihil tale à Lacedæmonijs expectantes, repentè Polichnam, Parsiam, Leucam, Cyphantem, & alia quædam eorum oppida cepit, agrum omnem Argiuum ferro igniq; uastauit. Quo facto, Lacedæmonij bellum Achæis indixere. Machatas interea ad propinquas ciuitates profectus, idem quod Lacedæmonijs fecerat, persuasit. Per hunc modum Aetoli, cum sibi omnia prospere atq; ex sententia accidissent, bellum magno ac forti animo sunt ingressi. Achæis uerò cõtraria omnia euencre. Siquidem Philippus rex, in quo omneis spes suas habebant, adhuc in cogendis copijs uersabatur. Epirotæ nondum bellum Aetolis mouerant. Messenij quietem agebant. Aetoli tractis in sententiam suam Elienſibus ac Lacedæmonijs, undiq; Achæos premebant. Per id tempus Aratus fortè imperium deposuerat, duxq; ab Achæis creatus erat Aratus eius filius. Aetolorum uerò exercitui præerat Scopas, qui tamen parum in magistratu erat permansurus. Quippe Aetoli ea tempestate post autumnale æquinoctium comitia faciebant, Achæi uerò circa ortum uergiliarum. Peracta igitur æstate, cum Aratus iunior imperium accepisset, uniuersæ res quasi unum principiũ sumpsere. Annibal enim per hæc tempora se ad obsidionem Sagũti accingere, Romani L. Aemilium in Illyrium cum copijs aduersus Demetrium Pharium mittere, de quibus superiori libro memorauimus. Antiochus, Theodoto Ptolemaidem ac Tyrum per proditionem tradente, res Syriacas aggredi. Ptolemæus aduersus Antiochum exercitum parare. Lycurgus, ut Cleomenem imitaretur, Athenæum Megalopolitanorum oppidum obsidere. Achæi stipendiariam equitum ac peditum multitudinẽ cogere. Philippus è Macedonia cum copijs proficisci, legionarios milites habens circiter decem millia, scutatos ad quinque millia, præterea equites octingentos. Hic tum erat omnium apparatus ad res bellicas. Eodem tempore Rhodij aduersus Byzantios bellum mouere, ob tales quasdam causas. Byzantij maritimam urbem incolunt, cùm natura loci munitissimam, tum ad fertilitatem omnium rerum, quibus humana fœlicitas perficitur, opportunissimam. Ita enim in ostio ipsius Ponti sita est, ut neq; ingredi negociator quisquam, neq; egredi sine Byzantiorum consensu ualeat. Cum uerò Põtus multa ferat ad uitam hominum commodissima, eorum omnium domini sunt Byzantij. Nam & ad necessarios usus coria, ac multitudinem seruorum, quæ circa Pontum sunt loca, eis abundantissimè suppeditant: & ad delicatiorẽ uitam mel, ceram, salsamenta, aliaq; huiusmodi copiose nobis exhibent: accipiunt autem ipsi uicissim ex ijs quæ apud nos abundant, oleum, & omne uini genus: frumentum interdum dant, interdum accipiunt. His omnibus rebus necesse est Græcos uel omnino priuari, uel incommoda ipsis commutatione uti. Siquidem Byzantijs malignari uolentibus, Gallisq;, aut alijs circunstantibus barbaris adhærere, ob angustias loci, & multitudinem Barbarorum, excludi omnino Græcos à nauigatione Ponti oporteret. Maximas igitur Byzantij ex situ loci habent commoditates, educendo quæ apud eos abundant: quę uerò desunt, sine labore ac periculo inducendo. Maximas etiam (ut diximus) præbẽt cæteris Græciæ ciuitatib. opportunitates. Quamobrem ut communes omnium benefactores, meritò à Græcis coluntur: & digni existimãtur, non solùm quibus habeatur gratia, uerùm etiam auxilia aduersus Barbarorum impetum præstentur. Quoniam uerò plerique sunt, naturam eius loci ac proprietatem ignorãtes: nostrumq; desiderium semper fuit, ut huiusmodi res in multorum notitiam deuenirent, & si fieri posset, perspicerentur

De ciuitate Constantinopolitana.

rentur oculis: sin minus, quoad liceret, intellectu comprehenderentur, dicendum existimauimus, quæ sit causa, quæ tantam huic urbi fœlicitatem pariat. Igitur qui appellat̃ Pontus, circiter X X I I millia stadia in circuitu patet, duo habens ostia sibi inuicem opposita, alterum ex Propontide, alterum ex Mæotide palude. Mæotis quidem ipsa octo millium stadiorum circuitū continet. In utriusq; alueū cum multi ac magni amnes ex Asia defluant, pluresq; & maiores ex Europa, euenit, ut repleta Mæotis per ostiū suum in Pontū effundat̃, Pontus ipse in Propontidem. Mæotidis ostium Cimericus Bosphorus uocatur. Latitudinē quidem X X X stadiorum, longitudinē L X habens, & ubiq; uadosum existens. Ponti uerò ostiū Bosphorus Thracius appellat̃. Huius longitudo ad C X X stadia extenditur. Latitudo nō est eadem ubiq;. nam à Propontide quidem, quod inter Chalcedonem ac Byzantium spacij est, X I I I I continet stadia: à Ponto uerò quod Fanum appellatur, ubi primum Iason, cū ex Colcho rediret, X I I dijs fertur sacrificasse, in Asia positū, X stadijs distat ab Europa. Quod uerò Mæotis ac Pontus continuè effluant, duplices tradūtur causæ: una quidem per se ipsam nota, quòd scilicet permeantiū in alueos fluminum multitudine, cum continuè humor augeatur, nec aliunde exitū habeat, necesse est in tantum crescere, ut tandem efferri per ostia opus sit: altera, quòd multitudine harenarū, quas continuè defluentes amnes in Pontū atq; Mæotidem uehunt, usqueadeò aluei replentur, ut superferri humorem, & per ostia exire sit necesse. Atq; hæ quidem ueræ causæ fluxus sunt, non ex mercatorū relatione fidē merentes, sed ex ratione naturali, qua uerior reperiri haud facile potest. Verùm quoniam ad hunc locū uenimus, nihil omittendū, quod ad naturæ inuestigationē pertineat, ut plerisq; scriptores faciunt: sed quatenus fieri potest, demonstratiua narratione utendum, ne quid dubium discendi cupidis relinquat̃. Hoc enim in primis est nostris temporibus conueniens, quibus cum nihil relictū sit innauigabile, atq; inaccessum, indecens est de rebus ambiguis, à poetis & fabularum scriptoribus testimonia quærere, quod superiores historiographi fecerunt: atq; ita assertores haud qua quā fide dignos in rebus controuersis ac dubijs secundum Heraclitum protulerunt. Conandum autem est in historijs, ut auditori ad faciendam fidem satisfiat. Dicimus igitur Pontum harenis, quas amnes assiduè deuehunt, & olim & nunc continuè adimpleri: uenturumq; aliquando tempus, quo eius alueus terræ prorsus æquetur. Idem etiā de Mæotide affirmamus, dummodo hic locorum, quem in præsentia cernimus, permaneat, nec cessent causæ defluentiū arenarū. nam cum tēpus infinitū sit, aluei uerò, de quibus loquimur, certis claudantur terminis, manifestum est, quantulumcunq; materiæ deferatur, etiamsi perexiguum esset, dum tamen id fiat assiduè, longo temporum spacio futurum, ut omnino repleantur. Quando autem deuectæ materię non parua quædam quantitas est, sed infinita penè multitudo, perspicuū est, hoc quod dicimus nō longè post futurum, quod etiam ex parte iam factum apparet. Quippe Mæotis iam ferè repleta est: nam profundissima pars eius quinq;, uel ad summū septem ulnis extenditur. Vnde fit, ut maioribus nauibus nauigari nō possit, nisi nautis ui malum trahentibus. Cumq; à principio mare fuerit sapore quàm simillimū Ponto, in quo ueteres omnes consentiunt, nunc palus est quàm dulcissima: utpote salo multitudine arenarum, & aquis decurrentium fluminum superato. quod olim de Ponto quoq; euenret, & nunc fit, sed nō facile perspici potest propter aluei profunditatē. Si quis tamen diligentius inspexerit, perspicuè id fieri animaduertet. Danubio enim multis ostijs ex Europa in Pontum defluente, tumuli quidā fiunt ex colluuie deuectæ materię, quos nautæ pectora appellant, unius diei itinere à littore distantes, in quos sæpenumero delati per noctē nautæ periculum faciunt. Cur autē non propter littus, sed longius intra mare huiusmodi tumuli fiant, hæc traditur causa. Quatenus enim impetus decurrentium fluminum prævalet, & superatis fluctibus ingreditur mare, eatenus arenam & omne genus materiæ ferri in altum necesse est. Vbi uerò profunditate

maris impetus ipsi fluminũ dissoluuntur, tunc naturali ratione omnis materia deorsum fertur, fundumq; quo consistat, inuenit. Ex quo fit, ut maiorum, ac rapidiorum fluminũ aggeres magis protendantur in mare, maiorq; profunditas iuxta terram appareat: minorum uerò, mitius fluentium tumuli non longè distent ab ostijs. De multitudine autem defluentis materiæ, lignisq; & lapidibus, & harena, quæ in Pontũ uehuntur, nulla admiratio est, cum sæpenumero intra breuissimũ tempus torrentes uideamus maxima abrumpentes loca, et omne genus materiæ & terræ et lapidũ ferentes. Qua ex re tanta interdũ locorũ commutatio fit, ut nõ longè pòst ea uidentes, uix agnoscamus. Quamobrem nõ est mirandũ, si tot ac tanti amnes continuò in Pontũ fluxu aliquid ex ijs faciant, quæ suprà memorauimus, tandemq; impleant Pontũ. Hoc enim non solum uerisimile, uerumetiã necessarium uidetur, si quis eius rei rationẽ diligenter inquirat. Verùm futuri argumentũ est, quod quanto Mæotis Pontico mari dulcior est, tanto Pontus ipse à mari nostro differt. Ex quo palàm fit, cum Pontus tanto plus temporis quàm Mæotis peregerit, quanto eius alueus illius alueo maior est, futurum ut instar Mæotidis & dulcis sit, & palustris: quin eo celerius, quo plures, maioresq; in Pontũ amnes defluunt. Hæc à nobis dicta sunt eorũ gratia, qui repleri Pontũ nõ posse arbitrantur, nec futuram paludẽ existimant ubi nunc pelagus est: præterea nauigantiũ etiã gratia, multa ac diuersa mendacia referentiũ, ne illis passim more puerorum habere fidem cogamur, ob imperitiam locorum, sed cognitionẽ quandam ueri habentes, discernere possimus quid uerè, quid falso narretur. Sed iam ad opportunitatem situs Byzantiorũ reuertamur. Cum eius freti, quod Pontum Propontidemq; coniungit, longitudo, ut suprà memorauimus, ad centum & uiginti stadia extendatur, Fanumq; eam partem terminet, quæ est à Ponto: eam uerò quæ à Propontide est, Byzantiũ, inter utrumq; locum templũ est, quod Hermeum Europæ uocant, in promontorio supra ostiũ Ponti situm, quod ab Asia distat circiter quinq; stadia. Est autem in angustissima parte freti, ubi Darium memorant pontem struxisse, quo tempore aduersus Scythas profectus est. A' Ponto usq; in hunc locũ unda æqualiter fluit, utpote locis, qui freto imminẽt, ab utroq; latere æquè inter se distantibus. Vbi autẽ ad Hermeũ Europæ uentum est, quo in loco angustissimum esse fretũ memorauimus, ruens ex Ponto in oppositã partẽ cum impetu aqua uiolenter reflectitur, agiturq; in opposita Asiæ loca: inde rursus uersus Europę promontorium Circa aras dictũ cursum tenet, hinc denuò acta fertur in eum locũ quem incolæ Bouẽ uocant. Est autẽ in Asia, ubi primùm constitisse Io, cũ traiecisset, in fabulis memoratur. Ad extremũ tamen à Boue quoq; repulsa Byzantiũ fluit, ubi circa urbẽ diffusa partim dissoluitur, diuiditq; eum locũ quod Cornu appellatur, partim rursus retrogreditur. Neq; tamen agi hic impetus potest in oppositam regionẽ, ubi est Chalcedon. Nam cũ toties huc atq; illuc flectatur, sinusq; non mediocris latitudo sit, iã prope hoc loco deficiens, haud amplius ad rectum angulũ in oppositũ pergit, sed potius ad obtusum. Ex quo fit, ut relicta Chalcedone per ũnum fluat. Atq; hoc quidẽ est, quod Byzantijs maximas præbet cõmoditates, Chalcedonenibus uerò econtrario. Licet enim, quatenus ad oculos spectat, utriusq; urbis situs peræquè commodus uideatur esse: tamen nauigare uolentibus, ad hanc quidẽ difficilis transfretatio est, ad illam uerò undarũ uiolentia etiã nolentes feruntur. Cuius rei argumentũ est, quod à Chalcedone proficisci Byzantiũ uolentes, nequeunt rectà cursum tenere, ob interfluentis impetũ aquæ: sed & ad Bouẽ contendunt, & ad eam urbẽ quam Chrysopolim uocãt, quam Athenienses tunc temporis cum eam occuparent, ex sententia Alcibiadis primùm uectigalia ab illis exigebant, qui in Pontũ essent nauigaturi, unde eos ad anteriorem defluxum dimitterent, ex quo deinde per uim Byzantiũ ferrentur. Par etiã commoditas ad alterutrũ locũ nauigandi Byzantijs adest, siue Austro ab Hellesponto ferantur, seu ex Ponto in Hellespontũ nauigent. Ex Byzantio enim rectus ac frequens cursus est ad Propontidis angustias

per

per Abydum, & Seſtum, indeq; Byzantium ſimiliter. Chalcedonenſibus autē omnia econtrario accidunt, ob eas quas memorauimus rationes, & diſtantiā regionis Cyzicenorū. Quippe ab Helleſponto Chalcedonem nauigantibus, per propinqua Europæ loca curſum tenere, ac deinde locis quæ circa Byzantium ſunt appropinquantes, Chalcedonem declinare, ob uelocitatē currentiū undarū difficile eſt. Rurſus uerò ex eodem loco in Thraciā proficiſci, omnino impoſſibile, tum propter impetū interfluentiū undarū, tum uentis utrinq; ſibi inuicē repugnantibus. Ingredientibus enim Pontū, Auſter flauet, egrediētibus Aquilo. Atq; his duntaxat uentis ad utrunq; curſum uti neceſſe eſt. Quę igitur à mari tales tantasq; Byzantio cōmoditates præbent, hæc ſunt, quæ ſuprà memorauimus. Quas uerò à parte mediterranea ea urbs incommoditates patiatur, ſequentia indicabunt. Thracia ita circuit Byzantiorū agrum, ut omnem eorum regionē à mari ad mare amplectatur. Ex quo fit, ut Byzantij graui ac perpetuo bello à Thracibus infeſtentur. Nam ſi ſemel atq; iterum immanē gentem ac Barbaram uincant, non tamen propterea reſtinguere bellum poſſunt. Tanta eſt & priuatorum hominum, & dominantium apud eos multitudo. Vno ſiquidem eorum ſuperato, tres alij potentiores inſurgunt, et populabundi per eorum prouinciam graſſantur. Ac ne inito quidem fœdere uel tributis præſtitis, aut rebus pace compoſitis, aliquid agunt. Mox enim quadruplicatos inueniunt hoſtes. Itaq; difficili atq; aſpero bello aſſiduè conficiuntur. Quid enim magis infidū, quàm uicinus hoſtis? aut quid Barbarico bello periculoſius? Præterea ad tot mala, quibus undiq; à mediterranea parte premuntur, id accidit, quod Tantali pœna cruciantur, ut Poeta inquit. Nam cum regionem habeant omniū fertiliſſimam, poſtquā agros diligentiſſimè coluerunt, paratiq; ſunt fructus pulchritudine, copiaq; mirandi, tū uenientes in prouinciā barbari, populantē, deuaſtantq; omnia. Byzantij, amiſſis laboribus atq; impenſis, tantā ſtragem rerū ſuarū uidentes, grauiter & inſquo animo ferunt. Nihilominus bellū cū Thracibus ob conſuetudinē tolerantes, in antiquo fœdere cū Græcis permanebāt. Appropinquantibus uerò ad eas partes Gallis, qui ſub Comontorio rege erant, in maximū diſcrimen deuenere. Galli enim, qui ſub Brenno duce militauerāt, ingenti periculo apud Delphos liberati, cum in Helleſpontum ueniſſent, nequaquam in Aſiam tranſiuerunt: ſed opportunitate locorū pellecti, circa Byzantium conſtitere. Vbi deuictis Thracibus, & Tyle regia conſtituta, Byzantijs intulerunt bellum. Hi principio muneribus lenire illorum animos cœpere, cum primùm ſub rege Comontorio irruerent: datis modò tribus, modò quinq;, interdū decem millibus aureorum, ne eorū prouinciam deuaſtarent: ad extremum octuaginta talenta ſingulis annis pendere coacti, uſq; ad Clyari tempora: quibus Gallotū imperiū defecit, omnisq; ea gens uiciſſim à Thracibus ſuperata, funditus extincta eſt. Ea igitur tempeſtate magnitudine tributorū exhauſti, primò legatos in Græciam miſere, qui in præſens tempus ſubſidium peterent. Græcis uero magna ex parte id contemnentibus, Byzantij decreuere, ut ab omnibus qui in Pontū nauigarent, uectigalia exigerentur. Quod cum graue ob nouitatē facti omnibus uideretur, uniuerſi eius rei culpam, quòd id paterentur, in Rhodios refundebant, utpote maris principatū eo tempore obtinentes. Quæ res initium, & quaſi ſeminarium fuit eius belli, de quo in præſentia ſcripturi ſumus. Rhodij enim cùm proprijs, tum uicinorum damnis commoti, primò aduocatis ſocijs, legatos Byzantium miſere, qui dimiſſionem uectigalium peterent. Hi eò, uti iuſſum fuerat, profecti, cum id perſuadere multitudini nequiuiſſent, Heratondoro & Olympiodoro contradicentibus, qui tum in republica Byzantiorum principatū obtinebant, re infecta diſceſſerunt. Nec longè pòſt eòdem reuerſi, Byzantijs indixerunt bellum, ob cauſas quas ſuprà memorauimus. Mox igitur Rhodij legatos ad Pruſiam mittere, qui eum ad bellum Byzantijs mouendum hortarentur. Sciebant enim regem certis ex cauſis Byzantijs infenſum. Byzantij ſimiliter Attalum & Achæum crebris legationibus precari, ut ſibi

aduersus Rhodios auxilio essent. Attalus ad eam rem promptus quidem erat, sed summis rerum angustijs premebatur: quippe quem Achæus intra paterni imperij limites redegerat. Achæus autē omnium quæ sunt citra Taurum, dominus, & se palàm regē appellans, auxiliaturū se Byzantijs pollicebat. Quæ res his quidem spem maximam, Rhodijs uerò & Prusiæ non paruum terrorē addidit. Erat enim Achæus, Antiochi propinquus, qui regnū in Syria obtinuerat, fueratq; eum principatū consecutus ex talibus quibusdā causis. Mortuo Seleuco patre Antiochi, cum regnū ad Seleucū eius filiū, qui cæteris fratribus maior natu erat, peruenisset, Achæus cum hoc propter generis propinquitatē Taurū transcendit biennio ferè ante hæc, de quibus scribimus, tēpora. Seleucus enim simulac regnum ingressus fuit, cum audisset Attalum loca omnia quæ sunt citra Taurum montem, occupasse, rebus suis consulendū ratus, maximis uiribus Taurū transcendit: ubi paucis interiectis diebus, ab Apaturio Gallo & Nicanore dolo circumuentus atq; extinctus est. Achæus propinqui mortem ulciscendam ratus, extemplò Apaturium atq; Nicanorem interfecit. Tum copijs, reliquisq; omnibus rebus prudenter ac magno animo usus est. Nam cum & opportunitas temporis, et unanimis militum consensus eum ad suscipiendum diadema hortaretur, id facere noluit: sed tanquā regnum Antiocho iuniori fratri seruaret, diligenter omnia administrans, omnem quæ citra Taurum est regionem subigere decreuit. Rebus autem fœliciter succedentibus, cum ad extremum Attalo nihil præter Pergamum reliquisset, insperatis victorijs elatus, repentè consilium mutauit, seq; regem salutari iussit. Ex quo factum est, ut eius nomen longè magis, quàm cæterorū regum, seu principū, qui citra Taurum sunt, terrori omnibus ac formidini esset. Quibus rebus moti Byzantij, haud inuiti bellum aduersus Rhodios ac Prusiam susceperunt. Prusias accusare primò Byzantios, quod cum decreuissent imagines eius erigere, rē postea segniter obliuioni tradidissent. Deinde longè magis indignari, quod idem omni studio bellum, quod inter Achæum, Attalumq; exarserat, dirimere contendissent, cum neminem lateret, pacem illorum rebus suis diuersis rationibus periculosam esse. Postremò illis obijcere, quod cū ad Attalū in ludis, quos in honorem Mineruæ fecerat, legatos misissent, ad se in gratulationibus deorum neminem transmiserant. Quibus omnibus rationibus aucta indignatione, libenter cum Rhodijs aduersus Byzantios sentiebat. Itaq; cum legatis composuit, ut illi mari Byzantios adgrederentur, se idem terra non minoribus uiribus facturum pollicitus. Belli igitur, quod Rhodij aduersus Byzantios gesserunt, hoc principium, atq; hæ causæ fuere. Byzantij principio incredibili audacia inierunt bellum, sperantes Achæum, uti erat pollicitus, sibi auxilio futurum. Quare aduocato ex Macedonia Thibete, eum Prusiæ opposuerunt, quo huic ad defendenda sua occupato, aliena infestandi facultatē auferrent. At Prusias eo quo diximus impetu in Byzantios profectus, euestigio Fanum cœpit, locum natura munitissimum, et suprà ipsum Ponti hostium situm, quod Byzantij non multo ante tempore, ingenti pecunia mercati fuerant, opportunitate loci pellecti, ne quam alicui commoditatem relinquerent in Pontum, uel ex Ponto nauigandi, nisi id cum Byzantiorum uoluntate facerent. Præterea eam omnem partem Asiæ, quam Byzantij multis antè annis tenuerāt, ferro, igniq; uastauit. Rhodij ædificatis sex nauibus, quatuorq; à sociis acceptis, et Xenophanto duce constituto, cum decem nauiū classe in Hellespontum nauigarunt. Vbi nouem ex his iuxta Sextum constitutis, quo uniuersis aditum in Pontum prohiberent, cum reliqua dux Byzantium aduolauit, tentandi gratia illorum animos, an exardescente iam bello consilij pœniteret. Quos cum eodem animo reperisset, ad suos reuersus, cum omni simul classe Rhodū redijt. Inter hæc Byzantij legationibus agebant, alios ad Achæum mittentes, rogatum, ut succurrere rebus suis maturaret: alios in Macedoniam, qui Thibetem adducerent. Videbatur enim Bithyniæ regnum non minus ad Thibetem, quàm ad Prusiam spectare, quod Thibetes Prusiæ patruus esset.

esset. Rhodij obstinatione Byzantiorũ cognita, callidè ac prudenter se, ut uoti compotes fierent, gesserunt. Cum enim Byzantios intellexissent omnẽ spem suam in Achęo sitam habere, patremq; Achęi scirent à Ptolemæo in Alexandria in uinculis teneri, Achæũ autem saluti patris, cæteris omnibus posthabitis, intentum esse, de mittendis ad Ptolemæũ legatis, & Andromacho petendo primùm uelut obiter, deinde autẽ studio acseriò agere ceperunt, quo Achæum sibi hoc tanto beneficio facerent obnoxium. Ptolemæus auditis, quæ relata per legatos fuere, haud facilè inclinari ad liberationem Andromachi uidebatur, sperans se illo uti in tempore posse, quod nondũ compositæ res cum Antiocho erant: & Achęus iam sine controuersia regnũ adeptus, longè lateq; uires suas extenderat. Erat enim Andromachus Achæi pater, & frater Laodices uxoris Seleuci. Veruntamen ut Rhodijs gratificaretur, Andromachũ eis tradidit, quo eum si uideretur, filio restituerent. Rhodij per hunc modũ uoti compotes facti, et simul alijs rationibus conciliato sibi Achęo, præcipuã spem Byzantijs abstulerunt. Accidit præterea aliud quoq;, quod non parũ Byzantios afflixit. Thibetes enim, quem ex Macedonia aduocatũ suprà memorauimus, repentè morbo correptus, diem suũ obijt. Quæ cum accidissent, Byzantij omnino animis cecidere. Prusias contrà, aucta spe rei bene gerendæ, simul ipse bellum ex Asia mouit: simul conductis in Thracia mercenarijs militibus, usqueadeò Byzantios oppressit, ut ne exire quidẽ portas urbis, quæ in Europam aspiciunt, auderent. Byzantij omni spe nudati, bellumq; undiq; asperrimum patientes, exitum aliquẽ rerum honestũ quærebant. Quamobrẽ appropinquante ad urbem Cauaro Gallorũ rege, & dirimere id bellũ omni studio conante, Prusias simul & Byzantij rem omnem in manibus eius posuerunt. Quod cum intellexissent Rhodij, propositũ suum producere ad finem cupiẽtes, legatum ad Byzantios Aridicẽ misere, & cum eo Polemoclen cum tribus triremibus, uolentes id quod in prouerbio est, hastam simul & caduceum Byzantijs mittere. Cum igitẽ legati Byzantiũ uenissent, percussum est fœdus sub Cothone Callígitone Byzantiorum augure, cum Rhodijs quidẽ simpliciter, ut Byzantij à nemine in Pontum nauigante uectigalia exigerent: quo facto, Rhodij, socijq; eorũ pacem cum Byzantijs agerent. cũ Prusia uerò his uerbis, Esse Prusiæ atq; Byzantijs pacẽ atq; amicitiã perpetuam. neq; Byzantios aduersus Prusiam aliquo modo exercitũ ducere, neq; Prusiam aduersus Byzantios. Restituere Prusiam Byzantijs omnes prouincias, oppida, populos, mancipia, absq; mercede aliqua. Præterea naues, sagittas, ac reliquam prædã, quam principio eius belli Byzantijs abstulerat: itẽ ligna, tegulas, laquearia, quæ ex fano abduxerat. Siquidem Prusias aduentũ Thibetis formidans, omnia è medio sustulerat, in quibus se recipere hostes potuissent. Postremò obligari Prusiam, cæterosq; Bithyniæ milites, quicquid ex Mysia abstulissent, quæ sub ditione Byzantiorũ erat, incolis restituere. Belli igitur Prusiæ ac Rhodiorũ aduersus Byzantios hoc principiũ, atq; hęc finis fuit. Sed eodẽ tempore Gnosij missis ad Rhodios legatis, triremes, cũ quibus Polemocles nauigarat, & tris cataphractas naues petiere aduersus eos, qui nuper à se defecerãt. Quo facto, cum classis in Cretã adpulisset, Eleutherneei eam rem suspectã habentes, quòd paucis antè diebus Polemocles, ut Gnosijs gratificaretur, Timarchũ eorũ ciuem occiderat: primò de iniurijs questi, mox Rhodijs intulerunt bellũ. Non multo antè hæc tempora Litij quoq; uarijs ceperant affligi difficultatibus. Etenim omnis Creta in motu erat. Gnosij, Gortynijq; inito inter se fœdere, & omnia communi consilio agentes, omnẽ insulam subiugarunt, urbe Litiorũ excepta. Hanc, quoniam sola iugum abnuerat, omnibus uiribus oppugnare nitebantur, æquare eam tandem solo cogitantes, ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerũ incuteretur. Principiò igitur Cretenses omnes bellum aduersus Litios gerebant. Mox orta inter eos ex leui caussa contentione, quod huic genti frequentissimè accidit, dissidere inuicẽ cœperunt. Et Polyrenei, Ceretæ, Lampei, præterea Horij atq; Arcades, relicta Gnosiorum

amicitia, cũ Litijs sentiebant. Gortyniorũ uariæ erant sententiæ: antiquiores enim Gnosiorũ, iuniores uerò Lytiorũ partes sequebantur. Gnosij, mutatis repentè sociorũ uoluntatibus, cũ res præter opinionẽ accidisset, mille homines societatis iure ex Aetolia accersiuere. Quo facto, seniores Gortyniorũ extemplò occupata arce, Gnosios simul atq; Aetolos introduxerũt, iuuenibusq; partim in exiliũ missis, partim crudelissimè interfectis, urbẽ Gnosijs dedidere. Eodem tẽpore cũ fortè Lytij in hostilẽ agrũ uniuersi irrupissent, nullo domi præsidio relicto, Gnosij re per exploratores cognita, urbẽ custode uacuã occuparũt, puerosq; & mulieres Gnoson misere. Dehinc incensa per irã ac funditus euersa urbe, domũ remearunt. Lytij ab expeditione ad urbẽ reuersi, ubi omnia incensa ac diruta cõspexere, adeò animis cõsternati sunt, ut ne ingredi quidem urbẽ quisquã ausus fuerit, sed omnes eã cateruatim circumeuntes, gemitu ac lamentis & patriã & fortunã suã sunt prosecuti. Posthęc cõuerso itinere se ad Lampeorũ urbẽ receperunt, à quib. humaniter, et summo studio susceptí fuere. Acĩã pro ciuib. profugi, atq; hospites intra unius diei spaciũ facti, bellũ cũ socijs aduersus Gnosios gerebãt. Lytios Lacedæmoniorũ colonia, & omniũ Cretæ urbiũ antiquissima, ac semper optimorũ uirorũ ferax, ita repentè & miserabiliter extincta est. Pollyrenei & Lampei, cæteriq; omnes eorũ socij uidentes Gnosios quidẽ Aetolorũ socios esse, Aetolos uerò Philippi & Achæorũ hostes, legatos ad regẽ atq; Achæos mittunt, qui de ineunda societate, & auxilijs mittendis agerent. Achęi et Philippus in cõmunem illos societatẽ accepere. Deinde suppetias eis miserũt, Illyrios circiter quadringentos, quorum dux erat Plator: Achæos ducentos, Phocenses uerò circiter centũ. Qui cũ uenissent, maximũ momentũ Pollyreneis Achęorũ socijs attulere. Siquidẽ intra breue tẽpus auctis illorũ uiríb. Eleutherneos, Cydoniatas, Aptereos, aliosq; complures muris inclusos à Gnosiorũ societate deficere, sibiq; adhęrere compulerunt. Quib. peractis Pollyreneĩ, socijq; quingentos Cretenses Philippo & Achæis miserunt. Gnosij nõ multo antè tẽpore circiter mille Aetolis miserant. Ita utriq; alterius gratia bellũ inuicẽ gerebant. Gortyniorũ exules Pheastiorũ, deinde & ipsum Gortyniorũ portũ occuparũt, unde in eos qui in ciuitate erãt, incursiones faciebãt. Hic igiẽ erat Cretensiũ rerũ status. Sub idẽ tempus Mithridates rex bellũ Sinopensib. intulit, quod ueluti principiũ & causa eius infortunij fuit, quod tandẽ Sinopenses occupauit. In quo cũ Sinopenses subsidiũ per legatos à Rhodijs petijssent, Rhodij tris uiros ad eã rem elegere. His ad 140 millia drachmarũ tradita, ut Sinopensib. de rebus ad bellũ necessarijs prouiderẽt. Igiẽ quib. datũ hoc onus fuit, utres uini pararũt circiter 10 millia, criniũ laboratorũ 300 talenta, neruorũ laboratorũ 100 talenta, armaturas integras mille, aureorũ signatorũ 3 millia, balistas præterea, ac tormenta omniũ generũ magno numero. Legati his acceptis, Sinopẽ remearũt. Ingens inuaserat Sinopenses timor, ne Mithridates terra mariq; urbis oppugnationẽ aggrederẽ. Sinope sita est in parte dextra Ponti, ubi Phasis fluuius ingredit mare. Est autẽ in quadã Cheronneso protendente in pelagus, cuius collũ Asiã contingẽs, & longitudinis ferè duorũ stadiorũ prędicta urbs claudit: reliqua pars Cheronnesi in pelagus protendit, estq; plana, & ad ambulandũ in urbẽ commodissima: à mari uerò uenientibus difficilis, ac ferè inaccessa, aditus habens quàm paucissimos. Quã ob rem ueriti Sinopenses, ne Mithridates tormentis, machinisq; nõ solũ ab ea parte quæ Asiã contingit, uerumetiã ab alijs lateribus dimissis in terrã copijs, urbẽ oppugnaret, omnẽ eam partẽ quę mari claditur, uallo diligentissimè munierunt, constitutis militibus, qui hostes, si uenirent, sagittis à terra arcerent. Quippe circuitus loci mediocris est, nec magno præsidio indigens. Hęc cũ Sinope gerebantur, Philippus rex è Macedonia cũ copijs profectus (hinc enim superius digressionẽ feceramus) in Thessaliam atq; Epirũ exercitũ ductabat, maturans per eas regiones transitũ in Aetoliam facere. Alexander aũt & Dorimachus eodẽ tempore de capienda per proditionem Aegira cogitantes, congregatis Oeanthiæ mille & ducentis Aetolis (quippe ea urbs Aetolorũ est, huic, de qua loquimur, oppositа) nauibusq; ad

trans-

transfretandū paratis, opportunitatē perficiendæ rei præstolabantur. Perfuga quidā ex Aetolia iamdiu apud Aegiratas morā traxerat. Hic cum sæpenumero animaduertisset custodes eius portę, qua iter est Aegiū, per ebrietatē negligentius se habentes, eam rem Dorimacho retulit, & ad urbē noctu capiendam hortatus est, hominē alioquin huiusmodi rebus assuetū. Est autē Aegira urbs Peloponnesi iuxta Corinthiacū sinū, inter Aegiū & Sicyonē sita in quodam colle aspero atq; difficili, ad Parnasum uergens, distansq; à mari circiter septē stadia. Cum igitur transfretationis tempus aduenisset, Dorimachus deportato exercitu, & omnibus strenuè prouisis, antequā diluceseceret ad amnē peruenit, propter eum collē, in quo urbs sita est, defluentē. Hinc ipse & Alexander atq; Archidamus Pantaleonis filius, maxima multitudine Aetolorū comitati ad urbē feruntur, ea uia quæ ab Aegio ducit. Perfuga cum uiginti aptioribus militib. aliquanto cæteros ob experientiā loci præcesserat, ac per saltus penè inuios peruenerat ad mœnia, ubi per canalē effluentis aquæ urbem ingressus, custodes adhuc somno sepultos offendit. Quibus interfectis, uectibusq; securi abscissis, nemine sentiente portā Aetolis recluſit. Quod conspicientes Aetoli, magno impetu in urbē seruntur, temere nimiū atq; incōsideratē se gerentes. Quę res Aegiratis quidē uictoriā, ipsis uerò cladē simul atq; ignominiā peperit. Etenim Aetoli actū de Aegiratis existimantes, cū primùm ipsi intra mœnia consisterent, hunc in modū se gessere. Congregati aliquandiu in foro constiterūt. mox diluceſcente die ad priuatas utilitates omnes conuersi, palatiq; per urbē alij alias domos adgredi, fortunas ciuiū diripere, urbē totam populari, deniq; nulli rei præterquā prędæ intenti esse. Aegiratæ magnitudine ac nouitate tacti cōmoti, hi quidē ad quorū domos grassati hostes fuerāt, timore perculsi, extra ciuitatē fugere, Aetolis iā manifestè urbē tenentib. Qui uerò auditis tubarū clangoribus adhuc integra re familiari in subsidiū ciuitatis exiuerāt, omnes sese in arcē recipere. Quā ob rem hi quidē continuè plures ac fortiores fieri, Aetoli cōtrà rariores, debiliores q;, illis se iugiter ad defensionē urbis in arcē congregantibus, his semper domos prędandi gratia diuidentibus. Dorimachus etsi imminens periculū animaduertebat, nihil tamen ob eā rem cōmotus, incredibili audacia in arcē impetū facit, ratus qui eò conuenerāt, aduentū suo perterritos, mox se Aetolis dedituros. Aegiratæ uerò mutuo sese adhortantes, et incredibili cōstantia ac fortitudine animi persistentes, hostē arcebāt. Vtrinq; igitur accerrimè pugnabatur. Et quoniā arx nullis erat circumdata mœnibus, conflictus ille cominus et uiritim fiebat. Aliquandiu atrociter atq; æquo Marte pugnatū est, his de patria ac liberis, illis de propria salute dimicantibus. Ad extremū tamē Aetoli fugere turpiter cœperūt, qua capta occasione Aegiratæ auctis animis eos insequebantur. Ex quo accidit, ut plurimi Aetolorū, dū præ timore tumultuariè fugerēt, in ipso exitu portæ à se inuicē oppressi extingerentur. Alexander in prælio strenue dimicās occisus est. Dorimachus in tumultu, dū portā egredi contenderet, occubuit. Reliqui aut in eodē loco oppressi, aut per præcipitia ruentes occiderūt. Pauci admodū salui, armis tamē rurpiter in bello amissis, ad naues peruenere. Per hūc modū Aegiratæ perditā ferè per segnitiē patriā incredibili animi magnitudine recuperarunt. Sub idē tempus Euripides, qui dux ab Aetolis missus Elienſib. fuerat, peragratis Dymenſiū et Pharenſiū et Tritenſiū agris, ingentē abigens prędā, iter in Elienſem terrā tenebat. Quod cū Miccus Dymenſis audisset, qui fortè ea tempestate in locū ducis Achæorū suffectus fuerat, auxiliantibus Dymenſibus, ac Pharenſibus, & Tritenſibus, abeuntes hostes insecutus, dū inconsultius ruit, in hostiū insidias lapsus, pſligatus est, multosq; ex suis amisit. Siquidē quadraginta pedites desiderati, capti uerò ducenti. Euripides re fœliciter gesta animo elatus, paucos post dies rursus eductis copijs, castellum quoddam Dymenſium opportunissimum cepit, quod incolæ Murum appellant: feruntq; ab Hercule olim, cum aduersus Elienſes bellū gereret, ædificatū fuisse, quo ueluti munimento ac receptaculo belli uteretur. Dymenſes, Pharenſes, & Tritenſes suprà dicta clade affecti, & futura propter captū ab Euripide ca-

ſtellum formidantes, primò literas ad ducẽ Achæorum dedere, quibus eũ dẽ rebus geſtis certiorẽ facerent, peterentq; aduerſus Aetolos ſubſidiũ. Poſthæc nonnullos ex principibus ciuitatũ ſuarum legatos ad eundẽ miſerunt. Aratus neq; mercenariũ militẽ contrahere poterat, ob non ſolutũ ab Achæis tempore Cleomenici belli militib. ſuis ſtipendiũ, & rebus omnibus timidè atq; imprudenter utebat. Quam ob rem & Lycurgus Atheniũ Megalopolitarũ oppidum cepit: & Euripides præter id quod ſuprà memorauimus, Gorgo Telphuſiæ potitus eſt. Dymenſes, Pharenſes, & Tritenſes ſpe, quam in duce Achæorũ habuerãt, fruſtrati, inter ſe decreuere, ne qua deinceps pecunia in bellicos uſus Achęis ſolueretur, ſed ipſi per ſe mercenarios contraherent, pedites circiter trecentos, equites quinquaginta, quibus ſe patriamq; tuerentur. Quo facto, priuatis quidẽ rebus ſatis uiſi ſunt conſulere, nullam autẽ rerum publicarũ rationem habuiſſe. Peſſimũ enim cæteris exemplum dederunt, quantulacunq; ex cauſa res nouas moliendi. Cuius rei culpam meritò quis in ducẽ tranſtulerit, per ſegnitiẽ atq; ignauiam expectationẽ ſuorum fraudantẽ. Eſt enim ita comparatũ, ut omnes qui in periculo ſunt, quamdiu ſpem ſubſidij in amicis ac ſocijs habent, tamdiu cum ijs amicitiã putent ſeruandã. Vbi uerò ſpes omnis ſublata eſt, tunc ipſi per ſe proprijs rebus conſulere cogantur. Quam ob rẽ danda quidem uenia eſt Dymenſibus, Pharenſibus, & Tritenſibus, quod in ſummo ciuitatũ ſuarũ diſcrimine mercenarios conducerent, duce Achęorum ſegniter ſe habente. Quod uerò erogare in cõmunes uſus pecuniã noluerunt, haudquaquã ignoſcendum. Vt enim decebat non prętermittere proprias neceſſitates, ita erat turpiſſimũ ea relinquere, quæ ad ſalutẽ cõmunis reipublicæ pertinerent: cum in eo eſſent rerũ ſucceſſu, ut cõmeatu inoffenſe ſecundũ cõmunes leges potirentur, ac pręſertim, cũ authores ſocietatis cum Achęis initę exiſterent. Hic igiť erat Peloponneſiacarũ rerum ſtatus. Rex Philippus, peragrata iam Theſſalia, in Epiro aderat. Hinc accepta multitudine Epirotarũ unà cum Macedonibus, quos ſecũ duxerat, & trecentis funditoribus, quos ex Achaia habuerat, itẽ trecentis Cretenſibus, qui miſſi à Meſſenijs fuerant, in Ambraciotarũ regionẽ peruenit. Vbi ſi ſtatim facto impetu in mediterranea Aetoliæ loca grauſatus fuiſſet, hic finis totius belli erat futurus. Verùm perſuaſus ab Epirotis, ut primò Ambracũ expugnaret, occaſionẽ Aetolis præbuit ad reſiſtendũ: & quicquid neceſſarium foret, ad res ſuas tuendas, prouidendũ atq; parandum. Epirotæ enim priuatũ commodũ publicæ ſociorũ utilitati præferentes, affectantesq; ſummo ſtudio Ambracum ſuæ ditionis facere, Philippũ hortati ſunt ad eum locũ obſidendum: & antequam ulterius progrederentur, capiendũ. Percommodum enim futurũ rebus ſuis arbitrabantur, ſi Ambracia Aetolos priuarent. Venturã autem eam urbẽ quamfacilimè in poteſtatẽ ſuã, ſi prius hoc loco potirentẽ. Eſt enim Ambracus, locus & naturali ſitu, & duplici muro munitiſſimus: ita undiq; paludibus clauſus, ut unũ duntaxat à terra aditũ habeat, eumq; arctiſſimũ, ac manu factũ: præterea ipſi urbi, ac prouinciæ Ambraciotarũ quaſi ſupra caput imminet. Philippus igiť ab Epirotis perſuaſus, poſitis circa Ambracũ caſtris, neceſſaria ad obſidionẽ parabat. Eodẽ tempore Scopas, congregata Aetolorũ multitudine, per Theſſaliam profectus in Macedoniam irruit, omnemq; regionem iuxta Pieriam montem ferro igniq; depopulatus, cum omnis generis præda uerſus Dium abijt. Vnde cum ij qui locum incolebant, aufugiſſent, domos omnes, gymnaſiumq; funditus diruit: nec his cõtentus, porticus etiã ingenti ſumptu circa templũ inſtructas, incendit. Prętera omnia quæcunq; uel ad ornatũ, uel ad uſum ibi erãt poſita, uaſtauit. Poſtremò regũ imagines omnes euertit. Hic igiť ſtatim initio belli, et quaſi primo impetu nõ ſolũ homines, uerumetiã deos aggreſſus diſceſſit: reuerſusq; in Aetoliã, non ut impius ac nefarius in deos immortales, ſed ut bonus uir, & bene de republica meritus, exceptus atq; honoratus eſt, magna ſpe futurarũ rerũ Aetolis addita. Ex hoc enim rebantur, ut nemo quidẽ in poſterũ appropinquare regioni ſuæ hoſtiliter auderet: ipſi uerò populabundi non ſolum in Pe-

lopon-

loponnesum grassari, ut consueuerant, uerumetiã in Thessaliam & Macedoniã liberè possent. Philippus auditis quæ in Macedonia gesta erant, statimq; ignorantię atq; auiditatis Epirotarum pœnas luens, Ambracũ obsidebat. ubi omni genere machinarũ ac tormentorum usus, intra XL dierum spaciũ eo loco potitus est. dimissoq; ibi, fide prius ab ijs accepta, Aetolorum præsidio, desiderio Epirotarum satisfecit, Ambraco eis quasi per manus tradito. Posthæc motis castris iter per propinquã uallem direxit, festinans Ambrachæum sinũ quamcelerrimè transfretare, qui arctissimus est iuxta Acarnanũ templũ, quod Antium appellatur. Fluit autem is sinus ex mari Siculo inter Epirum & Acarnaniã faucibus quàm arctissimus: uix enim ad sexcentos passus in latitudinẽ patet. Vbi uerò in mediterraneã partem diffunditur, latitudinẽ habet ferè centum stadiorũ, longitudinẽ incipiendo à mari Siculo CCC stadiorũ, diuiditq; Epirum ab Acarnania, à Septentrione Epirum habens, Acarnaniã à meridie. Traiecto igitur cum copijs sinu, Acarnaniã ingressus ad urbem Aetoliæ peruenit, quam Poetiam uocant, ductis secum ex Acarnania duobus millibus peditum, equitibusq; ducentis. Hic dispositis circa urbem castris, post multa acriaq; certamina, perendie quàm eò uenerat, urbẽ pactionibus cepit, relicto in eo post fidem ab ijs acceptam Aetolorum præsidio. Sequenti nocte quingenti Aetoli rem adhuc in integro esse existimantes, in suorum subsidiũ ueniebant. Rex aduentu eorum cognito, dispositisq; in itinere insidijs, magnam partem illorũ occidit, reliquos cepit. Pauci fuga salutem quæsiuere. Posthæc distributo inter milites triginta dierũ frumento (maximam enim ea urbs frumenti copiam habebat) in Stratensem profectus est agrum, castraq; iuxta Acheloũ amnem posuit, procul ab urbe circiter decem stadia. Hinc per omnem prouinciam grassatus, nemine exire obuiam audente, omnia ferro igniq; uastauit. Sub idẽ tempus Achæi bello præter cæteros afflicti, nec longè iam abesse regem audientes, missis ad eum legatis auxiliũ poscunt. Legati Philippo ad Straton oppidũ occurrunt, expositisq;, uti mandatũ fuerat, necessitatibus suis, subsidiũ precantur: & regi, ut transfretato Rhio iter in terrã Eliensem teneat, multis suadent rationibus. Quibus auditis, Philippus legatos quidem in præsentia dimisit, consulturũ se de rebus huiusmodi pollicitus. Ipse uerò motis castris uersus Metropolim ac Conopẽ profectus est. Quod sentientes Aetoli, relicta urbe omnes in arcem confugerunt. Philippus incensa Metropoli, iter prosecutus Conopen tendit. Vbi cum congregati Aetoli equites in transitu fluuij ei occurrere statuissent, loco ad XX stadia ab urbe remoto, & aut omnino prohibere eum transitu: aut si transiret, cum eo confligere. Philippus, intellecto eorũ consilio, mandat scutatis, ut primi omniũ flumẽ ingrediantur, collectiq; in unũ immota acie exitũ tentent. Qui cum dicto paruissent, Aetoli primis ordinibus, quia conferti erant, frustra tentatis, itẽ postea secundis, & tertijs, tandẽ desperatis rebus, in urbẽ reuersi sunt, ac iam de cætero Aetolorũ exercitus intra oppida cõmorabatur. Philippus uerò liberè per omnẽ prouinciã discurrens populabatur, & Ithoriã quoq;. Erat is locus in transitu situs, naturaliq; et artificiali munitione excellens. Quò cũ appropinquasset rex, custodes eũ locũ deseruerũt. rex occupatũ ad pauimentũ usq; destruxit, uastabatq; omnia, compluribus ditioni suæ subactis oppidis & situ & mœnibus munitissimis: castellisq; omnibus, quæ in ea regione plurima erant, funditus demolitis. Posthæc remissius ac placidius faciebat iter, facta suis potestate in priuatas utilitates, quà uellent, diuertendi. Affluentem deinde copia omnium rerum exercitum uersus Eniadas mouit. positisq; iuxta Pæanium castris, id primùm decreuit expugnare, nec longè pòst multis commissis certaminibus expugnauit, urbem haud quidem magnam, quippe quæ minus mille passibus in circuitu patet, sed omni apparatu murorum, turrium, domorumq; haud cæteris inferiorem. Huius mœnia euertit funditus, domos deuastauit, ligna tegulasq; ratibus transuehi per flumen ad Eniadas iussit. Aetoli primò ad defendendam Eniadarum arcem accingere se cœperunt, muro ac fossa, præ-

terea rebus ad propugnandū necessarijs eam munientes. Posi quam uerò appropinquare Philippū intellexerunt, timore perculsi, fugā omnes arripuere. Philippus, nemine iam resistente, hoc quoq; oppido potitus, exercitū in Calydoniam duxit ad oppidum quoddam munitissimum, cui * Claos nomen est, et mœnibus et omni apparatus genere munitissimū. Nam Attalus Aetolis ad illius defensionē apparatū exhibuerat. Macedones uerò hoc quoq; oppido per uim potiti, passim deuastando Calydoniā discurrūt: deinde rursus ad Eniadas reuertuntur. Philippus, considerata loci opportunitate, cùm ad alias res gerendas, tum uel maximè ad transeundum in Peloponnesum, instaurare urbem mœnibus decreuit. Nam Oeniade quidē mari adiacent ad oppositū Acarnaniæ, quod Aetolis circa principium Corinthiaci sinus contiguū est. Est autem ciuitas in Peloponneso sita è regione littoris Dymæorū, & uicina locis qui sunt iuxta Araxū. Distat enim nō amplius centū stadijs. Quæ considerans Philippus, arcē separatim munuit: deinde portu naualibus q; muro circundatis, hæc quoq; cum arce coniunxit, usus ad id opus peragendū materia, quam ex Pæanio uectā suprà memorauimus. Cum in his uersaretur Philippus, literæ è Macedonia afferuntur, significantes, Dardanios, quia de translitu eius in Peloponnesum dubitarent, summo studio delectū habere, parareq; ad bellū necessaria, ut mox in Macedoniam transirent. Quæ cum rex intellexisset, extemplò succurrendū Macedoniæ ratus, legatos Achæorū remisit, dato eis responso, quòd cum primùm Macedonicas res collocare in tuto potuisset, nihil sibi magis curæ foret, quàm cum omnibus utribus in Achæorū subsidiū uenire. Posthæc motis castris, summa celeritate per ea, per quæ uenerat, loca reuertebatur. Transfretanti Ambraciū sinum ex Acarnania in Epirū in una lembo Demetrius Pharius occurrit, quē Illyrio expulsum à Romanis suprà memorauimus. Hunc rex benignè atq; humaniter amplexū, iussit in Corinthū nauigare, deinde per Thessaliā in Macedoniā proficisci. Ipse uerò in Epirū profectus, mox se in Macedoniā contulit ad urbem Pellam. Dardani, cum per Thraces quosdam perfugas aduentū regis intellexissent, timore perculsi, subitò exercitum dissoluere, quanquā non longè tam aberant à Macedonia. Philippus cognita Dardanorū pœnitentia, potestatē suis omnibus fecit colligendi nouas fruges, & in suā cuiq; regionē abeundi. Ipse in Thessaliā profectus, reliquā partem æstatis Larissæ egit. Sub idē tempus Aemilius Paulus ex Illyrijs reuersus Romā, triumphauit. Annibal Sagunto per uim potitus, in hyberna copias dimiserat. Romani nuncio de Sagunti excidio accepto, legatos ad petendū Annibalem Carthaginensem mittebant, simulq; necessaria ad bellū parabant, P. Cornelio & T. Sempronio creatis Consulibus. Quibus de rebus, quæ particulatim dicenda erant, superioribus libris exposuimus. Nunc autem summatim memoriæ gratia reperimus, ut quod polliciti fuimus, omnia, & simul, ante oculos legentibus ponantur. Primus igit eius Olympiadis annus perfectus est. Aetoli, cū tempus comitiorū adesset, Dorimachū ducem belli elegerunt. Hic subitò magistratū ingressus, collecto armatorū numero, in superiorē partem Epiri impetum fecit, omnemq; eā regionē fœdè nimiū atq; hostiliter depopulatus est, ut nō tam utilitatis suæ, quàm excidij Epirotarū gratia id facere uideretur. Tum ad templum Dodonæi Iouis profectus, porticus incendit, ornatū omnē templi deuastauit, ipsam deniq; sacrā ædē euertit. adeò nullū uel pacis, uel belli modū seruare sciunt Aetoli, sed in utroq; communē hominū morē, et quasi naturalē legem transgrediuntur. Hęc tot, aliaq; cū Dorimachus patrasset, domū reuersus est. Durante autē adhuc hyeme, omnibusq; & aduentū Philippi ob tempestatē anni desperantibus, rex acceptis tribus millibus clypeatorū, et scutatorū duobus millibus, Cretensibus itē trecentis, præterea quadringentis ferè equitibus, Larissa profectus est, & facto per Thessaliā itinere, in Euboeam penetrauit. Inde per Bœotiam & Megaridam tempore Aequinoctij hyemalis Corinthum uenit, ita clàm facto itinere, ut nemo Peloponnesiorum id sensisset. Clausis deinde Corinthi portis, & custodijs itineri adhibitis, sequenti

die

die Aratũ ſenioremex Sicyone ad ſe uocauit. Tum literis ad ducẽ Achæorũ, & ciuitates miſſis, certiores eos fecit, quando, & quo loco conuenire armati deberent. His rebus hunc in modũ conſtitutis, iter cœptum proſecutus, caſtra iuxta Dioſcoriũ Philiaſiæ oppidum poſuit. Per idem tempus Euripides eum duabus legionibus Elienſiũ, & piratis, ac mercenarijs militibus, ut omnes ad duo millia & ducenti eſſent, præterea cum equitibus ferè centũ Pſophide diſcedens, per Phœnicem et Stymphaliã terram iter faciebat, ignarus progreſſus Philippi, & uaſtare ac depopulari Sicyoniorũ agrum cupiens. Accidit, ut qua nocte Philippus iuxta Dioſcoriũ caſtrametatus eſt, Euripides cum prima luce eum locũ prætergreſſus Sicyoniorũ agrũ intraſſet, Cretenſes quidã ex ijs qui cum Philippo erant, cũ fortè relictis ordinibus pabulatũ proficiſcerentẽ, in eum incidêre. Ex quibus cum præſentiã Macedonũ cognouiſſet, nihil cuiquã locutus, eadem qua uenerat uia domũ copias reduxit: intendens, ſperans q; ſe facile, poſtquã Stymphaliam terrã prætergreſſus fuiſſet, in locis iniquis fundere Macedonas poſſe. Philippus hac re minimè intellecta, cum prima luce, uti ſtatuerat, exercitũ mouit, iter ſub ipſo Stymphalo uerſus Caphyras facturus. Eò enim conuenire in armis Achæos per literas iuſſerat. Cum primi milites Macedonum ad ſummitatem eius collis peruenirent, quem incolæ Apeaurũ uocant, diſtatq; à Stymphaliorũ urbe circiter decem ſtadia, fortè fortuna accidit, ut Elienſium quoq; primi ad eandem ſummitatẽ peruenirent. Quare cognita Euripides iniquitate loci ac temporis perterritus, fugam cum paucis arripuit, & per ſaltus penè inuios Pſophidem peruenit. Reliqua multitudo Elienſium ſimul deſerta à duce, ſimul nouitate rei perculſa, aliquandiu quid agendum foret, dubitauit. Poſt hæc ex genere armaturæ, galeati enim Macedones procedebãt, Megalopolitanos eos eſſe rati, conſerta acie, & ſeruatis ordinibus aliquantũ proceſſere, ſalute haudquaquã deſperata. Vbi uerò propinquiores facti ſunt Macedones, ueritatẽ rei iam planè intelligentes, omnes ſe abiectis armis in fugam uerterunt. Ex his ferè mille & ducenti uiui in poteſtatẽ hoſtiũ peruenere. Reliqui aut à Macedonibus inſtar pecudũ trucidati, aut per præcipitia lapſi, mortem obiere. Pauciores centum fuga ſeruauit. Philippus, præda & captiuis Corinthum miſſis, iter proſequitur. Peloponneſijs id factum mirabile uiſum, fama eodem tempore & aduentum regis, & uictoriam nunciante. Cum per Arcadiam iter rex faceret, multis in itinere niuiũ ac locorum difficultatibus fatigatus, tertio die intẽpeſta nocte Caphyas peruenit. Hic curatis triduò corporibus, & Arato iuniore cum copijs, quas habebat, ſecum accepto, ita ut eſſet exercitus omnis ad decem millia hominũ, Pſophidem per Cletorium uenit, congregata ex ciuitatibus, per quas tranſiuit, telorum ac ſcalarũ multitudine. Eſt autem Pſophis antiquiſſimum Arcadum oppidum in medio Peloponneſi ſitum, eam partem Achaiæ contingens, quæ ad occidentem uergit, & Elienſium regioni peropportunè imminens, per quos tum fortè regebatur. Ad hanc Philippus tertio, poſtquã Caphyis diſceſſerat, die profectus, caſtra in oppoſitis urbi collibus collocauit, ex quibus urbem & circumſtantia omnia loca tutò cernere poterat. Hinc igitur cum munimenta urbis animaduerteret, aliquandiu anceps conſilij fuit. Ab occidente enim iuxta mœnia urbis rapidiſſimus torrens defluit: qui cũ magna hyemis parte intransfretabilis ſit, aditum ad urbẽ ex eo latere prohibet, qui torrens breui tempore confectus erat; utpote locis editioribꝰ. defluens. Ab oriente uerò Erymanthũ habet, magnũ ac præcipitem fluuiũ, de quo multa à poetis atq; hiſtoricis narrantẽ. Torrens ipſe, de quo ſuprà diximus, in Erymanthũ defluens, tertiũ quoque à meridie latus tutiſſimũ reddit. Quarto autẽ, quod ad Septentrionẽ uergit, collis ſuperſtat aſper, atq; difficilis, & quaſi opportuniſſimæ arcis locũ tenẽs. Ita urbs à tribus lateribus aqua, à quarto tuta reddit colle: præterea ex omni parte mœnibus claudit, magnitudine atq; opere excellentibus. Poſtremò erat in ea Elienſiũ præſidiũ, & Euripides fuga ſeruatus proximè ſe eò receperat. His omnibus conſideratis, Philippus partim ab expugnatione urbis retrahebatur ob difficulta-

difficultatem rei, partim ob loci opportunitatem, ad eam obsidendam inflammabatur. Nam quantū tunc ea urbs detrimenti Achæis atq; Arcadibus afferebat, munimentum quoddam, & quasi receptaculum belli tutissimum Elien sibus existens: tantum econtrario, si caperetur, allaturā Elienſibus detrimenti, & munimentum ac receptaculū belli Arcadibus futuram arbitrabatur. Quam obrem in hanc tandem sententiā inclinatus, Macedonibus nunciauit, ut cum prima luce refectis cibo corporibus, omnes instructi ac parati forent. Posthęc Erymanthi pontem transgressus, nemine ob nouitatem ac magnitudinem rei iter eius impediente, sub ipsa urbis mœnia intrepidus uenit. Euripidem, cæteros q; qui in ciuitate erant, factum id ancipites consilij fecit. Nam neq; ui expugnari à se posse urbem adeò munitā existimare Macedones putabant: neq; diutius ea anni tempestate obsidionem tolerari. Quamobrem, ne per proditionem uocati essent ab aliquo intra urbem habitantium, uerebantur. Vbi uerò nihil eiusmodi in ciuitate tentari uident, magna pars ad defendenda mœnia concurrit. Mercenarij Elienſium per portam castris supereminentem eruptione facta, in hostes feruntur. Philippus tribus in locis, qui scalas mœnibus admouerent, constitutis, et sufficienti Macedonum numero singulis partibus addito, dari per præconem signū iubet. Quo facto, incredibili ardore omnes pugnā capessunt. Obsessi principiò acerrimè propugnantes resistebant, multis ex scalis, cum transcendere mœnia conarentur, deiectis. Vbi uerò & tela, & omnis necessariarum rerum apparatus propugnantibus defuit, utpote qui ex improuiso ad mœnia cucurrerant, nec perterriti Macedones, retrahebant gressum, sed in deiecti locum proximus quisq; scalas ascendebat: conuersi tandem in fugam obsessi, omnes se in arcem recepere. Ex ijs qui cum rege erant, Macedones quidem mœnia transgrediuntur. Cirtenses uerò cum his qui ex superiore urbis parte eruptionē fecerant, congressi, ad extremum eos adegerunt, ut abiectis turpiter armis, capesserent fugam. Quos ingenti impetu iniecuti, multis eorum in itinere interfectis, unà in urbem irruere. Ex quo accidit, ut eodē ferè tempore undiq; capta urbs fuerit. Vniuersi ciues cum filijs & uxoribus in arcē confugēre. Idem ab Euripide factū, reliquisq; qui id periculū euaserant. Macedones urbem ingressi, publica, priuataq; omnia diripuere, de hinc quietē agentes in ciuitate morabantur. Qui arcem tenebant, cum & commeatu, & omnibus necessarijs carerent, prospicientes futurum, de deditione agere cœperunt. Misso igitur ad regē caduceatore, & accepta uenia mittendæ legationis, principes ciuitatis, & cum his Euripidem ad Philippum mittunt. Hi cum rege composuere, ut dedita arce liceret ciuibus simul atq; aduenis, libere abire. Quo facto, rursus in arcē redierunt, iussi à rege, ne prius inde discederent, quàm ipse ex urbe copias eduxisset, ne fortè in milites suos incidentes præda fierent. Rex ob tempestatem anni necessariò in ea urbe aliquot diebus moram traxit. In quibus uocatis in concionē Achæis, qui in exercitu erant, multa locutus est de situ atq; opportunitate eius urbis ad præsens bellū gerendum, & fidem ac beneuolentiam suam in eam gentem pluribus uerbis commemorauit. Postremò tradere se, inquit, eam urbem Achæis, quo palàm intelligerent hoc sibi propositū esse, omnibus in rebus gratificari Achæis, nihilq; in rebus illorum studij ac promptitudinis omittere. Quæ cum dixisset, a gentibus gratiam Achæis, & beneuolentiā regis amplexantibus, Philippus concionem dissoluit. Nec multo pòst iussis conuenire militibus, Lassionē uersus exercitū mouit. Psophidij relicta arce, in ciuitatē uenere, omnesq; in suas quisq; domos reuersi sunt. Euripides cum suis primò Corinthum, deinde Aetoliam abijt. Duces Achæorum præsentes Proslaum Sicyonium cum sufficienti præsidio in arce posuere, urbi Pythiam Pellenensem præfecerunt. Hunc finem res Psophidiorum sunt sortitæ. Elienſium præsidium, quod Lassioni erat, perspecta Macedonū præsentia, & his quæ Psophidi gesta erant, per nuncios cognitis, magnitudine rerū deterriti, urbem deseruerunt. Quo factū est, ut Philippus simul & uiderit eam, & cœperit. Hanc quoq; Achęis, ut auctiorē

erga

erga eos beneuolentiam ostenderet, dono dedit. Similiter Straton ab Elien sibus captum Thelphusijs restituit. His gestis post diem quintũ Olympiam uenit. Hic peractis Deo rite sacrificijs, ac epulo publico ducibus facto, recreatisq; triduo militibus, postridie educit copias, & in Eliensem agrum profectus prædandi copiam militibus fecit. Ipse iuxta Artemisum castrametatus, non longe pòst abducta inde præda rursus Dioscoriũ redijt. Vbi crebris per prouinciam incursionibus factis, ingẽs hominum multitudo capta, plurimi sese in propinquas uillas, ac locos natura munitos recepere. Est enim Eliensium regio & multitudine corporum, & copia omnium rerum inter cæteras Peloponnesi regiones refertissima: quippe magna pars habitantium ita agri culturæ diditi sunt, ut secundam & tertiam ætatem ruri agentes, multis alioquin diuitijs præditi, nunquam ciuitatem ingrediantur. Quod ideo accidit, quia optimates ciuitates cultores agrorum in precio habẽt, magnaq; diligentia ac studio obseruant, ne quid uel ad usum uitæ necessarium non habeant, uel iniuriam ab aliquo patiantur. Videntur autem mihi hoc ueteres instituisse, cùm quod olim multitudo agriculturam communiter exercuerat, tum potius, quòd olim sacram uitam uiuebant, & ex Græcorum omniũ propter certamen Olympicum concessione, sacram & tutissimam regionem habebant, omnium malorum & omnis bellici tumultus expertes. Postquam uerò orta inter Arcades de Lasione & Pisa contentione, coacti sunt bellum pro patriæ defensione suscipere, ac pristinam uitæ rationẽ mutare, nullam amplius curam habuerunt consequendi ueterem illam, & quasi hæreditariam à Græcis libertatem: sed in eodem statu permansere, haud rectam futurarum rerum prouidentiã facientes. Nam si quod omnes à dijs immortalibus precamur, quodq; ut assequamur, omnia sustinemus, & quod omnium confessione indubitatum est apud homines bonũ, pacem uidelicet, atq; cõcordiam, si hoc inquam, seruato officio, atq; iustitia, consequi à Græcis aliqui in perpetuum possint, & uel contemnant id, ac pro nihilo habeant, uel aliquid pluris æstiment, non ne stultissimi sint, & omni ratione carentes? Sed per louem, dicet aliquis, si qui hanc uiuendi rationem custodiant, inutiles erunt ad resistendum, si quando bello, aut alio iniuriarum genere infestabuntur. At hoc certè perrarum est. quod si aliquando acciderit, communi Græciæ auxilio defendi poterunt: aut, si priuatim ab aliquo offendentur, haud difficile erit per se ipsos mercenarios cogere ex pecunijs, quas longa pace ac tranquillitate rerum comparauerint. Nunc autem id timentes quod rarissimum est, & præter omnium opinionem accidit, cõtinuis bellis ac turbationibus, seq; & regionem suam conficiunt. Hæc quidem de Eliensibus memorauimus, quoniam nulla unquam tempora maiorem eis, quàm hæc nostra, opportunitatem præstitere consequendi eam, de qua locuti sumus, ab omnibus libertatem. Hanc igitur regionem, uti suprà diximus, ex ueteri consuetudine passim ac securè populi habitabant. Quamobrem inerat illi tum quidem innumerabilis multitudo hominũ à Macedonibus capta, plures uerò in tutiora se receperant. Quippe ingens hominum & beluarum, ac plurimarũ deniq; rerum multitudo congregata erat in propinqua uilla, quæ uulgo Thalamus dicit, quòd regio quæ eam amplectitur, arctissima est, ac perdifficilis aditu, & uilla ipsa aspera, ac ferè inaccessa. Philippus cum nunciatum esset, magnam multitudinem eò conuenisse, nihil intentatum relinquere uolens, cum mercenarijs militibus loca præoccupat, in aditum eius peropportuna. Ipse relictis castris, impedimentis, ac magna parte copiarum cum scutatis & leuioris armaturæ militibus per loci angustias procedit: ac nemine iter impediẽte, ad uillam peruenit. Cuius rei magnitudine, qui eò confugerant, deterriti, & simul imparati ad bellicos usus atq; insueti, præterea multos per ætatẽ inutiles ad bellum secum habentes, confestim se dediderunt. In quibus erant mercenarij milites ex uarijs generibus ferè ducenti, quibus præerat Amphidamus dux Eliensium. Philippus omni genere prędæ, & quinq; millibus hominum potitus, pręterea qua-

drupedum infinita penè multitudine, in præsentia quidē in castra redijt. Postea uerò cum onustus præda miles inutilis ad res gerendas uideretur, motis castris rursus Olympiam remeauit. Apelles unus erat ex tutoribus, ab Antigono puero relictis, & tunc autoritate ac gratia plurimum apud regem pollebat. Hic cum agitare animo cœpisset, quo pacto Achæorū gentem in eum statū posset adducere, in quo Thessali erant, nefandū orsus est facinus. Thessali quippe secundū leges quidem suas uiuere, multūq; differre à Macedonibus uidebant. Tantum aūt aberat, ut ab his quicq; differrent, ut omnia instar Macedonū paterentur, atq; ea omnia facerēt, quæ regibus uiderent. Quamobrem ad hoc intentus Apelles, eorū qui in castris erant, tentare animos cœpit. Primò igitur Macedonibus mandauit, ut semper Achæos, si qui fortè loca præoccupassent, ex stationibus expellerent, item prædam ab his auferrēt. Posthæc quamlibet leui ex causa uerberari eos per ministros iubebat. Si qui uerò aut de huiusmodi iniurijs quererentur, aut auxilium uapulantibus ferrent, ipse eos in uincula ducebat, sperans tandem per hunc modū efficere, ne quid graue Achæis ex consuetudine uideretur, quod regi libitum esset: idq; effecerat iam, ut quamuis modico tempore in militia cum Antigono constitutos Achæos quamlibet molestiam ferre assuefecerit, modò Cleomeni non cogerentur subesse. Cæterùm cum congregati quidam Achaici iuuenes ad Aratum uenissent, & consilium Apellis patefecissent, Aratus ei rei initio succurrēdum ratus, ad Philippum uenit: ductisq; secum iuuenibus, rem ordine exposuit. Quibus auditis Philippus, iuuenes quidem bono animo esse iussit, utpote quibus nihil tale in posterum contingeret. Apelli in mandatis dedit, ne quid amplius sine ducis sententia de Achæis statueret. Philippus quidem certè & eloquentia ac suauitate orationis in militum concionibus, & in rebus bellicis calliditate atq; audacia, non solùm militum, sed omnium Peloponnesiorū iudicio præstabat. Nec facile fuisset regem reperire, pluribus naturæ dotibus ornatum. Solertia quidem & memoria & gratia erat in hoc homine insignis, præterea aspectus imperio dignus, regia potentia, maximum robur, & inaudita in rebus bellicis animi magnitudo. Quibus tot, tātisq; uirtutibus cum imperij fundamenta iecisset, quæ tandem causa naturā eius peruerterit, & ex iusto ac pio rege impium ac sceleratū tyrannum fecerit, haud facile esset disserere. Quamobrem hoc in aliud tempus reseruandum. Nunc ad propositum reuertamur. Philippus, motis ex Olympia castris, primò Phariam uenit, deinde Eream: ubi uendita præda, de qua suprà memorauimus, pontem supra Alphium struxit, uolens illac iter in Triphaliam facere. Per idem tempus Dorimachus Aetolorum dux, petentibus subsidium Elienſibus, cum ager eorum deuastaretur, circiter sexcentos Aetolos, & ducem Phlidam misit. Hic in Elienſem regionem profectus, acceptis Elienſium mercenarijs, numero ferè quingentis, præterea urbanis mille, item unà Tarentinis, in sociorum subsidium in Triphaliam uenit: quæ à Triphalo Arcade nomen habens, in Peloponneso sita est, inter Elienſium ac Messeniorum regiones. uertitur aūt in Libycum pelagus, Achaiam contingens ad Occidentem hyemem. cōtinetq; has urbes, Samicō, Lepreon, Hygiannan, Typaneas, Pyrgon Epion, Bolacas, Tylangion, Phryxan. Quas cum paucis antè temporibus Elienſes tenerent, Alphirenſiū quoq; urbem acceperant, quæ antea Arcadiæ erat, Alliado Megalopolitano, quo tempore tyrannidē exercebat, hāc illis per permutationē tradēte. Simulac aūt Triphaliā ingressus est Philidas, Elienſes quidem Lepreō, mercenarios Alphirā misit. Ipse Aetolos secum habens, Typaneis morabatur. Philippus relictis impedimentis, & flumine Alphio per pontem traiecto, qd iuxta Ereæ urbis fluit mœnia, Alphirā uenit, quæ in colle quodā sita ex omni parte prærupto, pluſq; X. stadiorum iter in ascensu continet. Habet aūt in summitate collis arcem, & æneam Mineruæ statuam, longè à cæteris specie ac magnitudine differentem. Quæ à quo, aut cuius sumptibus, quo ue tempore erecta fuerit, etiam apud eius loci incolas dubi-

dubitatur. Hoc inter omnes constat, opus esse inter omnia opera Hecatodori & Sostrati excellentissimum. Cum igitur clarus ac serenus aduenisset dies, Philippus dispositis in aurora, pluribus in locis, qui scalas ferebant, & ante eos mercenariorũ ordinibus, ac inde Macedonum collocatis, cum primum ortus est sol, omnib. mandat, ut facto impetu collem ascendere, ac oppugnare urbem maturent. Quibus mandata peragentibus, accidit, ut Alphirenses ad eum semper locũ omnes concurrerent, in quo magis eniti Macedonas uidebant. Sub idem tempus Philippus delectos ex omni numero milites secũ habens, clàm per prærupta quædam loca ad arcis mœnia deuenerat. Hic oppugnantibus ex omni parte urbem militibus, & scalas undiq; mœnibus admouentibus, Philippus primus receptaculũ ꝗd circa arcem erat, adgredi cœpit: eoq; statim, quia uacuũ militibus erat, potitus est. Quod ubi incẽsum Alphirenes ex mœnibus perspexere, recenti periculo deterriti, timentesq;, ut occupata à Macedonibus arce, nulla sibi amplius spes salutis relinqueretur, confestim oẽs desertis mœnibus ad arcem confugêre. quo facto, Macedones subitò & mœnia & urbẽ occuparunt. Posthæc qui arcẽ tenebant, missis ad Philippũ legatis, salutẽ pacti, arcẽ quoq; dedidere. His rebus peractis, perterriti Triphaliæ populi, de sua ac patriæ salute consultabant. Philidas Typaneis profectus, direptis quibusdã domibus, Lopirũ fugit. Talis tunc merces Aetolorũ sociis persoluebatur, ut nõ solùm in summo rerũ discrimine destituerentur, uerumetiã ea paterentur à socijs, quæ uix perpeti ab hostibus debuissent. Typaneatæ urbẽ euestigio Philippo dediderunt. idem Hippanam habitantes fecere. Inter hęc Phialenses auditis, quę gesta in Triphalia fuerãt, Aetolorum societatem detestantes, locum iuxta Polemarchũ armati cepere. Piratæ Aetolorũ, qui tum fortè Messeniorũ gratia in ea urbe morabant, principiò resistere Phialensibus conati sunt. Postea cum animaduerterẽt uniuersam ciuitatẽ unanimiter conuenire, à proposito destiterunt, & collectis sarcinis suis, ex urbe sunt profecti. Phialenses missis ad Philippum legatis, secq; & urbem in potestatẽ regis posuere. Quibus peractis, Lepreatę occupato urbis peropportuno loco, deijciendo ex urbe Elienſium, & Aetolorũ & Lacedæmoniorũ (nam & ab illis missum auxiliũ uenerat) præsidio cõsilium inierũt. Philidas principiò nihil ob eam rem motus, in ciuitate permanebat. Cum uerò Rex Taurionem cum parte copiarũ in Phialiam misisset, ipse aũt cum reliquo exercitu Lepreon ueniens iam non longe abesset, Philidas, cęteriq;, qui cum eo erant, nuncio eius rei accepto, animis cecidere. Lepreatæ contrario audaciores facti, rem dignam memoria peregerũt. Quippe mille Elienſibus in urbe existentibus, Aetolis item mille quingentis, mercenarijs Lacedæmonijs CC. præterea bis aream obtinentibus, tanta tamen animi magnitudine fuere, ut minime deserendam in tam aspera rerum conditione patriæ salutem existimauerint. Cum igitur Philidas animaduerteret, Lepreatas forti animo incœptum prosequentes, & iam appropinquantes urbi Macedonas intuerentur, nulla amplius salutis spe relicta, cum Elienſibus & Lacedæmonijs arripuit fugam. Lacedęmonij quidem facto per Messenẽ itinere, domum redierunt. Aetoli uerò cum duce Philida, Samicum uersus profecti. Lepreatę ciuitate in potestatem accepta, legatos ad regem de conditionibus tradendæ urbis miserunt. Quibus auditis, Rex exercitus sui partem Lepreon misit. Ipse cum scutatis, & leuioris armaturæ militibus aliquãdiu Philidam persecutus, impedimentis omnibus potitus est. Philidas se Samicum recepit. Hoc in loco rex castrametatus, aduocatis Lepreo cæteris copijs, obsidendæ urbis consilium simulat. Qua re perterriti Aetoli, atq; Elienses, ut qui nullum ad obsidionem remedium, præter manus habebant, agere cum rege de salute cœperunt. A' quo accepta fide, inde profecti Elim abiere. Rex Samico euestigio potitus est. Posthæc alijs quoq; ad eum suppliciter uenientibus, Phrixan accepit, Tylangion, Epion, Bolacas, Pyrgõ, Epicalion. Quibus rebus peractis, Lepreon remeauit, uniuersa Triphalia intra sex dierum spacium ditioni suæ

subiecta. Hic Lepronras pro tempore hortatus, ac sufficienti præsidio in arce collocato, Heream exercitum duxit, Ladico Acarnane duce in Triphalia relicto. Cum autem ad eam urbem peruenisset, prædam omnem inter milites distribuit: postea accepto inde commeatu, iter media hyeme Megalopolim tenuit. Quo tempore Philippus in Triphalia uersabatur, Chilon Lacedæmonius regnum ciuitatis ad se spectare existimans, & insolentiam magistratuũ in eligendo Lycurgo grauiter ferens, nouarum rerum consilium agitare animo cœpit. ratus autem facilimè se multitudinis beneuolentiam adepturum, si Cleomenem secutus, diuisionis agrorum denuò faciendæ spem iniiceret, se ad id peragendum accinxit. Communicato cum quibusdam amicis consilio, participes eius rei ducentos accepit. Verùm cum animaduerteret, maximum sibi ad exequendam intentionem suam impedimentum afferre Lycurgum, & magistratus, per quos ille Rex fuerat creatus, huic primùm rei prouidendum existimauit. Magistratus igitur, cum fortè omnes cœnarent, ex improuiso adgressus, crudelissimè interfecit, fortuna illis dignam rebus à se patratis pœnam subministrante. Etenim à quo, & cuius rei gratia hoc sunt passi, meritò quis illos dicet perpessos esse. Chilon hoc facinore patrato, confestim ad Lycurgi domum contulit: et quanquam ille domi erat, fieri tamẽ eius compos non potuit. Nam per domesticos quosdam, & uicinos clàm abductus occultis, ac penè inuijs locis, Pellenem migrauit. Chilon tanta rei opportunitate frustratus, rem grauiter & acerbè ferens, quod consequens erat, facere coactus est. Profectus enim in forum, inimicis omnibus manus iniecit. Amicos ac familiares hortatus est, reliquos in spem nouarum rerum inducere conatus. Nemine autem id factum probante, sed potius irritatis in se ciuium animis, timens quod futurum erat, clàm ex urbe abijt, solusq; in Achaiam exul, ac patrio solo eiectus peruenit. Lacedæmonij ueriti Philippi regis aduentu, omnia quæ dispersa per prouinciam erant, in oppida reduxerunt. Oppida ipsa præsidijs, ac reliquis necessarijs rebus muniuere, Athenæo Megalopolitanorum, quia peropportunus locus hostibus uidebatur, funditus diruto. Itaq; Lacedæmonij cum per Lycurgi leges optima usi essent politia, maximam potentiam adepti fuerant usq; ad bellum Leuctricum. à quo tempore aduersam pariter fortunam experiri, & politiam in dies magis ac magis ad deteriora prolabentem, ac tandem quamplurimis incommodis et intestinis seditionibus refertam habere, ac plurima exilia et profligationes unà cum acerbissima seruitute experiri cœperunt, usq; ad tyrannidem Nabidanam, cuius antea ne nomen quidem ferre potuerũt. Hæc itaq; sunt quæ & olim, & à multis de Lacedæmonijs relata sunt, perspicua ab eo tempore facta, quo Cleomenes patriam politiam destruxit: quorum in sequẽtibus, ubi opportunum erit, mentionem faciemus. Igitur Philippus Megalopoli cum exercitu profectus, Argos per Tegeatanum agrum contendit, & in ea urbe residuum hyemis commoratus est, cùm reliquæ uitæ genere, tum maximè rebus in hac expeditione suprà ætatis fidem gestis maximum apud omnes nomen consecutus. Apelles uerò nequaquam iussu regis à proposito retractus, agere paulatim sub iugum Achæos nitebatur. Ad quam rem perficiendam cum obstare Aratum, ac cæteros qui cum eo erant, animaduerteret, regem' que his, & præsertim seniori plurimum tribuere, quòd plurimum apud Antigonum, & Achæos autoritatis haberet, uirtuteq; & prudentia præstaret, hos primùm adgredi iniurijs cœpit: scrutatus, qui' nam diuersæ Arato factionis in Achaia forent, singulos quosque uocari ad se iussit. Hos benignè atque humaniter amplexus, suadendo atque hortando ad amicitiam suam prouocabat. Deinde singulos regi commendans, ostendebat, eum, si Arati partes foueret, secundum scriptum societatis fœdus Achæis usurum: si uerò consilio suo usus illos in amicitiam reciperet, de omnibus Peloponnesijs suo arbitrio dispositurum. Adhæc, cum comitiorum tempus appropinquaret, de eligendo ex hac factione duce cogitabat.

Quam

Quamobrem hortari regem cœpit, ut ad commune Achæorum concilium Egium proficiſceretur, ueluti inde in Elienſem agrum iter facturus. Quibus uerbis perſuaſus Rex, conſtituto tempore Egij affuit: & partim per ſe ipſum hortando, partim per ſuos deterrendo, uix tandem uoti compos euaſit. Itaq; dux electus eſt Eperatus. Timoxenus uerò, quem Aratus nominauerat, repulſam habuit. Poſthæc Philippus motis Egio caſtris, factoq; per Patras & Dymen itinere, contulit ſe ad caſtellum, quod Murum incolæ uocant, in Dymenſium agro ſitum, & nõ multo antè tempore, ut ſuprà memorauimus, ab Euripide captum. Quòd cum cupidè reddere Dymenſibus feſtinaret, inſtructo, paratoq; exercitu adgreſſus, uſqueadeò præſidium Eliẽſium terruit, ut confeſtim ſeq; & caſtellum dediderint, haud magnum quidem ſitu, ſed & natura loci & mœnibus munitiſſimũ. Quippe minorem quàm quatuor ſtadiorum circuitum continet, mœnia uerò in altum plus triginta ulnis eriguntur. Hoc mox Dymenſibus reſtituto, Philippus per prouinciam prædabundus diſcurrit. Qua paſſim ferro igniq; deuaſtata, omni genere prædæ onuſtus, Dymen remeauit. Apelles aſſecutum ſe propoſiti partem exiſtimans, quod dux ex ſententia ſua fuerat electus, rurſus ſe ad Aratum uertit, cupiens regis animum ab illo prorſus alienum facere. Orſus autem eſt calumniam ex cauſis, quas dicemus. Amphidamus Elienſium dux in uilla, quam Thalamũ uocant, ſicuti ſuprà memorauimus, captus, ſimulatq; in Olympiam cum reliquis captiuis miſſus peruenit, tentare per quoſdam regis colloquium cœpit. Ad quem cum delatus fuiſſet, poſſe ſe, inquit, Elienſes in amicitiam ac ſocietatem eius aſciſcere. Quibus uerbis perſuaſus Rex, ſine mercede Amphidamum dimiſit, iuſſum nunciare Elienſibus, ſi inire ſecum ſocietatẽ uellent, omnes ſe captiuos gratis dimiſſurum, prouinciam ab omni periculo tutã ſeruaturum: permiſſurum præterea, ut in libertate uiuerẽt, nullum præſidium apud eos poſiturum, nullum tributum exacturum, ſed cõceſſurum ut rebus ſuis libere uterentur. Ea cum audiuiſſent Elienſes, quanquam magna atque utilia offerebantur, conditionem tamen renuerunt. Ex quo Apelles, ſumpta occaſione calumniæ, ad Philippum profectus, Aratum inquit, cæteroſq; eiuſdem factionis Achæos ueram amicitiam cum Macedonibus nequaquã ſeruare, nec in uera ſocietate cũ eo permanere. Siquidem hos fuiſſe cauſam, ne Elienſes oblatam ſibi ſocietatis conditionem acciperent. Nam quo tempore Amphidamum ex urbe Olympia olim miſerat, priuatim hominẽ allocutos ſuaſiſſe, nequaquam expedire Peloponneſijs, ut Philippus Elienſium dominus fieret. Ob eam cauſam Elienſes, ſpretis conditionibus pacis, amicitiam cum Aetolis ſeruare, bellumq; Macedonum pati. His auditis, Philippus accerſiri Aratum cum Achæis iubet, & in eorum cõſpectu Apellem eadem omnia referre. Qui cum ad præſentiam regis ueniſſent, Apelles ea omnia audacter atq; intrepidè locutus eſt. Ac poſtremò rege adhuc tacente, talia quædam ſubiunxit: Quando quidem uos ita ingratos Rex, ô Arate, ac fraudulentos reperit, ſtatuit conuocatis Achæis, & ratione facti expoſita, in Macedoniam reuerti. Ad hæc Aratus ſenior debere, inquit, regem nemini quicquam temerè credere. Sed, cum aduerſus ſocios atq; amicos aliquid narratur, rem omnem prius diſcurrere, quàm calumniæ fidem adhibeat. Hoc enim regium eſſe, & in omni genere rerum utile. Quamobrem in præſentiarũ in hac calumnia Apellis uocandos eſſe, qui rem audiuerunt, ipſum Apellem unà introducendum: nihil deniq; omittendum, quod ad inueſtigandam ueritatem pertineat, antequam cõuocatis Achæis rem illis detegat. Quæ dicta cum regi placuiſſent, & ſe reſpondiſſet diligenter rem ueſtigaturum, in præſentia quidem abierunt. Paucis uerò interiectis diebus, cum Apelles nullam rerum à ſe dictarum probationem feciſſet, fortuna optimum innocentiæ teſti monũ Arato ſubminiſtrauit. Etenim Elienſes, quo tempore Philippus prouinciam deuaſtabat, Amphidamum ſuſpectum habentes, capere eum decreuerant, ligatumq; Aetoliam mittere. Quod ſentiẽs Amphidamus, fuga clàm

facta, primò Olympiam uenit. deinde factus certior, Philippum Dymę ad di spensandam prædam cõmorari, summa celeritate ad eum profectus est. Aratus, cum primùm nunciatum est, eiectum patrio solo Amphidamũ adesse, lætitia affectus, ut qui à se sciebat nihil aduersus Macedonas cõmissum, regem adit: & ut Amphidamũ uocet, precatur. Hunc enim optimè reddere rationẽ posse de ijs, quæ sibi ascribebantur, utpote cui hæc fuissent dicta. Præterea hunc uera facile elocuturum, cum Philippi gratia exul atque extorris patria sit, omnemq; in eo spem repositam habeat. Quibus uerbis motus rex, cum Amphidamũ ad se uocasset, inuenit Aratum falsò ab Apelle calumniatũ fuisse. Quapropter hunc post eum diem in maiori semper existimatione & gratia habuit, Appellis uerò factum tulit molestissimè: sed propter summam uiri autoritatẽ hoc, ut alia pleraq;, pati æquo animo cogebat. Apelles nequaquam ob banc causam mutato consilio, Taurionem, qui Peloponnesiacis rebus præfectus fuerat, magistratu deiecit, nõ incusans eum, sed laudans ac dicens aptissimum esse, qui cum rege in castris uersaretur, uolens ipse alium illius loco Peloponnesijs præficere. Nouus quippe modus calumniæ inuẽtus est, non uituperando, sed laudando, famæ ac commodis hominum insidiari. Quod uitium in aulis principum ortum usqueadeò inoleuit, ut ea loca tanq; proprias quasdam sedes sibi uideatur elegisse. Similiter Alexandrum, cui cura regij corporis mandata fuerat, remouere ab eius officio nitebatur, uolens custodiam corporis regij ipse habere, ac omnem deniq; ordinem ab Antigono relictum peruertere. Siquidem Antigonus optimè, dum uixit, de filio & de regno meritus, optimè et moriens futuris rebus prouidit. Etenim reliquit testamentum, in quo Macedonibus iussit, quid quisq; facere, cuius rei habere curam deberet, studẽs omnes causas ambitionis ac discordiæ, quæ in eius aula oriri potuissent, è medio tollere. Ex his igitur qui secũ militabant, Apellem filij tutorem constituit, Leontium scutatis militibus præposuit, Megaleã scribis præfecit, Taurioni Peloponnesiorum, Alexandro regij corporis curam reliquit. Leõtium quidem & Megaleam prorsus iam sub se Apelles babebat. Alexandrum uerò & Taurionem mouere locis suis cõstituerat, quo per se, et suos amicos administrarent. Quod profectò facilimè perfecisset, nisi ab Arato fuisset impeditus. Nunc autem mox imprudentiæ & cupiditatis suæ pœnas luit. Nam quod in alios patrare totis uiribus nitebatur, id ipse ab illis breui pòst tẽpore passus est. Quæ res quomodo acciderit, dicere in præsentia supersedebimus, finem huic libro imponẽtes. In sequentibus uerò singula suis locis conabimur referre. Philippus gestis, quas suprà memorauimus, rebus, Argos uenit, ubi ipse cum amicis, quod superfuit hyemis, commoratus est, copias uerò in Macedoniam remisit.

POLYBII HISTORIARVM
Liber quintus.

ANnus imperij Arati iunioris, circa ortum Pleiadis perfectus est. Ita enim tempora Achæi dimetiunt. Quamobrẽ hic quidem dimisit, Epiratus uerò suscepit imperiũ. Dux Aerolorum erat Dorimachus. Eodem tempore, ineũte iam æstate, Annibal exardescente iam inter Romanos & Carthaginenses bello, copias è noua Carthagine deduxerat, et traiecto Libero, festinabat in Italiam transire. Romani Titum Sempronium cum exercitu in Africam, P. Cornelium in Hispaniã mittebant. Antiochus & Ptolemæus cum controuersiam Syriacam legationibus & colloquutionibus dirimere se posse desperassent, Syriacum bellum incœperãt. Philippus rex, cum summa egestate commeatus, & pecuniarum eius exercitus premeretur, uocari Achæos ad concilium per magistratus iussit. Postquã multitudo omnis secundum patriæ ritum Egium conuenerat, uidens Rex Aratum ob iniuriã, quam in comitijs passus ab Apelle fuerat, grauiter esse afflictum, Epiratum uerò bominem

minem natura ignauum, ac desidiosum contemni ab omnibus, ac ludibrio haberi, intellecta ex hoc imprudentia Apellis & Leontij, inclinare rursus ad Aratum animum cœpit. Persuasis igitur magistratibus, ut Sicyonem concilium transferrent, seniorem ac iuniorem Aratum humaniter allocutus, ac culpam omnem factorum in Apellem refundens, hortatus est eos, ut in ea qua primò erant uoluntate permanerent. Quibus assentientibus, confestim ingressus concilium, cum prædictorum fauore quæcunq; ad res præsentes necessaria uidebantur, peregit. Siquidem decretũ est ab Achæis, ut mox quinquaginta talenta, hoc est triũ mensium militibus stipendiũ, regi persolueren tur, modij frumẽti ad decẽ millia. Posthac uerò quãdiu in Peloponneso Philippus cum exercitu moraretur, singulis mensibus X & VII talenta. Quibus peractis, Achæi in suas quisq; ciuitates reuersi. Regi aũt postquã copiæ ex hybernis redierunt, optimũ factu uisum, si maritimo itinere hostes adgrederet. Videbat enim hoc modo se quidem ex improuiso undecunq; irrumpere in hostilem terram posse, hostes uerò minimè sibi inuicẽ posse opitulari, simul magno spacio inter se distantes, simul nouitate naualis belli, & repentino hostium aduentu perterritos. Cum Aetolis enim & Lacedæmonijs & Eliensibus bellum eodem tempore gerebat. Cum igitur in hanc sententiã inclinasset animũ, naues Achæorũ, & suas in Lechæo Corinthiorũ portu congregabat, iubens, ut interea temporis remigio milites exercerentur, ad quam rem illi Macedones obsequẽtissimè subseruiebant. Etenim & in terrestribus prælijs cum instructa acie dimicant, præstantissimi sunt, & in bellis naualibus ad repentina certamina paratissimi, præterea uallis ac fossis faciendis nemini secundi, nullum in his rebus laborẽ formidantes: ac denicq; tales, quales Hesiodus Aeacidas introducit, bello potius q̃ conuiuio gaudentes. Rex itaq; cũ Macedonibus Corinthi morabatur, in apparatu rei naualis occupatus. Apelles uerò cũ necq; mutare regis animũ posset, impatiensq; superioris foret, cõiurationẽ cum Leontio & Megalia facit, ut hi duo præsentes, cũ temporis opportunitatẽ nacti essent, consilia & progressus regios impedirent: ipse Chalcidem profectus, undiq; regio exercituí cõmeatũ intercluderet. Quibus ordinatis, extemplò Chalcidem proficiscitur, ibi absurda quædam aduersus regem cõmenturus. Vbi adeò cõstanter iuramentũ seruauit, ut tandem coegerit regẽ propter inopiã terum necessariarũ uasa argentea, & reliquã supellectilem pignori deponere. Cõgregata aũt classe, & Macedonibus remigio instructis, Philippus, frumento stipendioq; militibus dato, Corintho soluit, ac tertio pòst die Patras appulit, habẽs Macedonũ sex millia, mercenarios mil. & CC. Sub idem tempus Dorimachus Aetolorũ dux Agelaũ & Scopam Eliensibus misit cum nouis Cretensibus quingentis. Elienses ueriti, ne ad obsidionem Cyllenes Philippus ueniret, conducendis mercenarijs militibus, & nouo urbanorũ delectui habendo operam dabant. Cyllenem ipsam summo studio muniebant. Quibus cognitis, Philippus Achæorum, & Cretenses, quos secum habebat, præterea Gallorum equitum aliquos, & delectorũ ex Achaia citeriter duo millia peditum Dymę reliquit, ut eum locum tutum à conatu Eliensium seruaret. Ipse, cum paulo antè Messenijs & Epitotis scripsisset, item Acarnanibus, & Scerdilaidæ, ut singuli cum nauibus suis sibi in Cephalenia occurrerent, Patris profectus in Cephaleniam ad castellum Pronnos nauigauit. Hic, cum & castellum ipsum oppugnatu esse difficile, & regionis angustias animaduertisset, cum classe progressus, Paleam appulit. Videnscq; eam regionem refertam frumento, & ad nutriendum exercitum opportunissimam, demissis in terram copijs, circa urbis mœnia castrametatus est. Naues in terram subduxit, uallocq; & fossa circundedit. Macedones frumentatum dimisit. Ipse circa urbem profectus, de erigendis machinis, parandisq; rebus ad expugnationem loci necessarijs cogitabat, uolens simul & præstolari aduentum sociorum, & urbem hanc ditionis suæ faceret tum ut præcipua commoditas, quam è mari habebant, Aetolis eriperetur,

(siquidem Cephaleniorum nauigijs noctis tempore in Peloponnesum nauigabant, & Epirotarum & Acarnensium littus depopulabantur) tum ut hāc urbem ueluti quoddam receptaculum aduersus hostilem tetram socijs pararet. Cephalenia enim in littore Corinthiaci sinus posita, Siculum aspicit pelagus, imminetq; ijs partibus Peloponesi, quæ ad Septentrionem & Occidentem uergunt, & præsertim Elensiū prouinciæ. Epiri uerò, & Aetoliæ, & Acarnaniæ, ijs partibus, quæ ad Meridiem & Orientem spectant. Ob quam rem cum hic locus & ad congregationem sociorum esset commodissimus, et ad offendendas hostium ciuitates, ac sociorum tuendas peropportunè positus, omni studio subijcere ditioni suæ insulam decreuit. Cum autem animad uertisset, omnes alias partes ciuitatis partim mari, partim præcipitijs esse circundatas, breuem uerò quendam locum, qui Zacynthum aspicit, planū esse, hic erigere machinas decreuit, omniaq; ad obsidionem necessaria parare. Philippus itaq; in huiusmodi rebus uersabatur. Interea quindecim lembi à Scerdilaida uenerunt. Plures enim missurum se in præsentia negauit, ob recentes quasdam seditiones nuper in Illyrio ortas. Venit & ab Epirotis, & Acarnanibus, & Messenijs, uti statutum fuerat, supplementum sociorum. Etenim Phygaleorum ciuitate expugnata, iam Messenij reliquam belli partem citra prætextum sustinebant. Rex, paratis rebus ad obsidionem necessarijs, & telis ac balistis opportunis locis dispositis, milites pro tempore hortatus, machinas urbi admouet, per quas factis cuniculis, eueſtigio non parua pars muri fracta, & adhibitis trabibus sustentata est. Tanta est Macedonum in huiusmodi rebus experientia. Philippus ad mœnia propius accedens, hortari ad pacem obsessos cœpit. Quibus conditionem respuentibus, repentè iniecto igni omnem eam partem muri funditus euertit. Quo facto, primos immittit scutatos, qui sub Leontio erant, iussos, ut per eum locum facto impetu, in urbem irruant. Leontius memor coniurationis, & opportunitatem peragendæ rei obseruans, tres iuuenes de suis, qui cæteros in ingressu urbis præcedebant, admonuit, ut urbis captiuitatem impedirent, partim priuatos duces corrumpentes, partim ipsi ueluti ex formidine ignauiter se habentes. Ita tandem ex urbe turpiter eiecti sunt, multis uulneribus acceptis, quanquā facilimè consequi uictoriam potuissent. Rex, & formidinem ducum, & sauciorum multitudinem conspicatus, obsidionem dissoluit. Posthæc, uocatis ad se amicis, quid in posterum agendum foret, consulebat. Interea Lycurgus Messenem cum exercitu uenit. Dorimachus medietatē Aetolorum habens, in Thessaliam copias deduxit. Quibus de rebus legati ad regem ab Acarnanibus, & à Messenijs uenere: ab Acarnanibus quidem, precātes, ut in Aetolorum terram exercitum duceret, quo & Dorimachum accepto itinere teuocaret, & omnem hostilem agrum depopularetur, atq; uastaret. At Messenijs uerò præsidium petentes, & simul docētes, flante tunc Botea, unius diei iter è Cephalenia Messenem esse. Quamobrem Gorgon Messenijs repentinam, atq; ob id summè utilem fore profectionem dicebat. Leontius nequaquam immemor coniurationis factæ, Gorgoni assentiebatur, manifestè uidens per hunc modum futurum, ut toto ueris tempore nil à Philippo fieret. Siquidem transitus Messenem quam facilimus erat: digressio uerò ab ea urbe, adhuc durantibus uentis, omnino impossibilis. Ex quo manifestum fiebat, Philippum, si eò cum exercitu transfretaret, reliquam ueris partem ociosum futurum: Aetolos uerò interea Thessaliam atq; Epirum peragrantes, omnia ferro igniq; uastaturos. Hic ergo hæc & alia huiusmodi consulebant. Aratus uerò sententiæ erat planè diuersæ. Quippe in Aetoliam nauigandum esse existimabat, & illis primùm rebus incumbēdum. Nam cum Aetoli in expeditionem cum Dorimacho essent profecti, optimum esse tempus rebatur ad populandam deuastandamq; prouinciam. Rex partim nihil iam Leontio credēs, ob rem male in superiori obsidione gestam: partim Arati prudentiam expertus, huius sequi consilium decreuit. Quamobrem Epato Achæo-

rum

rum duci scripsit, ut subitarijs legionibus paratis, Messenijs suppetias ferret. Ipse è Cephalenia profectus, perendie noctu Leucadem cum classe appulit. Inde iter tenuit per Ambracium sinum, qui, ut suprà diximus, è Siculo mari defluens, in mediterraneam Aetoliæ partem extenditur. Cum autem ad paludes appulisset, paululum ibi ante lucem commoratus, refici cibo milites, & depositis sarcinis expeditos in posterum esse iussit. Ipse conuocatis ducibus uiarum, de locis, ac ciuitatibus, quæcunque necessaria erant, scrutatus est. Sub idem tempus Aristophantus cum multitudine Acarnanum uenit. Quippe Acarnanes multa ac difficilia superioribus temporibus ab Aetolis perpessi, ulcisci iniurias suas cupiebant. Quamobrem libenter susceptis hoc tempore Macedonibus, armati conuenere, non solùm quibus lex iubebat, uerumetiam seniorum plerique. Nec minori studio ad hoc ipsum moliendum erant Epirotæ, ob similes causas, sed propter magnitudinem prouinciæ, & repentinum Philippi aduentum, mouere se in tempore nequi ueranr. Aetolorum mediam partem, ut suprà diximus, Dorimachus habebat: reliquos in prouincia dimiserat, ut si quid noui accideret, præstò essent. Rex relicto ad custodiam impedimentorum sufficienti præsidio, à palude post meridiem profectus, progressusq; ad LX stadia, castra ponit. Vbi cum aliquantulum constitisset, refectis cœna militum corporibus, iter prosequitur: continuatoq; per noctem labore, ante diluculum ad flumen Acheloum uenit, inter Conopen & Straton, studens repentino atq; improuiso itinere Thermum aduenire. Leontius & Megaleas duabus rationibus præuidebãt regem uoti compotem futurum, Aetolos uerò peiores partes habituros: una, quòd repentinus foret, & omni spe celerior Macedonum aduentus: altera, quòd Aetoli minimè unquam existimantes Philippum per loca adeò aspera ac difficilia iter facturum, improuidi atq; imparati manebant. Quam obrem hæc animo agitantes, & memores coniurationis factæ, Philippum hortabantur, ut positis iuxta Acheloum castris, exercitum à nocturno labore reficeret: futurum hoc modo putantes, ut interea Aetoli spacium aduocandi auxilia haberent. At Aratus id tempus opportunissimum esse ad exequendum consilium regis existimans, Leontium uerò & Megaleam fraudulenter progressus regios impedire, Philippum obtestatur, ne tantam temporis opportunitatem amittat. A quo persuasus Rex, & iam in Leontium ac Megaleam stomachari incipiens, iter prosequitur: & Acheloo flumine traiecto, Thermum uersus exercitum ducit, ferro igniq; inter eundum prouinciam deuastans. A sinistra quidem urbes relinquit, Straton, Agrinium, Thestiam: à dextra uerò Conopen, Lysimachiam, Trichonium, Phyteum. Cum ad urbem uenisset, nomine Methapan, quæ est inter Trichoniũ, & paludem, & angustias illi adiacentes, distatq; à Thermo circiter LX stadia, uersis repentè in fugam Aetolis, locum occupat, & CCCCC militum præsidium intus ponit, ut hac urbe ueluti quodam receptaculo in adeundis atque egrediendis angustijs uti posset. Est enim omnis circa paludem locus montuosus atque difficilis, & densissimis syluis undique circũdatus, quamobrem & uiam habet asperam, ac penè inuiam. Posthæc mercenarios in fronte collocat, postea Illyrios, deinde scutatos ac legionarios milites secum accipiens, per angustias procedit, sequentibus à tergo Cretensibus, & à dextera Thracibus præsidij gratia collocatis. Nam à sinistra tutos palus faciebat, ferè per spacium triginta stadiorum. Superatis breui tempore angustijs, & uico Pamphia occupato, & præsidijs communito, Thermum uersus progreditur: uia non solùm inaccessa & aspera uehementer, sed & præruptas utrinque ualles habente, sic ut nonnullis locis admodum periculosum & angustum accessum, & ascensum propè ad triginta stadia extensum habeat. Hac tamen breui tempore superata, propterea quod Macedones in eo itinere admodum strenuè sese gesserant, adhuc magna nocte Thermum, urbem omnium opulentissimam, uenit. ubi castris positis,

copiam

copiam suis fecit grassandi in circumiacentes pagos, ac per omnem agrũ discurrendi, & domos in ipso Thermo diripiendi, refertas non solùm frumento, & omni genere cõmeatus, uerumetiam preciosissima Aetolorum supelle ctile. Nam quia singulis quibusq; annis Aetoli nundinas, & festa, & comitia in hoc loco celebrabant, unusquisque ad huiusmodi apparatum preciosiores res suas deferebat: tum etiam quia eum locum præter cæteros tutissimũ arbi trabantur, quippe quem nemo unquam hostis aggredi fuisset ausus: & natura talis erat, ut quasi quædam arx totius Aetoliæ uideretur. Quamobrem ex longa pace ac quiete plenæ erant bonorum omnium non solùm propinquæ templo domus, uerumetiam circũstantes omnes loci. Per eam igitur noctem omni genere prædæ referti, ibi quietè egerunt. Sequenti die preciosissima quæq; bona eligentes asportauere, reliqua igni imposuerũt. Simili modo ex armis, quæ è porticibus pendebãt, optima quæq; sustulerunt, nonnulla permutauere, reliqua incendio absumpserũt. Erant autem ultra quindecim millia. Et hucusq; quidem omnia secundum leges belli iustè, integreq; sunt gesta. Quæ uerò sequuntur, quomodo dici oporteat, nescio. Memores enim eorum quæ Aetoli in templo Iouis Dodonæi gesserant, porticus omnes demoliti sunt: ornamenta, quæ maximo studio atq; impensa adhibita fuerant, deiecerunt: neq; solum superiorem partem incendio concremarunt, uerumetiam mœnia ipsa funditus eruêre. Euerterunt statuas numero ultra duo millia, quamplurimas etiam fregerunt, ab his duntaxat abstinentes, quæ uel figuras, uel inscriptiones deorum habebãt. Muris autem uulgatum illum uersiculũ inscripserũt, cum iam tum Sami dexteritas emergeret, qui filius Chrysogoni ac regis collactaneus erat. Versiculus sic habebat: Vides numen, cuius iaculum uolauerit? Erant autem rex & illius amici admodum persuasi, quod ista meritò & competenter perpetrassent, atq; ita Aetolorum circa numen impietatem æqua talione ulti essent. Ego autem contrà existimo. Quod an rectè sentiam, facile est unicuiq; considerare, non procul ab alterius generis, sed ab eiusdem familiæ regibus repetitis exemplis. Antigonus, cum bello Cleomenem Lacedæmoniorũ regem fugasset, Spartę dominium consecutus, tantum abfuit ut quicq; sæuius in populum cõmitteret, ut non moderatus solum, uerumetiã mitis aduersus hostes fuerit: restitutaq; Lacedæmonijs patriæ libertate, ac multis beneficijs & publicè & priuatim impensis, domũ redierit. Ex quo non solùm in præsens tempus beneficus, uerumetiam post mortẽ saluator appellatus est: nec apud Lacedæmonios tantũ, sed apud oẽs nationes immortalem laudem, ac gloriam consecutus. Atqui Philippus, qui primus Macedoniæ regnum auxit, nomenq; familiæ suæ longè lateq; propagauit, cum prælio Athenienses in Cheronia uicisset, non tantũ armis, quantũ dexteritate morum, & quadam naturæ benignitate consecutus est. Armis enim eos tantummodo superauit, qui sibi in prælio obstiterunt: mansuetudine uerò atq; clementia omnes Athenienses, atq; adeò ciuitatem ipsam sui iuris fecit, non ira aut indignatione aliqua prosecutus uictos, sed tam diu cum hostè dimicans, quoad oblata ei occasio foret ostendendæ benignitatis ac uirtutis suæ. Enimuerò Athenienſibus, quos passus fuerat infestissimos, & captiuos gratis remisit, & bello consumptorũ corpora sepulturæ tradidit, reliquiasq; funerũ, ut ad sepulchra maiorũ deferrẽt, ultro hortatus est. Posthęc ossa illorũ & plurimos libertate donatos modico sumptu uestitos, eum Antipatro remittens, rem maximam per industriam suam perfecit. Ex quo consecutus est, ut elati Atheniẽsium animi magnanimitate eius uicti, sibi in posterum obsequentissimi fuerint, semperq; ad omnia regis iussa promptissimi.
* Quid Alexand. Huius ira adeò in The. incruduerat, ut habitatores omnes in seruitutem adegerit, urbem funditus euerterit, principes ciuitatis alios in seruitutem, alios in exilium redegerit, bona omnium occuparit. non tamen usqueadeò indignatio eius processit, ut quicquam in templa deorum immortalium committeretur: quin potius omnem curam, studiumq; adhibuit,

ne qui

ne qui uel inuiti aliquo modo fana uiolarent. Idem cum in Asiam transisset, ut Persas male de Græcis meritos ulciscereturde hominib. quidem dignas rebus ab ijs patratis, pœnas sumpsit, à templis uerò deorũ prorsus abstinuit: quanq; Persæ circa hanc partem maximè in Græcia deliquerant. Hæc tunc considerare Philippus debebat, ne tam principatus, quàm uitæ ac morũ prædictorum regum æmulus, atq; hæres existimaretur. Hic uerò ut Alexandri ac Philippi affinis uideretur, summũ per omnem uitam studiũ, industriamq; adhibebat: ut uerò æmulus atq; imitator haberetur, ne minimam quidem habebat curam. Quamobrem diuerso uitæ genere à supradictis regibus recedens, diuersam de se apud omnes gentes opinionem relinquebat, sicuti hoc tempore fecit. Nam cũ parem iniuriam referre Aetolis conaretur, ueluti malũ malo curaturus, nihil se delinquere existimabat. Obijciens Scopæ & Dorimacho impietatem, qua usi in templo Dodonæi Iouis fuerant, in eodem uersari se crimine non uidebat, longe profectò à ueritate aberrans. Etenim sæuire quidem in hostes, & eorum castella, portus, ciuitates, uillas, naues, fructus deuastare, aliaq; his similia facere, per quæ hostium uires debilitentur, propriæ confirmentur, atque augeantur, leges ac iura belli permittunt: ea uerò destruere quæ nec proprijs rebus emolumenti aliquid afferunt, nec hostibus detrimenti, ut sunt templa, porticus, statuæ, aliaq; huiusmodi, rabiosi hominis est, ac planè furentis. neq; enim ad internitionem usq; pugnare cum hostibus bonum uirum decet, sed quoad eorũ qui deliquerunt, malefacta purgata sint, atq; correcta: neq; unà cum iniustis ea extirpare quæ nihil læserũt, & simul cum hostibus delere eos uelle, qui nullam iniuriam inferre uidentur. Quippe tyranni opus est, malefaciendo suis cum terrore inuitis imperare, in mutuo semper odio cum subditis uersantis: regis uerò contrà, benefaciendo uniuersis cum liberalitate atq; clementia sponte subiectos gubernare, in mutua semper beneuolentia ac charitate cum ciuibus uiuentis. Magis autem errorem Philippi quis agnoscet, si ante oculos posuerit, quod de ipso iudicium uerisimile erant habituri Aetoli, si contraria fecisset, & neque porticus, neque statuas deiecisset, neque ornamenta è templo sustulisset. Equidem optimum ac sincerissimum puto, ut qui conscij essent, quæ in templo Iouis Dodonæi gessissent, & apertè intuerentur Philippum facere quidem quæ uellet potuisse, & si crudelissimè fecisset, meritò id uideri fecisse, tamen ob humanitatem ac magnitudinem animi noluisse illorum impietatem imitari, manifestum est eos errorem suum damnaturos fuisse: Philippum uero laude atque admiratione prosecututos, quòd regiè ac magnanimiter & pietate erga Deos, & ira aduersus se usus fuisset. Enimuerò benignitate atque clementia hostem uincere, quàm armis, præstat. Hic enim necessitate, ut pareant homines, inducuntur, illic uoluntate: & hic quidem cum graui sæpe iactura errata corriguntur, illic sine aliquo detrimento emendantur delinquentes. Præterea quod maius est, hic magnam laudis partem commilitones sibi uendicant, illic omnis uictoria tribuitur duci. Ex quo fit, ut non desint fortassis, qui magnam partem rerum à Philippo gestarum non illi propter ætatem tribuant, sed ijs qui unà militabant. E quorum numero erat Aratus, & Demetrius Pharius: de quibus non difficile esset affirmare, etiamsi qui tunc non interfuissent, hoc, de quo loquimur, impietatis consilium alterius illorum fuisse. Nam præter totius uitæ institutum, in qua Aratus nihil unquam temerè, aut petulanter fecisse cognoscitur, Demetrius uerò ferè omnia è contrario, multa quoque sunt particularia hoc ipsum indicantia, de quibus suo loco dicemus. Philippus (hinc enim paulo ante digressi sumus) omni genere prædæ onustus Thermo proficiscitur, & per eam per quam uenerat, uiam facit, præmissis impedimẽtis, & grauioris armaturæ militibus. Acarnanibus uerò, & mercenarijs in extremo ordine collocatis, festinans angustias loci celeriter pertransire. Si quidem uerebatur, ne Aetoli opportunitate locorum freti, suos à tergo adgrederẽtur: quod mox factum est.

Etenim

Etenim Aetoli ferè ad tria milia in unum congregati, quamdiu Philippus in altiori parte fuit, minime illi appropinquarunt, sed in quibusdam locis occultis Alexandro duce permanserè. Simulac uerò extremi moueri cœperunt, repentè impetu in Thermũ facto, ultimos adgrediuntur. Orto tumultu, Aetoli magnam in opportunitate locorum spem habentes, audacius illos persequebantur. Philippus, cum callidè futura præuidisset, sub quodam colle Illyrios, & pleroscp scutatorum occultè reliquerat. Ii insequentes Aetolos conspicati, tanto impetu in eos irruperunt, ut ex illis repentè centum & triginta desiderati fuerint, totidem ferè capti, reliqui fœda ac turpi fuga saluti quæsierint. Acarnanes, & mercenarij, re fœliciter gesta, mox Paphium incenderũt: deinde angustias summa celeritate prætergressi, ad Macedones peruenere. Philippus iuxta Methapan castrametatus, aduentũ suorum expectabat. Sequenti die destructa Methapa, castra mouit, peruenitcp ad urbem, quam Atras uocãt. Postridie iter prosecutus, omnem regionem deuastauit: positiscp iuxta Conopem castris, omnem sequentem diem ibi permansit. Aduenientе deinde luce, iter uersus Stratum tenuit: traiectocp Acheloo, castra per factum sagittæ procul ab urbe posuit, crebris certaminibus alliciens oppidanos. Audierat enim, Strati esse Aetolorũ peditum ad tria millia, equites ferè quadringentos, Cretenses citciter quingentos. Nemine autem exire urbem audente, motis rursus castris, primò ueluti ad paludem & naues iter facturus conuertit. Cum deinde extremi milites prætergredi urbem cœpissent, pauci ex Aetolorum equitibus irruptione facta, eos adgrediuntur: mox concurrente ex urbe Cretensium multitudine, & plerisque Aetolorum in equitum subsidium uenientibus, cum periculum Acarnanibus immineret, in hostes conuersi, prælium collatis uiribus capessunt. Diu uaria uictoria fuit. ad extremum Illyrijs à Philippo in subsidium mercenariorũ missis, Aetoli uicti passim fugere. Magnam partem eorum regij milites uscp ad portas urbis, & ad mœnia sunt persecuti, centũ ex his inter sequendum interfectis. Reliqui deinceps haud exire urbem ausi. Regiæ copiæ tutò ad exercitum & ad naues peruenere. Philippus positis castris, gratias dijs egit, quòd res prosperè atque ex sententia successissent. Parato deinde epulo, duces omnes uocari in conuiuium iussit. Videbatur enim loca penetrasse periculosa, & talia, ad quę nemo antea exercitum adducere ausus fuit. ipse uero non solum cum copijs accessit, sed & quæ proposuerat perfecit, ac securè ex illis regressus est. Quapropter animo hilari præditus, talem se erga duces præbebat. Megaleas uerò & Leontius regiam fœlicitatẽ grauiter & iniquo animo ferebant, ut qui Apelli iurauerant, se omnes regios progressus impedituros. Tantum autẽ aberat, ut id efficere possent, ut continuè omnia Philippo magis secundarẽt. Venerunt igitur ad cœnã adeò tristes, & soliciti, ut facileregi, & cæteris qui aderant, animum suum ostenderent. Soluto uerò conuiuio, cum crebris poculis utercp incaluisset, Aratum quærentes, ad tentoria reuertebantur: quem cum fortè in itinere offendissent, primò maximis conuicijs eum affecere, deinde lapidibus adgredi cœperunt. Multis autem in utriuscp partis subsidium concurrentibus, ingens seditio in castris orta. Philippus, audito tubæ sono, misit qui rem inquirerent, tumultumcp inter milites sedarẽt. Aratus his rem omnem, uti gesta erat, exponens, & eorum qui interierant, testimonium afferens, mox ad tentorium reuersus est. Leontius clam se è tumultu subtraxit. Megaleam & Crinonem uocatos ad se Philippus, grauiter atcp acerbè allocutus est. Qui cum superbè regi respondissent, dicentes se non prius ab incepto destituros, quàm dignã mercedẽ Arato persoluissent: indignatus Rex, subitò uiginti talentis mulctatos custodiri in uinculis iussit. Postridie uocatum ad se Aratum, ut bono animo esset, rogauit, opportunè se rebus omnibus prouisurum pollicitus. Leontius, ubi nunciatum est, Megaleam in uinculis esse, armata manu ad regis tentoriũ uenit, ratus adhuc penè adolescentem regem timore perculsum cuestigio sententiam mutaturũ, ubi ante regis

cõspectum fuit, rogat, quis nam Megaleæ manus inijcere præsumpsisset? & quis eum in uinculis posuisset? Regi id à se factũ magnanimiter respondente, perterritus Leontius, & quasi gemens abijt. Rex inde cũ classe profectus, extemplò Leucadem uenit. Vbi constitutis, qui prædam inter milites diuiderent, ipse conuocatis amicis, de Megalea sententiã rogauit. Vbi Arato Leontij iniurias repetente, clademquam tempore Antigoni intulerat, item coniurationẽ quam cum Apelle fecerat, & impedimentũ quod Paleæ præstiterat, commemorante, & ad hęc omnia testes adducente, cum Megaleas et Crinon nihil, quod responderi posset, haberent, omniũ iudicio condemnati sunt. Et Crinon quidẽ in uinculis permansit, Megaleas uerò fideiussione Leontij dimissus est. Apellis igitur & sociorũ conditio hæc erat, longè secus quàm sperauerant, succedentibus rebus. Nam qui iniecturos se Arato formidinẽ, & rege solos abusuros se, ac per eum modũ facile quicquid uellent consecuturos sperauerant, omnia planè contraria sunt expetti. Dum hæc gerebantur, Lycurgus nulla re memorabili facta, ex agro Messeniorum recessit. Posthæc rursus Lacedæmone cum exercitu profectus, Eleã urbem cepit. Cuius ciues cum in arcem omnes cõfugissent, hanc obsidione cinxit. ubi aliquandiu cõmoratus, cum tandem nihil se proficere intelligeret, rursus Spartam reuersus est. Elienses, cum per Dymensium agrum grassarentur, in insidijs dispositi equites, qui subsidij gratia uenerant, facile in fugam uerterunt: & Gallorum quidem non paucos interfecere, ex urbanis uerò capiuos ceperunt Polymedẽ Egiensem, & Agesipolem ac Diodem Dymenses. Dorimachus, principiò in expeditionem cum Aetolis tantummodo exiuerat, ratus se, ut suprà memoraiimus, tutò deuastari Thessaliam posse, ac Philippũ propterea Paleæ obsidionem soluturum. Vbi uerò Chrysogonũ & Patreũ comperit in Thessalia ad capessendum prælium paratos esse, nequaquã est ausus descendere in campos, sed per summitates montium exercitũ ductabat. Postquam autẽ allatus est nuncius de Macedonum profectione in Aetoliã, mons tepentẽ è Thessalia castris, in suorum subsidiũ uenit. Vbi cum discessisse iam ex Aetolia tegem comperisset, consilij inops, & cœptis omnibus frustratus, in mœrore, solicitudineq; permansit. Rex Leucade cum classe profectus, uastando ac diripiendo maritima eius regionis loca, Corinthũ descendit, nauibus in Lechęo relictis, copias eduxit. Tum literas ad socias Peloponnesi ciuitates dedit, significans quo die omnes armati conuenire Tegeæ deberent. Quibus ordinatis, nihil Corinthi commoratus, cum copijs abijt: factoq; per Argium agrum itinere, postridie quàm discesserat, Tegeam uenit. ubi accepis, qui eò conuenerant Achæis, iter prosecutus, clàm per montes procedebat, studens Spartanũ agrum prius ingredi, quàm quicquã Lacedæmonij sentirent. Cum per deserta quatridui iter fecisset, in oppositos urbi colles peruenit. Indeq; Menelaium ad dextram habens, ad ipsas Amyclas contendebat. Lacedæmonij ex urbe transitum copiarum conspicati, magnitudinẽ rei admirantes, ac subito terrore correpti, ancipites consilij erant. Adhuc enim stupefacti manebant ob ea, quæ paulo antè à Philippo in Thermo, & per totam Aetoliam gesta nunciabantur. & nescio quis rumor apud eos increuerat, Lycurgum in Aetolorum subsidium mitti. De aduentu uerò eius in Spartanũ agrum adeò celeri ac repentino, nemo adhuc quicquã cogitarat, præsertim ætate eius adhuc nescio quid contemptibile habente. Quapropter rebus ita præter opinionem succedentibus, meritò omnes consternabantur. Etenim Philippus audacius ac callidius, quàm ætas eius ferebat, in rebus bellicis se gerens, uniuersis hostibus terrorẽ incutiebat. Quippe è media, uti suprà diximus, Aetolia profectus, una nocte Ambraciũ sinum traiecit, ac Leucadem uenit. Hic biduo commoratus, ac tertio inde die sub auroram profectus, post biduũ deuastata Aetoliæ maritima parte, Corinthũ appulit. Post hæc continuato itinere, die septimo peruenit ad colles Spartæ imminentes, iuxta Menelaiũ, ut uix id cernentes crederent. Lacedæmonij igiti magnitudine ac nouitate rerũ perterriti, consilij atq; auxilij inopes erant.

Philippus primo die castra iuxta Amyclas posuit. Hic locus est in agro Spartano, omni arborum ac frugum genere refertissimus, distatq; à Lacedæmone ad uiginti stadia, ubi est Apollinis templum, inter cætera eius prouinciæ templa opere diuitijsq; præcipuū, situm in ea urbis parte, quæ aspicit mare. Postridie omnem prouinciam depopulatus, ad Pyrrhi castrum sic dictū tendit: ubi biduo commoratus, sequenti die peragratis propinquis locis, ac ferro ignique deuastatis, iuxta Carnium castrametatus est. Vnde mox profectus iuit Asinem: quem locum cum frustra aliquot certaminibus tentasset, obsidionē dissoluit, ac reliquum iam recta uia progressus, prouinciam omnem usq; ad Tenarum deuastauit. Hic rursus conuerso itinere, gressum uersus nauale Lacedæmoniorum tenuit, quod Gythum appellatur, habetq; portum tutissimum, & ab urbe distat circiter triginta stadia. Hoc ad dexteram relicto, iuxta Eleam castrametatus est. Quæ est, si quis separatim consideret, maxima atq; optima pars Spartani agri. Hinc dimissis prædatoribus, regionē omnem ferro igniq; uastauit, ac fructus illius disperdidit. Populatus autem est & Acrias & Leucas, adhuc & Boiorum regionem. Messenij acceptis à Philippo literis, studio quidem haud inferiores cæteris socijs fuere. Quin confestim delectu urbanorum habito, aptissimos quosq; ad regē miserunt, pedites circiter duo millia, equites ducentos. uerùm longinquitas itineris fecit, ut Tegeā, post quā rex inde discesserat, peruenerint. Quamobrem principiò quid agerent ancipites, ueritiq; ne de industria tardiores fuisse uiderentur, ob suspiciones ab initio de se habitas, irrumpere tandem in Spartanū agrum decreuere, ut mox cum regijs copijs sese coniungerent. Cum ad Clympes castellum appropinquassent, quod est iuxta Argiuorum ac Lacedæmoniorū montes situm, stultè ac negligenter castra in eo loco posuere. Nam nec fossa, nec uallo circumdederunt, neq; locum ad id aptum elegere: sed incolarum beneuolentia freti, temerè se iuxta mœnia collocarunt. Lycurgus, nunciato Messeniotū aduentu, mercenarios secum, & partem Lacedæmoniorum accipiens, aduersus hostem procedit. Cumq; ad eū locū diluculo peruenisset, instructa acie in Messenios fertur. Messenij aliàs inconsideratius agentes, maximè quòd Tegeā egressi fuerant, numero pauciores æquo existentes, nec expertis crediderane, cum in ipso hostium aggressu rebus suis melius consulere possent, simulatq; apparentes hostes conspexere, relictis omnibus, præcipiti fuga se in castellū receperunt. Lycurgus equis atq; impedimentis magna ex parte potitus est, militem uiuum neminē cepit, duntaxat octo equites interfecit. Messenij hac clade affecti, per Argium agrum domum sunt reuersi. Lycurgus autem rebus fœliciter gestis elatus, cum Spartam redijsset, delectui habendo, parandisq; rebus, quæ ad bellum opus essent, operā dabat: omni studio enitens, ne Philippus per Spartanum agrum prælij atq; periculi expers reuerti posset. Rex motis Elia castris, populabundus per prouinciam grassari, ac quarto deinde die ad Amyclas omnem in ipsa meridie exercitum reducere. Lycurgus, facta cum ducibus atq; amicis deliberatione, de capessendo cū Macedonibus prælio, urbem egressus, locos qui circa Menalium locum erant occupat, habens secum circiter duo millia hominum. His uerò qui in urbe erant, mandat, ut tempus diligenter obseruent: &, quam primum erectum à se signum conspexerint, summa celeritate per diuersa loca ex urbe copias educāt, iterq; uersus Eurotam teneant, qui fluuius parum ab urbe distat. Hoc scilicet à Lycurgo & Lacedæmonijs tum agebatur. Ne uerò obscura sint quæ dicuntur, propter locorum imperitiam, natura & situs illorum declarandus est: id quòd in toto opere facere conamur, incognita loca perpetuò notioribus adiungentes. Etenim in prælijs plerosq; tam terra quàm mari locorum discrimina fallunt. Volumus autem omnes non tam quid, quàm quomodo factus sit cognoscere. Ideoq; non est contemnenda topographia nulla prorsus in re, nedum bellica: neque detrectandum aliquando paludibus & pelagis ac insulis signorū uice uti: aliquando templis, montibus, urbibus, siue etiā regionibus

præcipuis, postremò & circumstantiarum differentijs. nam illæ omnibus mortalibus sunt communissimæ. Etenim hoc tantum pacto auditores de incognitis admoneri possunt, quemadmodum & supra diximus. Est autem situs locorum, de quibus loquitur, talis. Lacedæmon, etsi rotunda & in planicie sita esse uidetur, habet tamen particulatim inæquales quosdam, ac montuosos locos: nec procul uersus Orientem defluit flumen, quod Eurotas appellatur, & maiori parte anni propter profunditatem intransfretabile est. Colles, in quibus est Menelaium, trans flumen sunt, ad eam urbis partem, quæ uergit ad Orientem hybernum. Sunt autem asperi atque difficiles, & præter modum alti, imminentque ei spacio quod est à flumine ad urbem, per quod flumen ipsum iuxta collium radices defluit. Per hunc locum necessariò transire rex cogebatur, à sinistra habens urbem, & Lacedæmonios paratos atque instructos: à dextra flumen, & eos qui in collibus cum Lycurgo erant. Quæ cum ita essent, Lacedæmonij tale quiddam machinati sunt. Rupto aggere in superiore parte fluminis, adeò undosum id spacium, quod est inter urbem & colles, reddidere, ut nec equites transire, nec pedites possent. Sic enim necessariò futurum uidebant, ut rex exercitum iuxta radices collium ducere cogeretur. Quod non sine periculo facere poterat, cum necessarium esset, exercitum nequaquam confertis ordinibus in longum extendi, paulatimque procedere. Quæ cum animaduerteret Philippus, uocatis in consilium amicis, necessarium iudicauit, Lycurgum primò ex his locis, in quibus erat, expellere. Quam ob rem exceptis secum mercenarijs & scutatis, præterea & Illyrijs, grassari uersus colles cœpit, flumen traiecturus. Lycurgus, intellecto regis consilio, milites quos secum habebat, paratos esse iussit, & ad prælium pro tempore hortatus est: urbanis uerò signum, uti conuenerat, ostendit. Quo facto, repentè milites ex urbe egrediuntur, equites in dextro cornu ponentes. Philippus cum Lycurgo appropinquasset, primò mercenarios in eum emittit. Quare factum est, ut principiò melior esset Lacedæmoniorum conditio, ut qui & opportunitate loci, & genere armaturæ longè præstabant. Postquam uerò scutatos atque Illyrios in mercenariorum subsidium dimisit, tanta rerum mutatio facta est, ut mercenarij uictoriam habere in manibus uiderentur: Lacedæmonij uerò impetu grauis armaturæ deterriti, confestim se, quasi desperata salute, fugæ committerent. Cecidere in eo prælio milites circiter centum, paulo plures sunt capti, reliqui se in urbem recepere. Lycurgus, itinere per salius penè inuios facto, sequenti nocte cum paucis in urbem peruenit. Philippus, Illyriorum præsidio firmatis collibus, ipse cum expeditis atque scutatis ad exercitum reuersus est. Sub idem tempus Aratus copias ex Amyclis ducens, haud procul ab urbe aberat. Rex igitur transfretato fluuio, cum ijs se coniungit. In equitum subsidium grauis armaturæ milites sub ipsis collibus ponit. Lacedæmonij equites, cum facto in Macedonas impetu, pugnam conseruissent, scutatis fortissimè dimicantibus, & rege ipso strenuè se habente, tandem usque ad portas urbis turpiter sunt repulsi. Post hæc rex cum omnibus copijs tutò Europam traiecit. Mox nocte superueniente coactus est castra in exitu angustiarum ponere, in loco alioquin tuto, qualem quis alium uix inuencrit. eratq; animus regis, in ipsum agrum Laconum, prope urbem incursionem facere. Est enim initiò dictarum angustiarum, quà ex Tegea, uel omnino ex mediterraneis locis uenitur, & Lacedæmoni appropinquatur, locus distans ab urbe ad summum duobus stadijs, sub quo fluuius dilabitur, qui & ciuitatem, & latus ad quod fluuius decurrit, ascensu prorsus magno & inaccesso complectitur. Locus uerò sub istis præcipitijs situs, campestris est, lutosusque & undosus, tam in ingressu, quàm egressu exercitus: sic ut qui illic castra metatur, & tumulum occupat, in tuto, ac propter oppositam ciuitatem etiam in optimo ac pulcherrimo loco castra metatus esse uideatur,

de profectus est. Reliqui omnes repentè ab eo discesserunt, ut tandem solus cum propriis pueris domum sit reuersus. Quàm parua temporis interualla homines in excelso fastigio collocant? & eosdem rursus ad extremam miseriam ac calamitatem redigunt? atque eos maximè, qui in aulis principum uitam agunt? Hi enim similes sunt suffragijs quæ in publicis consilijs dari solent. Nam ut illic pro eorum qui consulunt, uoluntate, quæ modò ænea fuerunt, mox aurea dantur: ita qui regias principum sequuntur, pro regis uoluntate nunc beati, mox miseri fiunt. Megaleas, cum frustra se Apellis opem quæsisse intelligeret, timore plenus, ad fugam se parabat. Apelles post eum diem ad conuiuia, & alios huiusmodi honores uocabatur in consilia uerò, & quotidianas rerum deliberationes admittebatur nunquam. Paucis pòst diebus Rex in Phocidem, ducto secum Apelle, reuersus est. ubi uoti compos repentè factus, iterum ex Elatia reuertebatur. Interhæc Megaleas Athenas fugit, relicto Leontio, uiginti talentorum fideiussore. Inde ducibus qui Athenis erant, recipere eum nolentibus, Thebas reuersus est. Rex Cirrha cum classe profectus, in Sicyoniorum portum cum satellitio nauigauit. Ex quo mox in urbem ueniens, reliquos duces auersatus, apud Aratum diuertit: continuè que posthac moram cum eo traxit, Apellem nauigare Corinthum iussit. Cum interea de fuga Megaleæ nunciatum esset, scutatos, quibus Leontius præerat, in Triphaliam cum Taurione misit, tanquam re aliqua graui, ut id faceret, urgentè. mox cum discessissent, duci Leontium in uincula iussit. Quod cum scutati per nuncios cognouissent, misere ad regem legatos precatum, ut si ob aliam causam captus Leontius fuisset, non prius iudicium de eo ferret, quàm ipsi uenissent. Aliter existimaturos, se contemni à rege, ac pro nihilo haberi. Si uerò propter fideiussionem, qua pro Megalea se astrinxerat, ex publico stipendio sese regi satisfacturos. Rex importunitate militum stimulatus, celerius quàm statuerat, Leontium interfecit. Interhæc Rhodiorum & Chiensium legati ex Aetolia redierunt, triginta dierum inducias pacti, & paratos esse illos dicentes ad pacem cum rege componendam: constituto præterea die, quo Rex occurrere eis iuxta Rhium deberet, pollicitíque Aetolos omnia libenter facturos, ut pax sequeretur. Rex acceptis inducijs, literas ad socios dedit, hortatus ut Patras legatos mitterent, qui secum agerent de conditionibus pacis. Ipse ex Lechæo profectus, perendie Patras appulit. Sub idem tempus allatæ ad eum sunt ex Phocide literæ, quas Megaleas Aetolis scripserat, in quibus hortabatur eos ut bono animo essent, acriterque in bello persisterent. Regem enim propter inopiam commeatus, ac rerum necessariarum, non posse diutius bellum tolerare. Multa præterea in regem maledicta, & contumeliæ in ijsdem literis continebantur. His lectis Rex, cum sibi persuasisset, omnem istarum rerum causam atque initium esse Apellem, capi eum statim iussit, ac Corinthum duci unà cum filio, & Exoleto, quem in delicijs babebat. Ad Megaleam uerò Thebas Alexandrum mittit, iubens, ut eum ad se duceret, quo fideiussor eius liberaretur. Cum Alexander mandata regis exequi uellet, non expectauit id Megaleas, sed statim sibijpsi manus intulit. Iisdem ferè diebus Apelles, & filius, & Exoletus extincti sunt, dignam tandem factis eorum pœnam impio sanguine luentes. Aetoli, etsi pacem cupiebant, diuturno bello uexati, rebusque omnibus longè aliter quàm speraranr, euentibus, (siquidem cum puero atque infante pugnaturos se existimantes, ob ætatem atque inexperientiam regis, uirum & consilio & opere præstantissimum experti fuerant, ipsi contempti ac pueri tam in particularibus quàm generalibus rebus gerendis inuenti) cognito tamen scutatorum tumultu, & Leontij atque Apellis casu audito, sperantes magnum aliquem rerum motum in regis aula futurum, Rhium, uti statuerant, præstituta die non uenêre. Philippus hac occasione

prosequendi belli libenter accepta, legatos sociorum, qui eò conuenerant, non ad pacem, quamobrem fuerant uocati, sed ad bellum hortatus est. Deinde cum classe discedens, Corinthum adpulit, & Macedones quidem omnes per Thessaliam hyemandi gratia domum remisit. Ipse è Corintho profectus, per Euripum in Demetriadem nauigauit. Illic Ptolemæum, qui solus ex coniuratione Apellis & Leontij supererat, cum Macedonum consilio interfecit. Per idem tempus Annibal, superatis Alpibus, Italiam ingressus, castra iuxta Padum amnem non longè à Romanorum castris posuerat. Antiochus multis locis Syriæ subiugatis, in hyberna copias reduxerat. Lycurgus Lacedæmoniorum Rex timore magistratuum in Aetoliam fugerat. Magistratus enim cum falsus quidam rumor increbuisset, Lycurgum nouis rebus studere, congregata iuuentute, ad domum eius noctu uenerunt. Quod cum ille præsensisset, cum proprijs familiaribus fugam arripuit. Hyeme inualescente, cum Philippus rex in Macedoniam reuersus esset, Eperatus uerò Achæorum dux, simul & à iuuentute urbana, & à mercenarijs militibus contemneretur, nec iussis quispiam obtemperabat, nec aliquid ad patriæ defensionem parabatur. Quod cum animaduerteret Pyrrheas, dux Eliensibus ab Aetolis missus, habens secum Aetolos circiter mille & trecentos, præterea mercenarios Elienſium, & cum his urbanos pedites mille, equites ducentos, ut essent omnes ad tria millia hominum, non solum Dymensium, ac Pharensiũ, uerumetiam Patrensiũ agrum deuastabat, positisq; ad extremũ castris iuxta Panachaicũ montẽ, qui Patris imminet, omnes circumstantes regiones depopulabatur. Ciuitates afflictæ quoniam nihil auxilij consequutæ fuerãt, ægrè tributa ac sumptus dabãt. Milites uicissim, quoniã stipendia cunctanter dabanť, auxilia sua negabant. Hac uicaria utrorumq; talione, fiebat ut res Achæorũ deteriores redderentur, ac tandẽ stipendiarij milites diffluerẽt, quę omnia ignauia ducis eueniebant. Cũ in hoc statu res Achaicę forent, iãq; comitiorũ tempus adesset, Eperatus principatũ deposuit. Achęi, ineunte iam uere, ducem elegerunt Aratũ seniorem. Hęc igitur ea tempestate in Europa gerebantur. Nos uerò postquã distinctionem temporũ, et rerum gestarũ ordinem secuti, conuenientẽ huic rei locum nacti sumus, ad res in Asia sub eadem Olympiade gestas transeamus: & primo quidẽ, sicuti in initio operis sumus polliciti, Syriacũ bellũ referamus, quod Antiochus et Ptolemæus inuicẽ gessere. Haud quidẽ ignoramus, nondum finitũ fuisse tempus illud in quod narrationẽ de rebus Græcorum terminamus: uerùm hanc præsentis narrationis diuisionẽ ob id usurpauimus, ne auditor exactam particulariũ temporum cognitionẽ amittat, quapropter ut studiosi accuratim illorũ peritiam accipiant, propositũ nostrum est, subinde mouere de singulorũ gestorũ principijs & cõsummatione, quo' nam Olympiadis & Græcarũ rerum tẽpore cõtigerint. Vt aũt narratio consentanea & clara sit, nihil hac præsenti Olympiade necessariũ magis esse arbitramur, quàm curare, ne res exponendę cõmisceanť: sed quoad eius fieri potest, seperentur ac diuidanť, donec ad sequentes Olympiadas progressi, iuxta singulorum annorũ seriem res singulatim gestas conscribere ordiamur. Quoniã enim nõ quæuis ac passim gesta cõmemorare statuimus, sed propè, ut sic dicã, maximo prę omnibus superioribus historiographis conatu hanc sumus historiæ seriem aggressi, quemadmodũ & antea alicubi ostendimus: conuenit sanè, ut summopere curemus, quo cõpetenti tractatu & diuisione cuncta & particulariter & generaliter toto hoc opere nostro clarè ac perspicuè exponantur. Quapropter etiamnum parumper ad Antiochi & Ptolemæi regnũ recurrẽtes, certa et nota dicendorũ principia usurpare conabimur, quod & cum primis necessariũ existit. Archæi siquidem, cum principiũ dimidium totius esse dicunt, in singulis rebus curandum esse monent, ut rectè ordiamur. Quamuis autem per excessum hoc dicere uidentur, mihi tamen minus ab illis quàm ipsa ueritas exposcat, dici apparet. Poterit enim quis confidenter dicere, non esse principium totius dimidium, sed & insuper requiri, ut ubi

Cenchreis

ut ubi inchoaueris, ad finem quoque animo contendas. Etenim quomodo fieri poterit, ut recta quis ordiatur, nisi simul & consummationem propositi mente concipiat, sciatq; quorsum, & ad quid, & qua ratione quod conatur efficere uelit? Rursus, quomodo res competenter consummari poterunt, nisi primùm rectè expendas, unde, aut quomodo, uel propter quid rem aliquã aggrediare? Quocirca non est putandum, ad dimidium duntaxat extendenda esse principia, sed ad finem usque: eaq; de re summum habendum studium tam dicentibus quàm audientibus, id quod nos iam quoque facere conamur. Quanquam haud clam me est, complures alios historiographos eandem mecum sententiam proferre dicentes se uniuersales historias contexere, & opus moliri maius quàm ante ipsos quisquam alius: ex quibus Ephorum ego reprobo, asserẽs illum nec primum nec solum uniuersalem historiam esse aggressum. Plura iam dicere, aut aliorum quempiam nominatim perstringere nolo: sed hactenus ista commemoro, quòd ex nostri temporis historiographis aliqui, ubi de Romanorum ac Carthaginensiũ bello tribus aut quatuor libellis scripsere, uniuersalem se historiam tradere gloriãtur. Atqui quoniam licet res plurimæ simul ac maximæ tam in Hispania quàm Aphrica, deinde Sicilia & Italia gestæ sunt, illustrissimum tamen et admodum diuturnum bellum est ab Annibale gestum, dempto bello Siculo: propter eius magnitudinem cuncti ad illud respicere coacti sumus, finem eorum quæ contingebãt ueriti. Quis nam adeò imperitus rerum est, qui id nesciat? Et tamen nonnulli cõmentatores cum ne tantillum quidem cõmemorent, quantum illi qui picturis suis res pro tẽpore gestas parietibus inscribentes ciues admonent, omnia tum scribere se dicunt quæ in Græcia apud Barbaros sunt gesta. Huius rei causa est, quod uerbis quidẽ res maximas aggredi prorsus est facile, difficile uerò rem aliquam egregiã reipsa præstare. Quapropter & hoc quidẽ quibusuis in promptu est, & omnibus ut sic dicam, tantũ audere scientibus commune: illud uerò admodum rarũ, & quod paucis in hac uita contingat. Hæc propter arrogantiam eorum dicere uolui, qui & seipsi & commentarios suos uehementer extollũt. Iam uerò ad propositũ cursum regrediamur. Cum primũ Ptolemæus Philopater, mortuo patre et fratre, ac sequacibus illius interfectis, Aegypti imperium suscepit, ratus nullũ amplius domi timorem ob prædictũ facinus, foriscq; omnia sibi fortunã tutissima præparasse, Antigono & Seleuco, uita functis, receptisq; in regna Antiocho, & Philippo, qui uix adhuc pubertatis annos excesserant, uelut rebus omnibus sibi fœlicissimè succedentibus, luxuriæ se tradidit, regisq; morem omnis secuta est regio: quamobrem nulla eius inter suos authoritas erat. Nec illis solum, sed & reliquis qui & Aegypti res et qui exteras quoq; obibant, cõ temptibilem sese præbuit de quibus ueteres non minorem semper solicitudinẽ habuerant, quàm de ijs qui in Aegypto dominabantur. Enimuero Syriæ regibus, & mari, & terra bellũ intulerunt inferioris Syriæ, & Cypri dominiũ habentes. ijs quoq; qui in Asia, atq; insulis dominabantur, iuxtà imminebant nobiliores ciuitates, & loca, & portus tenebant, per uniuersum littus à Pamphylia usq; ad Hellespontũ, & Lysimachiæ loca. Thraciæ uerò, & Macedoniæ reb. incumbebãt qui Aeno & Maroniæ, ac remotioribus etiã ciuitatibus imperantes. Et per hunc modum extensis manibus, procul à regno suo externos principes adgressi, nunquam de Aegypti imperio soliciti erant. Propter quod nõ immeritò præcipuã semper curã de externis rebus habebãt. hic uerò, de quo loquimur, rex negligentius in his rebus, ob turpes amores, & maximas ac frequentissimas ebrietates uersatus, multos breui tẽpore uitæ simul ac regno suo insidiantes inuenit. Quotũ primus fuit Cleomenes Lacedæmonius. Hic enim, quamdiu is uixit, cui cognomentũ Benefactor fuit, nihil noui tentauit: ut qui sibi persuaserat, uiuente illo, nõ defuturã sibi in recuperando paterno regno libertatẽ. Mortuo uerò illo, cum interiecto tempore, res Græcorũ tantũ non ex nomine Cleomenẽ uocarent, Antigono quidẽ defuncto, Achæis autem bellũ gerentibus, & Lace-

dæmonijs ſecundum Cleomenis ab initio ſententiam, aduerſus Achæos atque Macedones, cum Aetolis ſentientibus, hoc maximè tempore de diſceſſu ſuo ex Alexandria ſolicitus eſſe cogebatur. Quamobrem primò regem hortari, ut ſe cum decenti commeatu, & copijs emitteret. deinde cum à rege hactenus non audiretur, rogare eum atque precari, ut ſe duntaxat cum domeſticis dimitteret: tempus enim maximas in præſentia præ ſe ferre opportunitates ad paternum regnum recuperandum. Rex igitur nec præſentia cogitans, nec futura, propter ſupradictas cauſas præuidens, temerè ſanè atque imprudenter Cleomenem ſemper contempſit. Soſibius autem cum ſuis (hic enim potiſſimum ea tempeſtate negotia regni adminiſtrabat) talia quædam inter conſultandum de eo cogitabant. Dimittendum quidem cum claſſe & commeatu Cleomenem non cenſebant, contemnentes externa, fruſtraneum'que fore hunc ſumptum propter Antigoni obitum putantes: ac ſimul ueriti, ne ſcilicet defuncto paulo antè Antigono, facilis ad moliendas res nouas uia foret. Timebant præterea, ne cum mortuo Antigono, nemo amplius Cleomeni obſtaret, ciuitatibus Græciæ extemplò potiretur, ac mox ſibi formidinem incuteret, præſentes res ſibi ante oculos ponens, & uitam ac mores regios expertus. uidens præterea diuiſas, longe'que inter ſe diſtantes regni partes, & multas moliendarum nouarum rerum opportunitates habentes. Erant enim circa Samum non paucæ naues, & militum iuxta Epheſum ingens multitudo: quamobrem cum claſſe & commeatu mittendum Cleomenem ob ſupradictas cauſas non putabant. Cum itaque tantum uirum manifeſtè hoſtem futurum, à ſe dimittere rebus ſuis obfuturum putarent, reliquum erat ut inuitus retineretur. Hoc itidem omnes damnabant, periculoſum exiſtimantes, intra eoſdem caules leonem atque oues continere. Huius præcipuè ſententiæ erat Soſibius, ob talem quandam cauſam. Quo tempore de * Magna atque Beronice capiendis agitabatur, timentes, ne cœptis fruſtrarentur, maximè ob audaciam Beronices, coacti ſunt uniuerſos qui regiam ſequebantur, in unum conuocare, omnibus'que ingentem ſpem proponere, ſi res ex ſententia ſuccederet. Tunc Soſibius, intelligens Cleomenem in recuperando paterno regno fauore externorum regum indigere, eundem'que prudentem atque aſtutum ſummis in rebus expertus, ſpe maximarum rerum propoſita, totius conſilij ſui participem fecit. Cleomenes, quia ſubtriſtem illum, & aduenas ac mercenarios milites timentem uidebat, bono animo eſſe iuſſit. Mercenarios enim non ſolum impedimenti nihil allaturos, ſed potius ad perficiendam rem plurimum auxilij præſtituros, pollicebatur. Quod cum ille magis admiraretur: Non'ne uides, inquit, quòd circiter tria millia ſunt Peloponneſiorum militum? Cretenſes ferè mille? quos omnes uno nutu, quocunque libuerit, nos ſoli trabemus? his propitijs, quos times amplius? an à Syria, inquit, & Caria commilitones? Quæ cum Soſibius libenter audiſſet, longè audacius id factum adgreſſus eſt. Poſthæc uerò, cum ſæpius ignauiam atque ſegnitiem regis animaduerteret, continuò dictum illud memoria repetebat, & audaciam Cleomenis, ſummamq; mercenariorũ erga illum beneuolentiam ante oculos tenebat. Quamobrẽ & hoc tempore id maximè cõſiderans, de capiendo, tenendo'que in uinculis Cleomene regem, cæteros'que amicos hortatus eſt. In quare peragenda hoc adminiculo uſus fuit. Erat Nicagoras quidam Meſſenius, Archidami Lacedæmoniorum regis paternus hoſpes. Inter hos ſuperiori tempore parua quædam amicitia fuerat. Quo uerò tempore Archidamus Sparta eiectus, timore Cleomenis Meſſenem fugit, non ſolum domi, & cum amicis primo congreſſu Nicagoras eum ſuſcepit: ſed poſtea durante exilio, ita cum eo uerſatus eſt, ut ſumma quædam amicitia ac familiaritas ſit inter eos orta. Quapropter & poſthæc, cum Cleomenes reconciliationis cum Archidamo ſpem oſtenderet, Nicagoras de con-

conditionibus pacis agere cœpit. Firmato itaque fœdere, & fide à Cleomene per Nicagoram accepta, Archidamus Spartam remigrabat, pactis per Nicagoram factis fretus. cui factus in itinere obuius Cleomenes, Archidamum quidem interfecit: Nicagoram autem, cæteros'que qui eum comitabantur, dimisit. Nicagoras extrinsecus quidem habere se Cleomeni gratias simulabat, quòd saluti suæ pepercisset: intrinsecus autem grauiter & iniquo animo id factum ferebat, quòd ipse causam huic rei præbuisse uideretur. Hic igitur Nicagoras breui ante tempore equos uehens in Alexandriam nauigarat. Vbi cum è naui egrederetur, inuenit Cleomenem, & Patrem, & unà Hippitam, iuxta portum deambulantes. Quem conspicatus Cleomenes, amicè ac familiariter salutauit. Percunctatus deinde, quid eò ueniisset? uexisse se equos, respondit. Cui Cleomenes, Mallem, inquit, clnædos, sambucas'que uexisses. His enim magis in præsentia rex delectatur. Tunc subridens Nicagoras, tacuit. Paucis uerò interiectis diebus, cum fortè equorum gratia in sermonem cum Sosibio incidisset, retulit id quod Cleomenes petulanter de rege fuerat locutus. quod cum libenter audire Sosibium intellexisset, omnem deinde causam simultatis, quæ sibi cum Cleomene fuerat, commemorauit. Sosibius postquam eum cognouit Cleomeni præter modum infensum, partim ei in præsentia gratificatus, partim spe futuri proposita, tandem Nicagoræ persuasit, ut conscriptam ad se de Cleomene epistolam inde nauigans relinqueret, quam post discessum eius puer ad se afferret, tanquam à Nicagora missam. Qua re à Nicagora diligenter peracta, literis'que per puerum Sosibio allatis, postridie quàm Nicagoras ex Alexandria discesserat, Sosibius puerum atque epistolam secum habens, ad regem properat, asserente puero, Nicagoram sibi eas literas tradidisse, quas ad Sosibium perferret. Continebatur in literis, Cleomenem, nisi statim cum classe & commeatu dimitteretur, statum regis in periculo positurum. Qua occasione sumpta Sosibius, regi atque amicis persuasit, haud contemnendam esse hanc rem, sed Cleomenem capiendum, in uinculis'que seruandum. Quo facto, amplissima domus ei tradita est, in qua sub custodia diuersabatur: hoc à cæteris captiuis differens, quòd in ampliori carcere degebat uitam. Quæ animaduertens Cleomenes, & perexiguam de futuro spem habens, omnia experiri decreuit: nihil tamen, ut in summa desperatione, perficere se posse existimans, sed potius honestissimam mortem cupiens mori, nihil'que perpeti quod magnitudine animi sui indignum uideretur. Simul autem, ut mihi uidetur, illud in animo uoluebat, sibi'que proponebat, quod uiris magnificè animatis usuuenire solet, nempe, Ne contemptim & sine honore perirem, sed magnum aliquid posteris de me audire facerem. Obseruata igitur regis ad urbem Canobum profectione, famam inter custodes sparsit, se à rege propediem liberatum iri. Quare suis quidem epulum parauit, custodibus autē uictimas & coronas, & cum his simul uinum misit. Quibus id affatim assumentibus, cum tandem omnes ebrietas cepisset, acceptis secum amicis, seruis'q, qui ei ministrabant, medio die nihil sentientibus custodibus, cum strictis ensibus domum exiuit. Procedentes itaque, cum in platea Ptolemæum, qui tum relictus in urbe fuerat, offendissent, omnibus qui unà erant, magnitudine rei perterritis, Ptolæmeum quidem quadriga deiectum interfecere, multitudinem uerò ad libertatem hortati sunt. Verùm, nemine ob magnitudinem facinoris se mouente, referentes gressum, impetum in arcem fecere, tanquam deiecta porta proditione eorum qui eam custodiebant, hoc loco confestim potituri. Sed hac quoque spe ad extremum frustrati, quod hi qui arci præerant, præuidentes periculum, portam diligenter muniuerant, adhibitis sibi manibus, honestissimam mortem, & Spartanis animis dignam oppetiuere. Cleomenes igitur hunc exitum habuit, uir & eloquio apud multitudinem potens, & in gerendis rebus

strenuus

strenuus, cui nihil unquam regium præter regnum deesse uisum fuit. Post hunc non longè postea Theodotus, qui inferioris Syriæ tebus præerat, nationē Aetolus, partim regem ob incuriam atque segnitiem uitæ contemnens, partim ijs qui regiam sequebantur diffidens, quòd non multo antè tempore, cum rem perquam utilem regi proposuisset, cùm ad alia, tum ad obsistendū Antigono, Syriæ regnū perturbare uolenti, non modo nihil gratiæ consecutus erat, sed contrà uocatus in Alexandriam, de uita fuerat periclitatus, conuenire Antiochum decreuit, eíque inferioris Syriæ urbes tradere. Hoc igitur oblationem læto animo suscipiente, res quamprimum finem sortita est. Vt autem & hanc familiam consimiliter declaremus, ad Antiochi dominatum recurrentes, ab illis temporibus ingressum summatim ad bellum, de quo dicturi sumus, faciamus. Antiochus itaque iunior filius erat Seleuci, cui cognomentum Callinicus fuit. Hic mortuo patre, cum regnum ad fratrem eius Seleucum, qui natu maior erat, peruenisset, principio quidem in superiori parte regni priuatam uitam egit: mox fratre, qui Taurum montem cum copijs transcenderat, per dolum, ut suprà memorauimus, interfecto, imperium ipse adeptus, regnauit, omni quam citra Taurum tenebat prouincia, Achæo commendata. Superioribus uerò regni partibus præposito Molone, & fratre Molonis Alexandro, ut Molo quidem Mediæ, frater uerò Persidi præesset. Hi Regem ob ætatem contemnentes (uix enim quintum decimum ætatis annum excesserat) & conspiratutum secum Achæum existimantes, timentes præterea sæuitiam & crudelitatem Hermiæ, qui tum summam regni tenebat, deficere à rege, & statum prouinciæ cui præerant mutare decreuerunt. Hermias quidem è Catia erat: hunc regno præfecerat Seleucus frater, fide eius fretus, quo tempore cum exercitu Taurum petebat. Quamobrem in summo fastigio constitutus, omnibus qui in regia aliquid poterant, inuidebat: homo natura sæuus atque crudelis, insontes, prout libido ferebat, acerrimè damnabat, nocentes ac mendaces homines non solum patiebatur, uerumetiam fouebat: denique in iudicijs immanis atque asper erat. Præcipuè uerò insidiabatur uitæ Epigenis, qui Seleuci copijs præerat, quòd eum uirum cernebat & oratione & operibus plurimum pollere, maximam'que habere in exercitu gratiam & authoritatem. Et quanquam hoc continno uersatet animo, continebat se tamen, aliquam ad patrandum facinus occasionem quærens. Cæterum congregato concilio de defectione Molonis, & rege iubente, ut quisque quo modo his rebus prouidendum uideretur, diceret, cum primus Epigenes sententiam dixisset, haud contemnendam sibi eam rem uideri, sed appropinquare regem ijs locis oportere, paratum'que in tempore esse: ita enim uel omnino destiturum ab incœpto Molonem, præsente rege, & non mediocri exercitu ante oculos posito: uel, si omnino perficere incœptum auderet, multitudinem ipsam coniuratores omnes in manibus regis posituram. Tunc indignatus Hermias, Cum longo iam tempore, inquit, proditor regni latueris ô Epigenes, tandem perfidia tua detecta hoc concilio est, quod corpus regium cum paucis in manibus conspiratorum ponere studueris. Quæ cum dixisset, ac calumniam parumper expressisset, Epigenem reliquit: ac magis intempestiuam quandam amarulentiam, quàm manifestas inimicitias præseferens, perstitit in sententia sua, ut copias aduersus Molonem ducere ob inexperientiam militum, periculosum censeret: in Ptolemæum autem summa celeritate ducēdum putaret exercitum, tutissimum esse hoc bellum existimans, ob segnitiem atq; ignauiam regis. Tunc igitur perterritis omnibus qui in concilio aderāt, aduersus Molonē duces cum copijs misit, Xenonem, & Theodotum Hemiolium. Antiochum autem hortatus est, ut mox res Syriacas adgrederetur: ratus duntaxat hoc modo, si adolescens undiq; bello circumueniretur, neq; se præteritorū malefactotū luere pœnas posse, neq; præsentē authoritatē amittere,

ob as-

ob assiduos belli usus, continuecq; instantia regi pericula. Quamobrem confictam à se, ac ueluti ab Achæo missam epistolam regi attulit. In qua significabatur, Ptolemæum quidem hunc ad contentionem de occupando principatu hortari, pecuniamq; & commeatū ultro in omnes usus offerre, si regium diadema assumeret, & manifestè omnibus appareret de regno eum uelle contendere: quod quidem aliàs reipsa iam quoque teneret, nisi quòd appellatione regia per inuidiam, & corona, quam ipsa fortuna daret, nondum potiretur. Rex igitur exhibitis ab illo scriptis fidem habens, paratus iam erat exercitum in Syriam ducere. Verùm interea dum in Seleucia moraretur, ac rebus, quas animo concœperat, ad constitutum iampridem exitum perducendis magno studio unà cum suis incumberet, aduenit cum classe Diognetus qui eidem dux præerat, ex Cappadociæ partibus, quæ sunt iuxta Euxinum, secum aduehens Laodicem Mithridatis regis filiam, uirginem regi desponsam. Mithridates autem optabat filius esse unius ex septem Persis, qui Magum sustulerunt, principatum tamen conseruauit à maioribus profectum initio, ac postea à Dario ipsis ad Euxinum Pontum traditum. Antiochus autem uirgine, unà cum regia pompa susceptà, repentè quidem nuptias peregit. Dehinc subito in Antiochiam profectus, ac Laodice regina declarata, regnicq; administratione uxori relicta, omni studio ad apparatum belli intentus erat. Sub idem tempus Molon, cum paratam ad quodcunq; facinus multitudinem cerneret, partim magnarum rerum spe illis proposita, partim fictis & adulterinis à rege literis obiectis, perterritis ducibus: haberet præterea concertatorem Alexandrum fratrem, & propinquas omnes ciuitates ob beneuolentiam præfectorum tutas reddidisset, educto ingenti exercitu, castra non longe à castris ducum regis posuit. Xenon & Theodotus aduentu eius perterriti, mox se in propinquas ciuitates receperunt. Molon igitur totius agri Apolloniæ dominus factus, ac liberè iam proq; arbitrio per omnem prouinciam discurrens, affatim omni genere cōmeatus passim potiebatur. Erat autem & antea terribilis, propter potentiæ magnitudinem: tum uerò occasionem quoq; sibi haud negligendam esse arbitrabatur, quòd omnes regiorum equorum greges in Media erant: præterea frumenti, ac pecudum ingens ac penè innumerabilis multitudo. De robore uerò, sublimitate & amplitudine regionis huius, nemo satis pro dignitate dicere poterit. Sita est enim Media circa mediam quidem Asiam, excellit tamen & magnitudine & sublimitate, omnes reliquas Asiæ regiones, quatenus ex parte conspicitur. Imminet sanè e robustissimis & maximis gentibus. Habet uerò ante se ad Orientem partes Orientis, & campos solitudinis, sitæ inter Persidem & Parasiam. Imminet autem & dominatur Caspijs Pylis, ita quidem appellatis: & coniungitur Tapyrorum montibus, qui haud procul ab Hyrcanio mari distant. Vergit etiam uersus regiones meridionales ad Mesopotamiam & Apolloniam: & adiacet Persidi, quæ ante montem Sagrum est sita: qui & transitum habet ad centum stadia extensum, & uariis ac plures clausuras habens, uallibus & quibusdam locis campestribus ac planis distinguitur, quos Cossæi & Corbrenæ ac Carchi, aliæq; plures Barbarorum gentes inhabitant, in bellicis usibus excellentes. Porro ad Occidentem coniungitur Satrapijs, qui non multum etiam ab illis discrepant, qui ad Euxinum pontum habitant. Ad Septentrionales uerò partes habet Elymæos & Ariaracas, deinde Caddusios & Mantianos. Superimminet autem illis partibus, quæ ad Meotim paludem Ponto adiacent. Hæc ergo Media pluribus montibus Occidentem uersus à Nusea dirimitur, inter quas quidem utraq; planicies est ciuitatibus acuicis referta. Cum autem Molon regionis illius Regni statum habentis, dominatu potiretur, ac terribilis admodum esset, sicuti suprà quoq; meminimus, etiam ante istam rebellionem, propter excellentem eius regionis potentiā, tum uerò magis etiā adhuc omnibus Asiā incolētibus formidabilis & intolerabilis uidebatur, cum ad illis aduentū regij ducis

castris

castris ob id excessissent, quod res ipsis initiò non secundū conceptam spem succederent. Quapropter primùm transmisso Tigri, Seleuciā obsidere conabatur. Verùm transitu prohibitus à Zeuxide, quòd fluuiales nauiculæ interceptæ essent, secessit ad exercitum in Ctesiphonte constitutū, atq; illic copijs parauit, quæ ad hybernandum necessariò requirebantur. Rex audita Molonis profectione, & fuga ducum suorum cognita, paratus quidem erat relicto Ptolemæo exercitum aduersus Molonem ducere. sed Hermeas haud immemor propositi sui, contra Molonem quidem Xenœtam Achæum ducem cū copijs misit, dicens, aduersus eos qui defecerunt, pugnare duces oportere, aduersus uerò reges regem ipsum decertare. Ipse igitur regem propter ætatē in manibus habens, Apaniam proficiscitur: ubi coactis copijs, mox inde Laodiceam contendit. Hinc rex cum omnibus copijs profectus, transacta eremo in locum uenit, quem Marsiam incolæ uocant, inter Libanum & Antilibanū promontoria situm: qui locus & natura angustissimus est, & in angustiore sui parte uadosus atq; palustris. unde et aromatarius calamus prouenit. Imminet autem prædictis angustijs ex una quidem parte oppidum quod Brochos appellāt, ex altera uerò Gerra. arduissimus inter utrunq; oppidū callis est. Rex aliquot diebus per angustias profectus, tandē transitis dictis ciuitatibus, Gerra peruenit. ubi cum Theodotum Aetolum iam Gerris & Brochijs potitum comperisset, quicquid uerò penes paludem erat angustiarum, uallo ac fossa diligenter munitum, præterea & sufficientes custodias adhibitas, primò quidem uim inferre conatus est. Posthæc uerò, cum plus pati malorum, quàm facere uideretur, ob difficultatem locorum, & quod Theodotus adhuc permanere in fide cum Ptolemæo uidebatur, ab incepto destitit. Allato deinde de Xenœtæ conflictu, & Molonis uictoria nuncio, relictis suprà dictis locis, proprijs rebus succurrendum putauit. Xenœtas dux aduersus Molonem, ut suprà diximus, missus, & maiorem opinione potentiam consecutus, amicis quidem insolentius utebatur, aduersus uerò hostes audacius se gerebat. Enimuero Seleuciam cum copijs profectus, Diogene & Pythiade accersitis, quorum alter Susianæ regionis, alter Rubri maris præfectus erat, exercitum aduersus hostes eduxit, castraq; non longè ab eorum castris posuit, Tigri flumine in medio fluente. Hic multis ad eum ex castris Molonis transnatantibus, significantibusq;, si flumen traijceret, magnam partem copiarū Molonis ad eum transituram, quod omnis ferè multitudo huic quidem inuiderer, regi uerò amica atq; beneuola esset: persuasus eorum uerbis Xenœtas, se ad traijciendum Tigrim accinxit. Ostendens autem se per locum quendā, ubi diuisa aqua insulam faciebat, transiturū, nihil prorsus ad eam rem necessarium parabat. Ex quo accidit, ut Molo quidē incœptum eius contemneret, multitudo uerò dedita opera id fieri existimans, pararet se, atque instrueret. Xenœtas aptissimo quoq; equite ac pedite, ex omni exercitu delecto, Zeuxide & Pythiade ad custodiam castrorum relictis, per noctem circiter octuaginta stadia infra castra Molonis profectus, nauibus incolumē exercitum traiecit, & adhuc durante nocte in loco peropportuno castrametatus est. Quippe qui magna ex parte flumine claudebatur: quod supererat, contiguæ paludes ac stagna tutum faciebant. Molon, cum id nunciatum interea foret, equites obuiam misit, tanquam illis transitum impedituros: aut si qui iam pertransissent, eos facile profligaturos. Hi cum Xenœtæ appropinquassent, ob locorum ignorantiā plus ipsi à se ipsis, quàm ab hostibus detrimenti sunt passi. Siquidem in stagna delati, omnes ad rem gerendam inutiles facti sunt, multi & in ipsis stagnis periere. Xenœtas ratus, si hostib. appropinquaret, multos ad se ex ijs qui cum Molone erant, transituros, paulatim per ripam fluminis progressus, castra in conspectu hostium posuit. Sub idem tempus Molon, seu militari astu, siue quòd copijs diffideret, relictis in castris impedimentis, noctu inde discessit, itinere uersus Mediam facto. Xenœtas terrore aduentus sui, & quòd non satis militibus fideret, fugisse hostem ratus, primò quidē occupatis

hostiū

hostium castris, equites suos, omnemq; apparatū, quem cum Xeuxi reliquerat, accersiuit. Deinde conuocata multitudine, uniuersos, ut bono animo essent, optimamq; de futuris spem haberent, hortatus est, utpote cōuerso iam in fugam, & in summa desperatione rerum constituto Molone. Quæ cum dixisset, curare singulos corpora iussit, paratosq; in posterū diem ad insequendos hostes esse. Multitudo auctis huiusmodi rebus animis, & omni genere prædæ referta, ad crapulam se, ebrietatemq; conuertit, & eam quæ ex huiusmodi rebus consequi solet, segnitiem atq; ignauiam. Molon, cum opportunum quendam locum nactus cœna militem refecisset, conuerso mox itinere in hostes redit: quos cum somno uinoq; sepultos cōperisset, summis uiribus castra eorum sub aurorā inuadit. Xenœtas nouitate ac magnitudine rei perterritus, nec suos propter ebrietatem excitare ualens, cum paucis impetu in hostes facto interimitur. Dormientiū magna pars in ipsis castris ceciderunt. reliqui se in flumē proijcientes, natare in ulteriorem ripam & exercitum conati. Verùm hi quoq; ad extremum magna ex parte periere. Miserabilis erat trepidantium aspectus. Omnes enim se nullo respectu in undas proijciētes, transnatare in ulteriorem partem nitebantur, iumenta, sarcinasq; in flumen agebant, tanquam tutò ferri in ulteriora castra aquis secundantibus possent. Ex quo accidit, ut uno tempore unà cum uictis equi, iumenta, arma, cadaueraper flumen ferrentur: res ut uisu horribilis, ita etiam dictu stupenda. Molon repentè castris hostium potitus, & tutò deinde transportatis copijs, cum nemo impedire ei transitum posset, Xeuxi uix iam appropinquantibus hostibus in fugam conuerso, ea quoq;, quæ ultra flumen erant, castra occupat. His rebus fœliciter gestis, Seleuciam cum exercitu uenit. qua mox potitus, quòd ij qui cum Xeuxi erant, aduentu eius perterriti, unà cum Diomedonte Seleuciæ præfecto urbē dereliquerant, peragrata prouincia, superiores omnes ciuitates nemine resistente in fidem accepit. Posthæc totius Babyloniæ, & locorum omnium qui sunt circa mare rubrum, imperium consecutus, Susa uenit, & urbem quidem cuestigio debellauit. Arcem uerò cum crebris certaminibus tentasset, quòd Diogenes dux in eam se receperat, expugnare nō ualens, ab incœpto destitit, solutaq; obsidione rursus Seleuciam cum copijs remeauit. Vbi refecto aliquot diebus exercitu, hortatus ad bellum milites, exteras deinde res magno animo aggressus est, omnēq; citra & ultra Tigrim prouinciam usq; ad Europem, & Mesopotamiam usq; ad Dura ciuitates intra breue tempus subegit. Antiochus cum hæc, ut suprà diximus, nūciata forent, relictis Syriacis rebus, summa celeritate huic parti prouidendum arbitrabatur. Congregato igitur rursus concilio, cum dicere singulos sententiam suā de Molonis bello iussisset, insurgente Epigene, ac opportuisse olim huic rei prouideri dicente, ante quam hostes tantis rerum successibus audaciores fierent, & nihilominus in præsentia quoq; huiusmodi rebus totis uiribus incumbendum, indignatus rursum Hermeas, ad iurgia & contumelias se conuertere, temerarieq; atq; insolenter nimium se efferēs, falsasq; in Epigenem calumnias fingere, obtestari regem, ne tam imprudenter contemneret, neue desereret Syriacum bellum. Deniq; ita excandescere, ut & multos & regē ipsum offenderet. Vix autem animi cōmotionem sedabat, rege plurimum ad conciliationem utrorumq; intento. Cum uerò ad extremum melior omnib. Epigenis sententia uideretur, decretum in concilio fuit, ut copiæ aduersus Molonem ducerentur, omnisq; furor belli eò conuerteretur. Hermeas mutasse se statim sententiam simulans, & oportere inquiens decretum ab omnibus seruari, quæcūq; necessaria ad bellum uidebantur, strenuè parabat. Congregatis tandem Epamiæ copijs, cum fortè seditio quædam de diuisione frumenti orta inter milites fuisset, perculsum animo regem, & finem tumultus formidantem nactus, pacificaturum se militum animos, frumentumq; inter omnes concorditer diuisurum promisit, si Rex data fide astringeretur, nunq; se posthac Epigenem secum in expeditionem ducturum. Nihil enim in exer

citu dignum fieri posse, ipsis ita inter se dissidentibus atq; infestis. Rex. & si id grauiter & iniquo animo ferebat, quòd Epigenem consilio atq; industria plurimum in rebus bellicis pollere experientia didicerat: circūuentus tamen Hermeæ promissionibus, suæ sponte nō erat. Quamobrem præsentibus rebus medendum ratus, confestim Epigenē dimisit. Quo facto, ingens repentè omnes, qui de consilio regis erant, pauor cœpit. Copiæ autē id quod concupiuerant, in diuisione frumenti adeptæ, mutata mox sententia, Hermeæ adhæserunt, exceptis Cyrrastis. Hi enim numero circiter sex millia hominum, facta seditione à rege defecerunt, nec paruum diuersis temporibus impedimentum rebus eius præbuere. Tandem uerò à quodam è ducibus regis bello superati, magna ex parte perierunt, reliqui se fidei regis commisere. Hermeas amicis quidem terrore, copijs uerò beneficio sibi conciliatis, motis castris cum rege proficiscitur. Aduersus uerò Epigenem tale quiddam machinatus est, conscio atq; adiutore Allexi, qui tum arci Epamiæ præerat. Conscriptis enim literis, quæ tanquam à Molone Epigeni mitterentur, puerū quendam Allexis subornauit, maximarū rerum spe proposita: qui ad Epigenem profectus, huiusmodi literas clàm cum cæteris literis illius misceret. Quo facto, repentè Allexis ad Epigenem uenit, & an aliquas literas à Molone accepisset, percunctatus: cum ille pertinacius negaret, inuenturum se affirmauit. Mox igitur uestigabūdus domum ingressus, literas reperit. Qua occasione sumpta, statim Epigenem interfecit. Hæc cum accidissent, Rex quidem meritò hunc luisse pœnas arbitrabatur. Cæteri uerò qui in aula regis erāt, etsi graui animo ferebant id facinus, timore tamen dissimulabant. Antiochus cum usq; ad Euphratem ueniisset, motis denuò castris in Antiochiam profectus, in Mygdonia constitit: ubi circiter quadraginta dies cōmoratus, mox Libam contendit. Illic congregato concilio, cum fortè, qua iter esset aduersus Molonem faciendū, disputaretur: item quo modo, aut unde quærendi cōmeatus, (quippe ea tempestate Molon in Babylonia morabatur) Hermeæ quidē uisum est iter citra Tigrim, per ripam eius fluminis, Lycoq; & Capro transmissis tenendum esse. Xeuxis uerò sententiæ erat planè diuersæ: sed mortem Epigenis ante oculos habens, aperire iudicium suum formidabat. Tamē cum manifesta omnib. Hermeæ ignorantia uideretur, uix ad extremū consulere ausus est, trajiciendū esse Tigrim, cùm propter reliquas difficultates uiç, quę est citra amnē: tum quod necesse erat, postquam certa loca pertransissent, sex dierū itinere per desertam regionem facto, ad regionē quæ Diorex dicitur, peruenire, quam cum iam hostes præoccupasset, tutò pertransiri non posse. Quinetiam reditum per deserta non sine discrimine futurū, maximè ob inopiam cōmeatus. Traiecto uerò Tigri, omnes Apolloniæ populos pœnitentia ductos, regem aduocaturos esse: quippe qui in præsentia non sponte, sed necessitate atq; formidine Moloni parerent. Copiam præterea cōmeatus ob fertilitatem regionis maximam futuram. Et, quod maioris momenti erat, reditum Moloni in Mediam intercluſum iri. Ex quo necessariò erat futurū, ut, uel Molon in prælium descenderet: uel hoc detrectante periculum, copiæ eius statim se fidei regis cōmendarent. Approbata igitur in cōcilio Xeuxidis sententia, mox copias tribus locis trajicientes, multitudinem omnem atq; impedimenta transfretarunt. Posthæc uersus Dura cum copijs profecti, repentè obsidionē eius urbis dissoluerunt. Siquidem unus ex Molonis ducibus paucis antè diebus obsidere illam cœperat. Continuato deinde itinere, & monte, quem Oricum incolæ uocant, intra octiduum superato, Apolloniam descendêre. Sub idem tempus Molon, cognito regis aduentu, & populis Susiani ac Babylonij agri diffidens: (quippe quos recenter, inopinateq; subegerat) timens præterea, ne reditus sibi in Mediam intercluderetur, ingenti celeritate Tigrim cum omnibus copijs transfretandum censuit, festinans, si posset, saltus qui in Apolloniatem agrum ducunt, præoccupare, quòd maximam in funditoribus, quos Cyrtias uocāt, spem haberet. Cum igitur ijs locis appro-

appropinquasset, & Rex interea cum omni exercitu Apolloniæ profectus, non longè abesset, accidit ut leuioris armaturæ milites, qui præmissi ab utroque fuerant, in quodam iugo unà concurrerint. Hi primò quidem tentare inter se fortunam belli cœperunt, postea appropinquantibus utrinq; copijs: reuocarunt gressum: & ad suos utriq; reuersi, castrametati sunt, citciter quadraginta stadia inuicem distantes. Adueniente nocte Molon, quòd periculosum putaret pugnã interdiu cum rege conserere, utpote non satis fide suorum fretus, intempesta nocte adgredi Antiochum decreuit. Quamobrem optimo quoq; milite ex omni exercitu delecto, per inuia quædam loca proficiscitur, ex superiori parte facere in hostes impetum cogitans. Sed cum in itinere intellexisset, decem iuuenes ex suis clàm noctu ad Antiochum iuisse, ab incœpto destitit: statimq; mutato itinere, in castra reuersus. Cum surgente aurora eò peruenisset, ingenti tumultu exercitum compleuit. Experrecti enim subitario aduentu suorum qui in castris erãt, tanto terrore correpti omnes fuere, ut parum abfuerit, quin turpi fuga è castris discesserint. At Molon patefacta re, inualescentem in exercitu tumultum prouiribus sedauit. Rex autem, cum instructus paratusq; esset ad prælium capessendum, cum prima luce omnes copias è castris educit. Equites lanceas ferentes in dexto cornu locat. His præficit Ardym, uirum bellicarum rerum expertissimum. quibus addit socios Cretenses, post quos deinde Gallos Rhigosagas, postea mercenarios milites, postremò equitum phalangem constituit. Sinistrum uerò cornu dat socijs. Hi omnes equites erãt. Elephantos in fronte ponit, inter utrumque cornu constitutos. Hi numero decem tantummodo erant. Auxilia peditum equitumq; in utroq; cornu distributa circundare hostes iubet, simulatq; in prælium deicenderetur. Posthæc hortatur milites, percurrẽs breuiter quæcunq; ei tempori conuenientia uidebantur. Et læuo quidem cornu Hermeã & Zeuxim præficit, dextrum ipse tenet. Molon cõtrà nec libenter educit copias, temereq; ob tumultum, qui nocte in exercitu fuerat, milites disponit. Veruntamen equites in utroq; cornu diuidit, ratus hostes eo ordine, quo fecerant, exercitum distribuisse. Clypeatos uerò & Gallos, & reliquos grauioris armaturæ milites in medio equitum ponit. Sagittarios & funditores, cæterosq; id genus, ab utroq; latere extra equitum ordines: falcarios, carpentariosq; ante omnes collocat. Et læuum quidem cornu Neolao fratri commendat, dextro ipse præest. Posthæc paulatim procedente utroq; exercitu, dextrum quidem Molonis cornu fidem seruauit, magnoq; ac forti animo impetum in Zeuxim fecit. Læuum uerò cornu, simulatque in conspectum regis uentum est, ad hostes transiuit. Quo facto, repentè qui cum Molone erant, animis cecidere, regiæ uerò copiæ duplo audaciores factæ. Molon, postquam proditum se à suis, & circumclusum ab hostibus intellexit, agitans animo, quas pœnas luere eum oporteret, si uiuus in manus hostium peruenisset, mortem sibi conscisciuit. Itidem cæteri quoque, qui à rege defecerant, fecere. Ad suos enim singuli quique locos conuersi, mortem sibi consimilem conscisciunt. Neolaus, cum è prælio incolumis fugisset, in Persidem ad Alexandrum Molonis fratrem profectus, matrem, & pignora Molonis interfecit. Post quorum mortem seipse interimit, Alexandroq; suadet, ut idem & ipse faciat. * Rex castra hostium depopulatus, corpus Molonis in celebriori Mediæ loco crucifigi iussit, quod & ij quibus id mandatum erat, celeriter perfecerunt. Etenim Callonitam delatum, in ipso introitu in Sageum crucifixerunt. Post hæc cum copias longa oratione reprehendisset, & uenia data, misit qui eos in Mediam reducerent, res'que eius prouinciæ componerent. Ipse Seleuciam profectus, circumstantium ciuitatum res composuit, mansuete ac prùdenter in omnibus se gerens. Hermeas propositi sui memor, ueestigio Seleucensibus, quòd à fide defecissent, mille talentorum mulctam irrogauit, Diganas in exilium misit, multos carcere, uinculis, gladio interfecit. Rex tamen mitigato ad extremum animo humanius se in ciues

egit, & duntaxat centum & quinquaginta talenta patrati facinoris pœnam à Seleucensibus exegit. His rebus moderatis, Diogenem quidem Mediæ, Apollodorum uerò Susianæ prouinciæ duces reliquit. Tychonem scribarum principem copijs præfectum, ad Rubri maris loca transmisit. Defectio igitur Molonis, & hellici motus, qui exinde sunt secuti, hunc finem habuere. Rex fœlici rerum successu elatus animo, & propinquos barbaros principes deterrere cupiens, ne in posterum auxilijs aut commeatu adiuuare à se deficientes auderent, castra aduersus eos mouit: & primò aduersus Artabazanem, qui & principatu ac uiribus maior cæteris, & ciuitatibus suis propinquior erat. Sub idem tempus Hermeas ascendere quidem in superiora loca ob imminēs periculum formidabat: cupiebat autem, uti à principio statuerat, exercitum aduersus Ptolemæū ducere. Veruntamen cum nunciatū interea esset ortum Regi esse filium, cogitans secum, si fortè Antiocho accideret, ut à Barbaris opprimeretur, se filio tutorem relictum, facilè totius regni dominum fore, utilem sibi tandem esse eam profectionem existimauit. Paratis igitur ad hoc omnium animis, profecti superato Zagro, Artabazanis prouinciam inuadunt, quæ Mediæ quidē adiacet diuidentibus illam montanis in medio sitis. Huic quædam partes Ponti imminent, locis ad Phasim sitis. Adiungitur Hyrcano mari, ualetq; uirorū fortium & equorū multitudine: & præterea rebus ad bellicum apparatum necessarijs abundat. Hæc regio principatum inde à Persis acceptum conseruauerat, qui postea Alexandri temporibus translatus est. Artabazanes aduentu Regis perterritus, maximè propter ætatem, ut qui iam ferè senio confectus erat, tempori cedendum ratus, cum Rege fœdus iniit, pactis conditionibus, quæ uisæ Antiocho fuerunt. Firmato fœdere, Apollophanes medicus, quem tum Rex uehementer amabat, uidens Hermeam autoritate, quam habebat, nimis insolenter utentem, & de Rege timere cogebatur, sed longè magis de seipso. Quam ob rem expectata temporis opportunitatate, Regem adit, hunc precatur, ne Hermeæ audaciam contemnat, neue illam tandiu ferat, quoad in fratris calamitates incidat: certè id periculum iam non longè abesse, proinde debere eum celeriter suę amicorumq; saluti consulere. Antiocho consilium eius prohante, quòd & grauiter ferret, & formidaret Hermeam: magnas autem illi gratias agente, quòd de rebus, quæ ad salutem suam pertinerent, secum loqui non dubitasset: Apollophanes quidem audacior in posterum factus est, ut uidens haud fraudatum se opinione quam de rege conceperat. Antiochus autem Apollophanem hortatus est, ut non modò uerbis, uerum etiam operibus, suæ, amicorumq; saluti prouideret: illo paratum se ad omnia asserente, tale quiddam machinati sunt. Dissimulantes Regem morbo oculorum grauiter afflictum, curam eius in aliquot dies protendunt, quo spacium haberent rem interea componendi. Potestatem quoque à Rege accipiunt, priuatim quibus uideretur exhibendi pecuniam, ut facilius ad patrandum facinus accederent. Subornatis igitur, qui apti ad eam rem uidebantur, utpote nemine id propter odium in Hermeam non libenter faciente, perficiendo operi incumbunt. Asserentibus igitur Medicis, oportere Antiochum cum prima luce ad captandum frigus deambulare, Hermeas constituto tempore ad eum uenit unà cum amicis, qui participes huius consilij erant t reliqui uerò in castris remanere, ut qui nihil de profectione regis audiuerant. Illi igitur extractum è castris Antiochum in desertum quendam locum deduxere, ubi mox, Rege id nutu significante, Hermeam interfecerunt. Per hunc igitur modum Hermeas occiditur, haud satis digna rebus à se gestis pœna affectus. Rex non paruo mœrore ac formidine liberatus, domum deinde reuertitur, omnibus per uniuersam prouinciam consilia, & res gestas eius in cœlum extollentibus, maximè postquam de Hermeæ morte cognouerunt. Eodem tempore Apamiæ mulieres uxorem, pueri filios Hermeæ interfecerunt. Cum domum peruenisset Antiochus, dimissis in hyberna copijs, Legatos

ad Achæum

ad Achæum mittit, queſtum primò quidem, quòd diadema aſſumere, & ſe regem appellare auſus fuiſſet: deinde, quòd palàm Ptolemæi partes ſequeretur. Enimuerò Achæus, quo tempore Rex aduerſus Artabazanem exercitum duxit, ratus aut periturum in ea prouincia regem: aut, ſi non periret ſe ante reditum eius, propter longitudinem itineris, impetum libere in Syriam facturum, & Cyrraſtarum, qui nuper à rege defecerant, auxilio repente id regnum occupaturum, cum maximis uiribus è Lydia profectus fuerat. Cumq; Laodiceam in Phrygiam ueniſſet, diadema aſſumpſerat: & tunc primùm ſe regẽ appellare, ac ad ciuitates ſcribere auſus, Syniride exule eũ ad hoc maximè hortante. Cum deinde cœptũ iter continuaret, & iam nõ longè à Lycaonia abeſſet, diſſidere ab eo milites cœperant, moleſtè ferentes aduerſus primum eorum regem exercitum duci. Quamobrem Achæus uoluntatem illorum cernẽs, à cœpto itinere deflexerat: & uolens militibus perſuadere, ſe ab initio quidem habuiſſe animum ducendi in Syriam exercitũ, conuerſo greſſu Piſidicam omnem regionem depopulatus, diſtributaq; inter milites innumerabili prẽda, omnium ſibi beneuolentiam cõcilians, domum remeauerat. Rex igitur optimè omnia hæc edoctus, legatos, ut ſuprà diximus, ad Achæũ miſit, omnia interea prouidens, quæ ad bellum aduerſus Ptolemæum gerendum neceſſaria uidebantur. Congregatis tandem Apamiæ copijs, & iam ineunte uere, amicos in concilium uocat: & quomodo rebus bellicis utendum uideatur, dicere ſingulos iubet. Tunc multis uaria diſſerentibus, & de locis, & de apparatu, & de claſſe conficienda: inſurgens tandem Apollophanes, de quo ſuprà memorauimus, qui genere Seleucenſis erat, omnes eorum qui ante ſe dixerant ſententias damnauit, ſtultum eſſe inquiens, in inferiorẽ Syriam exercitum ducere, Seleuciam autẽ pati à Ptolemæo teneri, quippe quæ origo & cauſa eſſet principatus eorum: quin præter dedecus, quod regno ſuo afferebat, regum Aegyptiorum præſidio cuſtoditam, maximas atq; optimas ad res gerendas commoditates habere. Etenim poſſidentibus hanc hoſtibus, maximum ſibi ad omnes conatus impedimentum eſſe, cum non minorem curam adhiberi oporteat ad defendenda ſua ob formidinem eius urbis, quàm ad loca hoſtium offendenda: ipſis uerò eam tenentibus, nõ ſolùm tutò poſſe tueri ſua, uerumetiam maximum quodq; facinus mari terraq; adgredi ob ſummam loci opportunitatem. Omnibus Apollophanis ſententiam approbantibus, hanc primùm urbem recipere decreuerunt. Nam tum quoq; Seleucia regum Aegypti præſidio cuſtodiebatur à tempore, quo regnauerat Ptolemæus, cui Benefactori cognomentum fuit. Hic enim quo tempore propter caſum Berenices, & iram, quam ex ea reanimo conceperat, in Syriam exercitum duxit, hac urbe potitus eſt. Antiochus igitur firmata Apollophanis ſententia, Diogneto præfecto claſſis iubet, ut amputata mora, Seleuciam nauiget. Ipſe Apamia cum exercitu profectus, circiter quinque ſtadia diſtans ab urbe, caſtra iuxta Hippodromum ponit. Theodotum Hemiolium cum ſufficienti exercitu in Syriam mittit, qui loci anguſtias præoccupet, & omni conatu rebus eius prouinciæ incumbat. Seleuciæ, & circumſtantium locorum ſitum huiuſmodi eſſe cõtingit. Vrbi quidem, cum in littore maris poſita ſit, inter Ciliciam & Phœnicem altiſſimus mons ſubiacet, quem Coryphæum uocant. Cuius latus, quod ad Occidentem uergit, abluit extremitas pelagi, quod eſt inter Cyprum & Phœnicem: quod uerò Orientem ſpectat, Antiochenorum & Seleucenſium regionibus imminet. Ad meridiem Seleucia ſita eſt, diuiſa quadam ualle profundiſsima, & prorſus inacceſſa. Hæc ad mare uſq; protenditur, compluribus in locis ſcopulis, ac præcipitijs circundata. Sub latere, quod mare aſpicit, ſunt emporia, & ſuburbia, altiſsimis munita mœnibus. Similiter omnis urbs tutiſsimo muro ſepta eſt. Præterea templis, & omni genere apparatus ampliſsimè ornata. Adgreſſum unum duntaxat habet à latere maris, & eum quidem difficilem, ac manufactum. Siquidem per ſcalas conſcendere oportet. Non longè ab hac

Orontes fluuius in mare delabitur, qui à Libano & Antilibano ortū habens in Antiochiam fertur: per quam iugiter defluens, & morbos ob multitudinē aquarum humanis corporibus deferens, tandem nō longè ab urbe Seleucia in mare diffunditur. Antiochus igitur principiò ad eos qui urbi præerāt misit pecuniam, & spes in futurum amplissimas pollicitus, si Seleuciam sibi sine prælio traderent. Cum autem principes urbis corrumpere nō ualeret, quosdam è mediocribus ducibus subornauit, cum quibus re composita instruit acies, tanquam nauali bus copijs urbem à mari, terrestribus uerò ab ea parte quæ Epirum aspicit, adgressurus. Diuiso itaq; in tres partes exercitu, & animis militum oratione accensis, amplissimis præterea unicuiq; propositis prę mijs, Xeuxidi quidem, & his qui cum eo erant, eum locum dedit, in quo est porta urbis in Antiochiam ferens. Hermogeni uerò locum, per quem Dioscorium itur: Ardyi autem, & Diogneto suburbium, & maritimas partes. Quippe ita cum proditoribus conuenerat, ut quamprimum ui suburbanum cepissent, urbs quoq; eis traderetur. Dato igitur à rege signo, omnes undecunq; maximis uiribus urbem adgrediuntur: audacissimè uerò, qui cum Ardye & Diogneto erant. nam cætera loca neq; inuadere quisquam poterat, neq; scalas mœnibus admouere: emporia uerò & suburbiū facile, & adgressionem hostium & scalas recipiebāt. Quamobrem nauali bus quidem copijs emporia, qui uerò cum Ardye erant, suburbium adgredientibus, & frequentes mœnibus scalas admouentibus, cum ij qui intra urbem erāt, ferre suppetias non possent, quòd urbs undiq; ab hostibus claudebatur, accidit ut suburbium repentè in potestatem hostium peruenerit. Quo facto, mox priuati duces à rege corrupti, ad Leontium, qui tum in urbe principatum tenebat, concurrentes, mittendos ad Antiochum legatos de conditionibus tradendæ urbis iudicarunt, antequam ui ab hostibus expugnaretur. Leontius, etsi prodítionis ignarus erat, trepidatione tamen suorū perterritus, tepentè ad Antiochum misit, qui pacta omnium qui in ciuitate erant salute, urbem regi traderent. Rex acceptis conditionibus, daturum se liberis salutem pollicitus est. Hi circiter sex millia hominum erant. Ingressus autem ciuitatem, non modò liberis pepercit, uerùm & reuocatis in urbem Seleucensiū exulibus, & rempub. & proprias fortunas omnibus restituit. Portum atq; arcem urbis sufficienti præsidio muniuit. Cum deinde adhuc Seleuciæ morarer, literæ à Theodoto afferuntur, in quibus eum hortabatur, ut quamprimum in Syriam maturaret. Rex diu anceps consilij fuit, & quomodo his rebus utendum foret, anxius atq; solicitus. Enimuero Theodotus, cum genere Aetolus esset, & maximos usus regno Ptolemæi, sicuti suprà memorauimus, præstitisset, ac sępenumero illius gratia de uita periclitatus fuisset, quo tempore Antiochus aduersus Molonem exercitum duxit, contempto rege, & ijs qui in aula erāt diffidens, per se quidem capta Ptolemaide, per Panetolum uerò Tyro, Antiochum confestim accersiuit. Rex omni conatu aduersus Acbæum intentus, ac cætera omnia posthabenda existimans eodem, quod prius fecerat, itinere copias mouit. Cumq; ad eum locum peruenisset, quem Marsyam incolæ uocant, castra circa angustias quæ sunt iuxta Gerra posuit, non longè à palude, quę in medio eius loci sita est. Hic cum per nuncios cognouisset, Nicolaum ducem Ptolemęi urbem Ptolemaidem, in qua Theodotus erat obsidere, relictis grauioris armaturæ militibus, & iussis ducibus, ut Brochos oppidum supra paludem situm obsiderent, ipse cum expeditis ad dissoluendam obsidionem maturat. Nicolaus aduentu regis per exploratores cognito, ipse quidem dissoluta obsidione, mox inde abijt. Lagoram autem Cretensem, & Dorymenem Aetolum ad præoccupandas, quæ circa Berytum sunt, angustias misit. Cum quibus Rex congressus, cum statim eos in fugam uertisset, in ipsis angustijs castrametatus est. Dehinc coactis eodē in loco reliquis copijs, multitudinem pro tempore hortatus, cum omni exercitu magno ac forti animo iter prosequitur. Accedentibus deinde obuiam Theodoto, & Pane-

Panetolo cum eorum amicis, Rex benignè atq; humaniter illos susciplens, Tyrum ac Ptolemaidem, omnemq; qui in ijs erat belli apparatū accepit. Erant autem in his ciuitatibus quadraginta naues, quarum uiginti erant cataphractæ, omniq; apparatu necessario diligentissimè instructæ, quinqueremes omnes, aut quadriremes, reliquæ uerò triremes, aut biremes, aut actuariæ. Has Diogneto præfecto classis tradidit. Cum interea nunciaretur, Ptolemæum latenter Memphim confugisse, omnes uerò copias eius iuxta Pelusium congregari, & aquarum aditum ex omni parte intercludere, à proposito inuadendi Pelusium destitit: & per prouinciam grassatus, ciuitates partim ui, partim persuasionibus conciliare sibi nititur. Ciuitatum quidem aliæ præsidio uacuæ, in timore regiæ potentiæ confestim se hostibus dedidere: aliæ uel apparatu rerum necessariarum, uel situ locorum fretæ, impetum eorum tolerarunt. Quas Rex obsidere compulsus, non parum temporis terere cogebatur. Ptolemæus de ferendo suis subsidio ob impotentiam mentionem nullam faciebat. Ira semper res omnes ad bellum pertinentes contempserat. Agathocles, & Sosibius, qui tum summā regni in manibus habebant, non tam quid deceret, quàm quid fieri posset, considerandum in præsentia existimantes, legatos ad Antiochum de pacis conditionibus misere: missis etiam ad Rhodios & Byzantios & Cyzicenos & Aetolos nuncijs, qui eos hortarentur de mittendis ad eundem pro componenda pace legationibus. Quæ cum uestigio ad utrunque regem missæ fuissent, maximam eis opportunitatem præbuerunt parandi interim, quæ ad bellum necessaria forent. Ptolemæus enim susceptis humaniter cùm cæterorum, tum præcipuè Antiochi legatis, mercenarium interea militem, qui sparsus per exteras ciuitates erat, Alexandriæ congregare: alios, qui nouum militum delectum haberent, extra prouinciam mittere: commeatum abundè omnibus parare: denique dies noctesq; intentus ad bellicos apparatus esse: Alexandriam continuè aliquos, ne qua res ad bellum necessaria deesset, transmittere. Præparandorum armorum & conscribendi exercitus curam Echecrati Thessalo, & Phoxidæ Melitensi dederat. Item Eurylocho Magneti, & Socrati Bœotio: cum quibus etiam erat Cnopias Alorites. Aptissimos quippe esse ad hanc rem huiusmodi uiros putabat: qui quoniam cum Demetrio etiam, atque Antigono militauerant, bellicarum rerum peritissimi habebantur. Hi ingenti exercitu contracto, omnia prudenter ac strenuè prouidebant. Primò enim pro generis atque ætatis cuiusque differentia armaturas inter milites diuidebant, singulis aptissimas quoque distribuentes, & eas quibus prius utebantur, improbantes. Posthæc peculiariter unumquemq; ad futuros usus ordinabant: milites continuè exercebant, non solùm præceptis, uerùm & fictis certaminibus eos assuefacientes. Deinde conciones armatorum aduocabant, & ad futurum bellum milites hortabantur, in quibus maximam uim habebant Andromachus Aspondius, & Polycrates Argiuus, qui nuperè Græcia aduenerant, homines rebus bellicis assueti, & patriæ ac morum splendore clarissimi. Polycrates etiam antiquitate familiæ, & Mnasiadæ patris gloria. Hi copias publicè ac priuatim hortantes, ad futura certamina animos militum inflammabant. Singuli præterea proprios ducatus in exercitu habebant, prout quisque maximè in eare expertus erat. Eurylochus Magnes tribus millibus hominum præerat, quos reges Agnema uocant. Socrates Bœotius circiter duo millia scutatorum sub se habebat. Phoxidas autem Achæus, ac Ptolemæus Thrasensis, & cum his Andromachus Aspondius, phalangem, & mercenarios milites exercebant. Præerant autem phalangi Andromachus & Ptolemæus, mercenarijs Phoxidas. Phalanx circiter uigintiquinq; millia hominum continebat, mercenarij haud pauciores erant octo millibus: equites regios, qui ferè septingenti erant, Polycrates instruxerat, item eos qui acciti ex Libya fuerant, item qui ex prouincia delecti. Horū omnium ipse dux erat, numero trium millium. Græcos uerò, ac mercenarios

equites Echecrates Theſſalus aſſuefaciebat. Hi erant circiter duo millia hominum, quibus ipſe præfectus non parum momenti rebus bellicis afferebat. Nullo autem in gerenda militum cura ſegnior erat Cnopias Allorites. Hic Cretenſes omnes ſub ſe habebat, numero ad tria millia hominum, in quibus erant tyrones mille, quibus Philonem Gnoſium præfecerat. Armata præterea erant inſtar Macedonum tria millia Afrorũ, quibus Ammonius Barceus præerat. Adhæc Aegyptiorum circiter uiginti millia, ſub Soſibio duce erãt. Deniq; Thracum & Gallorum multitudo ex his quidem, qui iamdiu militauerant, ad quatuor millia: ex his uerò qui nuper fuerant congregati, duo millia, Dionyſium Thraecm habebant ducem. Hæ tum Ptolemæi copiæ erant. Antiochus autem, eum Duram urbem obſidione cinxiſſet, nihilq; ad extremũ efficere ſe poſſe intelligeret, partim munitione urbis, partim Nicolai ſubſidio impeditus, aduenientе hyeme legatis Ptolemæi inducias conceſſit, & deceſſurum ſe à prouincia, omniaq; quibus illi gratificari poſſet, ſponte libenterq; facturum promiſit. Quanquam longè hic animus à rege aberat. Feſtinabat enim copias in hyberna Seleuciam ducere, quod Achæus eſſe quidem in ſocietate ſecum uideretur, ſed proculdubio Ptolemæo faueret. Factis igitur inducijs, Antiochus repentè legatos emiſit, iuſſos, ut quid Ptolemæo uideretur, ſtatim nunciarent, ſibiq; Seleuciæ occurrerent. Ipſe relicto in locis quibus erat opus, ſufficienti præſidio, & cura omnium rerum Theodoto tradita, exercitum uerſus Seleuciam mouit. Cum eò peruenifſet, copias in hyberna dimiſit. curam exercendorum militum iam deinde ab eo die negligere incœpit: ratus haud neceſſarium ſibi poſthac prælium fore, quòd iam pleraq; loca Syriæ & Phœnicis occupaſſet: reliqua partim ſponte, partim horta tu uentura in poteſtatem ſuam ſperaret, præſertim nõ audente Ptolemæo ſecum in prælium deſcendere. Accidit fortè, ut legati eundem animi conceptũ haberent, quòd Soſibius benignè atq; humaniter eos Memphi allocutus eſſet: apparatum uerò, qui Alexandriæ fiebat, nemo unquam eorum qui ad Antiochum mittebantur, cernere potuiſſet. Verùm enimuero dimiſſis tunc legatis, Soſibius quidem cum ſuis ad omnia gerenda paratiſſimus erat. Antiochus uerò maximum adhibebat ſtudium, ut non tam armis, quàm iure, ciuitates ſibi aſciſcere uideretur. Cum tandem legati Seleuciam ueniſſent, & in particularem ſermonem de pace ſecundum Soſibij mãdata deſcendiſſent, Rex quidem manifeſtam iniuriam, quam fecerãt in occupandis Syriæ locis, minimè grauem aut iniuſtam exiſtimabat, nihilq; à ſe non iurè factum affirmabat eſſe. Antigonum enim Monoculum, & Seleucum, qui primi ea loca occupauerant, ueriſſimos ac iuſtiſſimos dominos fuiſſe aiebat. Quamobrem ad ſe, non ad Ptolemæum Syriæ regnum, quaſi hæreditario iure pertinere. Quippe Ptolemæum aduerſus Antigonum pugnaſſe, non ſibi, ſed Seleuco eorum locorum imperium quærentem. Præterea communem omnium regum concеſſionem in medium afferebat. Nam quo tempore ſuperato Antigono, diuidere inter ſe regna Caſſander & Lyſimachus & Seleucus uoluerunt. Seleuci eſſe omnẽ Syriam iudicauere. Hæc atq; alia huiuſmodi Rex Antiochus. at legati Ptolemæi his cõtraria afferre conabantur, ſiquidem & præſentem iniuriam augebant, & rem longè quàm fuerat, grauiorem faciebant, uiolatum eſſe fœdus dicentes, & in proditione Theodoti, & in hoſtili profectione Antiochi in Syriam. Addebant præterea Ptolemęi Lagi poſſeſsionẽ, dicentes idcireo Ptolemęum unà cum Seleuco aduerſus Antigonum geſsiſſe bellum, ut totius Aſiæ imperiũ Seleuco uendicaret, Syriam uerò & Phœnicem ſibi aſciſceret. Hæc atq; alia huiuſmodi ſæpius ab utriſq; dicebantur, tandemq; nihil prorſus eo ludi poterat, quanquam res per communes amicos tractarentur. Maximam quippe difficultatem utriſq; afferebant Achæi partes. Nam Ptolemæus quidem ineludere eum in fœdere ſummopere ſtudebat. Antiochus uerò, ne uerbum quidem ullum de eo poterat audire: graue exiſtimans, audere Ptolemæum de ijs facere mentionem, qui per proditionem

tionem à Rege defeciſſent. Ad extremum igitur re infecta legati diſceſſere. Appetente deinde uere, Antiochus omni ſtudio copias cogit, uel utiterra mariq; Syriam adgreſſurus, & cætera eius prouinciæ loca ſubditurus. Ptolemæus uerò haud ſegnius augere Nicolai uires conatur, commeatumq; in loca Gazæ propinqua abundantiſsimè mittit, terreſtres naualesq; copias, & cætera ad bellum neceſſaria ſuppeditat. Quibus rebus Nicolaus audacior factus, ſortí animo in bellum deſcendit, adiuuante Peregrinæ claſsis præfecto, quem cum naualibus copijs Ptolemæus miſerat, habentem cataphractas naues triginta, onerarias ultra quadringentas. Nicolaus quidem genere Aetolus erat, uſu atque audacia in rebus bellicis nemini eorum, qui cum Ptolemæo erant, ſecundus. Hic, præoccupatis cum parte copiarum anguſtijs, quæ ſunt circa Platanum, ipſe cum reliquo exercitu Porphyreonem profectus, ingreſſum Regi in prouinciam prohibet, naualibus copijs ad hoc eum adiuuantibus. Antiochus autem, cum Marachum uenisſet, accedentibus ad eum de conditionibus ineundæ ſocietatis Arcadibus, non ſolum ſocietatem eorum libenter cupideq; amplexus eſt, uerùm etiam omnem, quæ inter illos iamdiu fuerat, diſcordiam ſedauit, reconciliatis Arcadibus, qui inſulam colebant, cum ijs qui habitabant Epirum. Poſt hæc in prouinciam per eum locum quem incolæ Faciem Dei uocant, ingreſſus, Berytum uenit, Botra urbe in itinere capta, Triereq;, & Calamo incenſis. Hinc Nicarchũ & Theodotum præmittit, iuſſos, ut anguſtias, quæ ſunt circa Dycum amnem, præoccuparent. Ipſe cum reliquis copijs profectus, iuxta Damuram flumen caſtrametatus eſt, Diogneto præfecto claſsis procul nauigante. Hinc rurſus acceptis leuioris armaturæ militibus, quos cum Theodoto & Nicarcho præmiſerat, ſpeculatum proficiſcitur anguſtias quę à Nicolao præoccupatę fuerant. Vbi notato diligenter locorum ſitu, in præſentia quidem in caſtra reuertitur. Poſtridie uerò relictis ibi grauioris armaturæ militibus, & Nicarcho eis præpoſito, ipſe cum reliquis copijs greſſum aduerſus hoſtes maturat. Cum Libanus mons in ijs locis littus intra breuem atque anguſtum locum claudat, accidit, ut ipſe quoque breuis ſit & difficilis, ac penè inacceſſus, breuemq; et difficilem iuxta mare relinquat uiam. In qua tunc caſtrametatus Nicolaus, cum loca illa partim multitudine militum præoccupaſſet, partim machinis, ædificijsq; tumultuariè factis muniuiſſet, facilè arcere ſe poſſe Antiochum exiſtimabat. Rex diuiſis in tres partes copijs, uni quidem Theodotum præfecit, iuſſum, ut facto impetu, hoſtes, qui callem montis tenebant, aggrederetur. Aliam Menedemo aſsignat, pluribus eum uerbis hortatus, ut per medium montem iter facere conaretur. Tertiam partem duce Diocle in littore collocat. Ipſe cum calonum multitudine medium locum tenet, quo & cuncta aſpicere, & ſubuenire indigentibus poſſet. Eodem tempore Diognetus & Perigenes inſtructi, nauale prælium ingrediebantur, terræ, quantum fieri poterat, nauigijs appropinquantes, ut quaſi unus aſpectus ſoret terreſtris, naualisq; certaminis. Cum igitur uno ſigno & una uoce præconis prælium omnes eſſent ingreſſi, in mari quidem diu æquis penè uiribus pugnatũ eſt, nullam in partẽ inclinante uictoria, quod & hominum multitudine, & apparatu belli partes utriuſq; claſsis uires erant. In terra uerò meliores principio Nicolai partes fuere, quod non parum opis ex ſitu locorum conſequeretur: mox uerò prorumpentibus ex ſuperiore parte montis, ijs qui cum Theodoto erant, & acerrimè impetum in hoſtes facientibus, Nicolaus cęteriq;, qui unà erant, turpiſsimè ſe in fugam uertunt. Circiter duo millia eorum inter fugiendũ ſunt cæſa, reliqui ſe Sidonem receperunt. Perigenes, etſi de naualí bello optima ſpe eſſe uidebatur, cõſpecto tamen terreſtriũ copiarum cõflictu, ipſe quoq; eódem tutò confugit. Antiochus cõgregatis copijs profectus, caſtra iuxta Sidonẽ poſuit. Veruntamẽ tentare in præſentia eam urbem inutilẽ putauit, tum ob copiam commeatus, quę intus maxima erat: tum propter hominũ multitudinẽ partim incolentiũ prius hunc locũ, partim eorũ qui nuper accepta clade eò cõfugerãt.

Quam

Quamobrem motis castris, ipse quidem uersus Philoteriam abijt. Diogneto uerò præfecto classis mandauit, ut Tirum nauigaret. Philoteria quidem iuxta paludem sita est, in quam Iordanis fluuius defluens, rursus in agrum eius urbis exit, quam Scytharum uocant. His duabus urbibus eueſtigio potitus, animum ad res futuras mirum in modum auxit, quòd ager illarum satis superq; esset ad præbendum uniuerso exercitui commeatũ, ac cætera bello necessaria suppeditanda. Impositò igitur his urbibus sufficienti præsidio, superatis montibus, Atabyrum uenit, quæ urbs in Masto die colle sita, ferè XV stadiorum ascensum habet. Hic collocatis prope urbem insidijs, urbanos in certamen prouocat: quos cum pugnando sui quasi cedentes longius protraxissent, rursus in eos conuersus, insurgentibus à tergo alijs, magna ex parte cecidit, ac reliquos deinde persecutus, eos, & unà eorum urbem cepit. Sub idem tempus Cereas, unus ex Ptolemæi præfectis, ab eo defecit: cuius opera usus Antiochus, plerosq; ex illius ducibus sibi asciuit. Quippe Hippolochus Thessalus non longè pòst cum trecentis equis ad eum uenit. Impositò Atabyrij quoq; præsidio, iter cœptum prosequitur, & in itinere Pella, & Camum, & Geprum occupat. Inter hęc Arabię populi in unum conuenientes, unanimiter regi adhæsere. qua spe Antiocho addita, accepto ab ijs commeatu, in interiora loca progreditur, & mox Galatem capit, unà cum Abilitarũ præsidio, quibus dux præerat Nicias, Nennei necessarius, atq; affinis. Cum adhuc Gadara supereſſent, quæ tum uidebantur natura loci inexpugnabilia esse, castris iuxta ea positis, et erectis machinis, hanc quoq; eueſtigio ciuitatẽ occupat. Posthæc cum ei nunciatũ esset, in urbem Arabiæ Rabbatamassanã magna multitudine hostes conuenisse, omnẽq; agrum Arabũ, qui ei adhæserant, depopulari atq; uastare, eductis repentè copijs eò uenit, castraq; iuxta eos colles, in quib. ea urbs sita est, posuit. Deinde circum collem profectus, cum animaduertisset, è duobus tantummodo locis impetum in urbem fieri posse, in his machinas, cæteraq; ad expugnationem eius necessaria parauit: operum cura Nicarcho & Theodoto data, ipse cętera exequitur. Nicarchus & Theodotus expugnationi urbis intenti, uter prius partem aliquam murorum in terram dejiceret, contendebant. Ex quo accidit, ut celerius omni expectatione ingens pars muri corruerit. Quo facto, assidua noctu & interdiu certamina cõmittebantur, omnibus adhibitis uiribus, ne quid temporis uacuũ permitteretur. Sed quanq; continuata diu urbis obsidio fuisset, nihil tamen ob multitudinem propugnantium militum perfici potuit, donec ostenso per unum ex captiuis riuo, per quem aquatum obsessi proficiscebantur, eum clauserunt, lignisq; & lapidibus, & alijs huiusmodi rebus sepsere. Tunc enim nulla amplius aquationis spe relicta, confestim se hostibus dediderunt. Per hunc tandem modum Rex urbe potitus, Nicarchum cum sufficienti præsidio in ea collocat. Hippolochum autem, & Ceream, quos defecisse à rege diximus, cum quinq; millibus peditum Samariam mittit, iussos, ut ibi consisterent, ac omnis sibi subiectos populos tutos ab omni periculo seruarent. Post hæc cum exercitu profectus, Ptolemaidem uenit, ueluti in ea urbe copias byematurus. Eadem æstate Pedneliſſenses, cum à Selgensibus obsiderentur, summoq; in discrimine res eorum essent, legatos ad Achæum de petendo subsidio miserunt. Quos cum Achæus libenter audisset, seq; omnia facturum esset pollicitus, hi quidem magno ac forti animo obsidionem tolerabant, spe futuri præsidij audaciores facti. Achæus uerò Garsyerim ducẽ cum sex millibus peditum, & quingentis equitibus misit, iussos, ut amputata omni mora Pedneliſſensibus suppetias ferrent. Selgenses, aduentu illorum per exploratores cognito, angustias, quæ sunt circa locum quem Scalam incolæ uocant, cum maiori parte copiarũ prœoccupant, uias, & aditus omnes destruunt. Garsyeris facto impetu Myliadem ingressus, & castris circa urbem, quę Crerensiũ dicitur, positis, quia ob præoccupatos à Selgensib. locos nonposse se ulterius procedere animaduertebat, huiusmodi dolum machinatus est.

Motis

Motis castris referre gressum cœpit, simulans se ablatam sibi omnino ferendi subsidij potestatem existimare, quòd præoccupatæ ab hostibus locorum angustiæ forent. Selgenses ueluti desperata ferendæ opis facultate, abijsse eum rati, alij in castra redierunt, alij in urbem commeatus gratia migrauere. Garsyeris conuerso mox itinere ad angustias reuersus, cum locũ hominibus uacuum reperisset, præsidium suorum imposuit, Phaylo duce illis præfecto, ipse cum exercitu Pergem uenit. Vbi aliquandiu commoratus, legatos Pamphyliam, & ad alias ciuitates misit, qui insolentiam Selgensium ostenderẽt, & ad societatem Achæi, ac Pednelissensium subsidium hortarentur. Selgenses sub idem tempus duce cum copijs misso, sperabant eijcere se ex angustijs Phaylum posse. Cum autem id lõgè præter opinionem succederet, multosq; ex suis inter certandum amitterent, à proposito destiterunt: nihilominus tamen, imò longè magis, quàm prius, obsidioni & erigendis machinis intenti. Garsyeri Etennenses, qui montanam regionem supra Siden incolunt, octo millia armatorum misere, Aspendij quatuor. Sidetæ, tum quia in amicitia cum Antiocho erant, tum propter odium Aspendiorum, nullam de mittendis auxilijs mentionem fecerunt. Garsyeris suis & sociorum copijs acceptis, Pednelissum uenit, ratus se primo aspectu obsidionem dissoluturum. Verùm cum Selgenses aduentu suo nequaquam perterritos animaduertisset, castra non longè ab illorum posuit. Pednelissenses ob longam obsidionem adeò penuria commeatus affligebantur, ut diutius iam tolerare famem non possent. Quamobrem Garsyeris summa celeritate opus esse uidens, instructis duobus millibus hominum, & modio frumenti singulis dato, noctu eos in ciuitatem mittebat. Quod cum Selgenses intellexissent, repentè illos adgressi, milites quidem magna ex parte interfecere, frumenti quantitatem omnem abstulerunt. Quibus rebus animo præter modum elati, iam non modò ciuitatem, uerumetiam castra hostium obsidere nitebantur. Ita semper nimia audacia Selgenses efferri consueuere. Relicta itaq; in castris necessaria custodia, cum reliquis copijs ex diuersis locis uno tempore in hostes impetum faciunt. Cum undiq; periculum immineret, & iam quibusdam in locis labefactari castra cœpisset, Garsyeris magnitudine rei obstupefactus, & per exiguam salutis spem habens, per quendam locum incustoditum equites emittit: quos Selgenses timore futuræ cladis arripuisse fugam rati, non solùm non sunt persecuti, sed rem penitus cõtempserunt. At illi in circuitu paruum per equitantes, moxq; à tergo hostes adgressi, acerrimo prælio eos inuadũt. Tum congregati Garsyeridis pedites, quanquam iam fugere uidebantur, conuerso rursus itinere in hostes feruntur. Ita undiq; circumuenti Selgenses, tandem se in fugam uerterunt. Pednelissenses uero ob hanc rem animis aucti, eruptione facta, eos qui ad custodiam castrorum relicti fuerant, expulere. Quos omnes Garsyeris longo itinere persecutus, non mediocri clade affecit. Quippe ultra decem millia hominum desiderati. Ex reliquis socij quidem omnes ad suam quisq; domum remearunt. Selgenses, itinere per montes facto, in patriam refugêre. Garsyeris postridie eius diei cum exercitu profectus, transcendere montes festinat: & antequam Selgenses recenti adhuc fuga soliciti aliquid prouiderent, urbi appropinquare. Selgenses tum paruam in auxilijs sociorum ob cõmunem cladem spem habentes, tum recenti casu deterriti, formidine & anxietate pleni, de sua, patriæq; salute dubitabant. Quamobrem aduocata concione, de mittendo legato consultabant, uno ex ciuibus suis, nomine Logbasi, cui maxima amicitia ac familiaritas fuerat cum Antiocho, qui mortem in Thracia obierat: præterea Laodicem Achæi uxorem sibi in adolescentia traditam, tanquam filiam educauerat, & uirginem egregiè instituerat. Hunc igitur propterea ad obeundum id officium aptissimum existimantes, legatũ misere. At is ad Garsyerim profectus, tantum abfuit ut commissum munus, sicuti bonum ciuem decebat, exequeretur, ut econtrario Garsyerim hortatus sit, uti ad Achæum mitteret,

dedi-

dediturum se eis urbem pollicitus. Garsyeris spe cõsequendæ urbis erectus, confestim ad Achæum misit, qui eum prouocarent, ac de præsentibus rebus certiorem facerent. Cum Selgensibus uerò factis inducijs, percutiendi fœderis tempus sub prætextu longioris considerationis continuè differebat, quo interea expectaret Achæum, & Logbasi perficiendæ rei opportunitatẽ præberet. Inter hæc cum in sermonem frequenter inuicem cõuenirent, paulatim quasi consuetudine quadam factum est, ut milites cõmeatus gratia liberè in urbem proficiscerentur, quæ res multis sæpenumero internitionis causa fuit. Quo fit, ut mihi quidem uideatur ex omnibus animalibus nullum stolidius, aut magis expers rationis esse, quàm hominem, qui à pleriscp callidissimus omnium iudicari solet. Quot enim castra? quot munimenta? quot arces? quot & quales ciuitates per hũc modum in manus hostium deuenere? Quæ cum quotidie accidant, cernanturcp ab omnibus, semper tamen nescio quo modo noui ac rudes in huiusmodi rebus uidemur esse. quod ideo fit, quia ea quæ superioribus seculis maioribus nostris acciderunt, non consideramus, sed ad apparatum frumenti & pecuniarum & murorum & sagittarum intenti, cum labore & sumptu hæc duntaxat conquirimus. Quod uerò facilimum est, maximoscp in periculosissimis temporibus usus affert, id omnes cõtemnimus, ac pro nihilo habemus, cum nobis alioquin liceat cum quiete & tranquillitate in historijs & commentarijs rerum gestarum edisscere, & quasi experiri. Sed ut eò reuertamur unde disscessimus, Achæus ad constitutam diem uenit. Selgenses unà congressi, maximam de regis erga se humanitate spem habebant. Logbasis, congregato interea domi suæ ex ijs qui cõmeatus grátia in urbem ueniebant, haud exiguo militum numero, hortari ciues cœpit, ne tempus per negligentiam contererent, sed præsentem Achæi erga se humanitatem animaduertentes, rebus suis consulerent: conuocatocp in concionem populo de fœderis conditionibus agerent. Quæ cum dixisset, congregata mox concione, consultare de rebus præsentibus cœperunt: conuocatis etiam ijs, qui deputati ad locorum custodiam fuerant. Logbasis dato hostibus, uti conuenerat, signo, repentè quoscunq; domi habebat, instruit, secp; unà cum filijs armatum ad periculum parat. Ex hostibus Achæus quidẽ cum medietate copiarũ ad urbem uenit, cum reliquis uerò Garsyeris Cesbedium uersus proficiscitur. Id est templum Iouis, adeò supra urbem opportunè positum, ut quasi arcis locum tenere uideatur. Cum quidam fortè fortuna appropinquantes urbi hostes prospexisset, idcp; præcipiti cursu multitudini, quæ in concione erat, nunciasset, tanta repentè animorum commotio facta est, ut dissoluta concione, alij ad Cesbedium, alij in loca ad quorum custodiam positi fuerant, multitudo ad Logbasis domum concurrerint. ubi detecta mox proditione, quidam tumultuario impetu tecta conscendentes, alij ui per portas ingressi, Logbasim, filioscp, & cæteros facinoris cõscios, crudelissimè trucidarunt. Posthæc, proclamata per præconem seruis libertate, se mutuo hortati in subsidium urbis, ad loca necessaria concurrere. Garsyeris, cum præoccupatũ iam à ciuibus Cesbedium conspicaretur, à proposito destitit. Achæo autem facere in portam impetum uolente, egressi Selgenses septingẽtos eorum ceperunt, reliquos maximis uiribus à mœnibus repulere. Posthæc Achæus quidem, & Garsyeris non sine dedecore in castra remearunt. Selgenses autem & seditionem ciuitatis, & præsentiam hostium ueriti, seniores urbis supplicatum pacem miserunt. Hi, cum ad Achæum uenissent, fœdus his conditionibus percussere, ut pax Achæo & Selgensibus foret, Selgenses subitò trecenta talenta Achæo soluerent, Pedneleſſensium captiuos restituerent, post certum tempus alia quadraginta talenta persoluerent. Ita Selgenses, qui ob impietatem Logbasis de patria ac libertate periclitati fuerant, ob singularem animi magnitudinem & patriam tutati sunt, & necp libertatem, necp coniunctionem, quam cum Lacedæmonijs habebant, labefactarunt. Achæus, Myliade, & magna Pamphyliæ parte subacta, cum Sardes exercitũ duxisset,

duxisset, bellum aduersus Attalum gerebat. Omnibus autem citra Taurum habitantibus grauis ac formidabilis erat. Per id tempus, quo Achæus exercitum aduersus Selgenses ducebat, Attalus Egosagas & Galatas secum habēs, omnem Aeolidem, & urbes ei regioni propinquas, quæ prius timore ad Achæum defecerant, peragrauit. Quarum magna pars sponte libenterq; se ei dedidere, pars uiribus expugnatæ sunt. Dediderunt se ei primò Cyme, Smyrna, Phocea. Post has, Egenses & Lemnitæ timore obsidionis ad eum defecerunt. Venerūt præterea à Teijs & Colophonijs legati, secq; & ciuitates suas dedētes. Quibus in eodem, quo prius erant, fœdere susceptis, & acceptis obsidibus, Smyrnensium legatis perhumaniter usus est, quòd hi magis erga se fidem seruassent. Continuato deinde itinere, Lycū flumen transgressus, primò ad Mysios, postea ad Carseas uenit. quibus perterrefactis, & unà ijs qui Dydima mœnia custodiebant, hæc quoq; loca occupauit, tradente ea per proditionē Themistocle, qui in ijs locis dux ab Achæo relictus fuerat. Hinc mox profectus, deuastato agro, quem Apias incolæ uocant, Pelecantem montem transcendit, et iuxta maximum flumen castrametatus est. Vbi cum defectus lunæ accidisset, Galatæ labores uiarum grauiter & iniquo animo ferentes, ut qui sequentes in curribus uxores, ac paruos filios habebant, notato hoc signo, minime processuros se ultrà affirmabant. Rex Attalus, etsi nullam omnino ex ea gente utilitatem habebat, ueritus tamen, ne, si à se ueluti contemptim relinquerētur, ad Achæum se conuerterent, & ipse non bonam ex hac re famam consequeretur, quasi per ingratitudinem dimitteret eos, qui ob egregiam erga se fidem transisse in Asiam uidebantur, hortatus est illos, ut paululū adhuc laborē itineris tolerarent, daturū se mox peropportunū locū in quo quiescerent, & omnia quæ illi uellent, quæq; ipse posset & deceret, prompto animo effecturū. Attalus igitur, constitutis ad habitadū Hellespontum Egosagis, & Lampsacenis, Alexandrinis atq; Ilienſibus, quòd in fide erga se permānissent, benignè atq; humaniter tractatis, Pergamū cum exercitu est profectus. Antiochus & Ptolemæus ineunte uere, & necessarijs ad bellum paratis, educere uterq; exercitum maturabant. Ptolemæus igitur Alexādriam proficiscitur, ultra septuaginta millia peditum secum habens, equitū quinq; millia, tres & septuaginta elephantos. Antiochus, cognito eorum accessu, uestigio copias cōgit. Hæ autem copiæ eius fuere, Daæ quidem, & Carmanij, & Cilices in expeditorū modum armati, circiter quinq; millia. Horum dux erat Byttacus Macedo. Sub Theodoto uerò Aetolo proditionis author erāt ex omni regno delecti, & in Macedonum morem armati * decem uiginti millia hominum, quorum magna pars Argyraspides erant. Phalangis multitudo ultra uiginti hominū millia cōtinebat. Huic Nicarchus & Theodotus, cognomēto Hemiolius, præerant. Præter hos Agrianes, & Persæ sagitarij, & funditores circiter duo millia hominū erant, cū quibus Thraces mille, quorum dux erat Menedemus Alabādeus. Dehinc Medi, Cisij, Cadysij, Carmani, ad quinq; millia, quorū curā habebat Acuis Aspasiani Medi filius. * Aba res autem, & alij ijs finitimi ultra decem millia Zabdibellum ducem sequebantur. Mercenarios præterea è Græcia milites ducebat Hippulocus Thessalus numero quinq; millia hominum. Cretenses mille & quingentos Eurylochus habebat. Neocretenses mille Zelysgorgynius, cum quibus unà conuenerāt funditores, Lydij quingenti, Cardaces sub Lysimacho Gallo mille. Equitū omnis multitudo erat ad sex millia hominū, quorū quatuor millibus præerat Antipater regij fratris filius, reliquis uerò Themison. Ita Antiochi omnes copiæ erant duo & sexaginta millia peditum, equitum sex millia, elephanti centum & duo. Ptolemæus iter per Pelusium faciens, hanc primùm urbem in potestatem recepit: ubi distributo affatim inter milites frumento, paulo pòst inde profectus, per Casium & Bathra sic dicta, per loca arida uenit. ubi Gazam uenisset, acceptis copijs pedetentim ultrà nouit. ac quinto pòst die quinquaginta stadia distans ab urbe Raphia castrametatus est: quæ

urbs post Rinocolura sita est, prima ciuitatū Syrię, quę Aegyptum aspiciunt. Eodē tempore Antiochus cum exercitu uenit, & hanc urbē prætericēs, noctu castra locat, circiter decem stadia à castris hostiū remota. Principio igitur hoc inter se spacio distātes utrinq; morabātur. Paucis uerò interiectis diebus, Antiochus opportuniorem locū occupare uolens, & animū militib. suis augere, castra propius hostibus admouit, ut uix quinq; stadia inuicē distarent. Vbi, dum aquatū ac pabulatū quotidie proficiscuntur, crebra inter se certamina committunt. Similiter etiā inter utraq; castra modò pedites, nōnunquā equites se mutuò adgressi, fortunā belli experiūtur. Sub idē tempus Theodotus magna ac plane Aetolica audacia usus est. Cū enim lōga experientia uitā ac mores regios didicisset, sub aurorā castra hostiū ingreditur, & aspectu quidē propter tenebras incognitus erat, genere uerò uestimēti, & reliquo ornatu haud multū à cæteris differens. quippe uarijs illi uestibus utebantur. Notato aūt præcedentibus diebus loco, in quo tentoriū regis erat, quod ante ipsa ferè castra sæpe inuicē fuerant cōgressi, rectà ad illud cōtendit. cumq; incognitus omnes pertransisset, clam in tentoriū uenit, in quo rex uersari ac cœnare cōsueuerat. Vbi cū omnia diligēter lustratus, regē minime cōperisset, (nā in secretiori quodam loco quiescebat) duobus, qui ibi cubabant, uulneratis, & Andrea medico regis interfecto, tutò in propria castra reuersus est, audacia quidē propositū suum consecutus, sed deceptus prouidentia, quod non recte locum, in quo cubare Ptolemęus cōsueuerat, inuestigarat. Reges, cum quinq; diebus aduersus se inuicem castra tenuissent, descendere tandem in prælium ambo decreuere. Cū igitur Ptolemæus mouere è castris exercitum cœpisset, extemplò Antiochus quoq; id fecit. Phalanges uterq; rex, & delectos in Macedonicum morē armatos aduersus se inuicem collocauit. Ptolemæus utrunq; cornu hunc in modū instituit. Polycrates cum equitibus sibi subiectis læuū cornu tenebat. Inter hoc & phalangem Cretensem erant iuxta ipsius equites collocati. Post hoc regiū agmen, deinde scutati, qui sub Socrate erāt, postremò Libyci in Macedonicum morē instructi. In dextro cornu erat Echecrates Thessalus, subiectos sibi equites secū habens. post quos erāt Galatę & Thraces, post eos Phoxidas cū mercenarijs è Gręcia militibus, deinde Phalanx Aegyptiorū elephātorū in lęuo cornu quadraginta posuerat, in quo Ptolemęus ipse pugnaturus erat, tres & triginta ante dextrū cornu iuxta mercenarios equites collocarat, Antiochus uerò sexaginta elephātos, quib. pręerat Philippus sodalis eius, ante dextrum cornu ponit, in quo certare ipse aduersus Ptolemęum decreuerat. Post hos duo millia equitum, qui sub duce Antipatro erant, collocat. Penes equites à fronte Cretenses cōstituit, post quos mercenarium è Grǽcia militem, deinde quinq; millia peditū, qui in Macedonicum morem armati, Byttico ducē habebant. In sinistro uerò cornu ante omnes duo millia equitū ponit, quibus dux prærat Themison, penes quos Cardaces & Lydos sagittarios collocat, postea tria millia expeditorum, qui sub Menedemo erant, deinde Cissios, Medos, & Carmaneos, post quos Arabas phalangi iunctos. Reliquos deinde elephantos lęuo cornu præponit, Myisco uno ex pueris regis illis prę fecto. Hunc in modum instructis utrinq; copijs, reges ordines suos unà cum ducibus atq; amicis hortari, publicè priuatimq; fortitudinem militum extollere, maximam in phalangibus spem habere, quæ sint uictoriam subsecutura præmia, uterque proponere. Hortabantur autem unà cum Ptolemæo copias
arsinoe Andromachus, et Sosibius, & soror eius * Laodice. Cū Antiocho uerò Theodotus & Nicarchus, quod hi apud eos phalangibus prærant. Erat autem ferè idem utriusq; adhortationis sensus. Neuter enim istorum regum proprium aliquod & illustre factum inter hortandum proponere potuit, propterea quòd nuper regna essent consequuti. Ideo maiorum suorum gloriam & gesta commemorantes animū aciebus suis addere conabantur maximè magnis spebus tam seperatim ducibus, quàm communiter omnibus propositis, orabant & hortabantur, ut fortiter in eo prælio & uirili animo dimicarent. Cum

hęc

hæc & alia consimilia cùm per se ipsi, tum per interpretes obequitando dixissent, uterq; rex paulatim aduersus alterum præcedit. Ptolemæus quidem, cũ sorore læuum cornu tenens, Antiochus cum phalange regia dextrũ. Hic igitur bellicum canentes, primùm cum elephantis se mutuò inuadunt. Pauci ex ijs, quos Ptolemæus habebat, in aduersos feruntur. Ex quibus optimam certe faciebant milites pugnam, iacientes hastas, & se inuicem crebris uulneribus afficientes. Longè tamen meliorem feræ ipsæ faciebant, ingenti impetu se inuicem imperentes, & faciem facie uerberantes. Est enim hic elephantorũ mos, ut inter se cõgressi, & mutuis se dentibus imperentes, acerrimè pugnẽt: simulatq; uerò uulnus aliquod acceperint, non secus in omnes dentibus sæuiant, quàm tauri cornibus. Verùm maxima pars elephantorum Ptolemæi prælium formidabat, quod plerumq; accidere Libycis elephantis consueuit. odorem enim & uocem non patiuntur: præterea magnitudinem ac uires, ut mihi uidetur, timentes, Indicos statim fugiunt, uti eo tempore accidit. Subitò enim in fugam conuersi, & ordines suorum perturbantes, maximam in phalange Ptolemæi stragem fecere. Quod cernens Antiochus, extemplò cum elephantis equites, qui sub Polycrate duce erant, adgreditur. Similitet mercenarij milites, qui circa phalangem erant, in scutatos Ptolemæi feruntur. Quã ob rem hos quoq; ordines dilapsantibus seris, læuum cornu Ptolemæi declinauit. Echecrates uerò, qui dextro cornu præerat, principiò quidem ut prædicta cornua congrederentur, expectabat. Vbi uerò surgentem in aera puluerem, & elephantos suos nequaquã ferri in aduersos audentes animaduertit, mandat Phoxidæ, mercenarium militem habenti, ut à fronte oppositos hostes adgrediatur. Ipse equites, elephantosq; paulatim educens, idem facit. Paribus igitur animis utrinq; congrediuntur. Prælium diu atrox fuit. Ad extremum tamen, cum Echecrates ipse quidem extra periculum elephantorum esset, maximam uerò stragem in hostiles equites faceret, Phoxide quoq;, & cæteris qui cum eo erant, Arabes & Medos præter modum prementibus, læuũ cornu Antiochi in fugam uertitur. Itaq; dextrum Antiochi cornu uicit, læuũ uerò uictum est. Phalanges utriusq; integræ permanebant, dubiam de futuro spem habentes. Inter hæc Ptolemæus fuga ad phalangẽ facta, cum in medium uenisset, seq; militibus ostendisset, tantum suis animi, hostibus uerò terroris addidit, ut qui cum Andromacho & Sosibio erant, abiectis repentè armis, fugæ se commiserint. At rex Antiochus, ut iuuenis, & bellicarum rerum expers, ex sua uictoria reliquorũ quoq; coniecturam faciens, fugientes summa celeritate insequebatur. Quodam uerò è senioribus eum reuocante, & surgentem à phalange ad eius castra puluerem ostendente, tunc demum rem intelligens, conuerso itinere in castra conatur reuerti. Cum uerò suos omnes fugæ expositos comperisset, consilij inops, ipse quoq; Rhaphiam fugit, putans non stetisse per se, quin pulcherima atq; honestissima uictoria potitus esset, totius q; cladis suæ causam tarditatem atq; ignauiam militũ fuisse. Ptolemæus in phalange quidem uictoria potitus, in dextro uerò cornu compluribus equitibus ac mercenarijs amissis, in præsentiarum in castra reuertitur, & curandorum corporum potestatem militibus facit. Postridie eius diei electa suorũ cadauera tradi sepulturæ iubet. Deinde hostium corporibus spoliatis, Rhaphiam cum exercitu contendit. Antiochus, etsi statim ex fuga reuocatis suis castrametari extra urbes cupiebat, tamen quia milites eius magna ex parte in urbem refugerant, ipse quoq; idem facere est coactus. Sequenti autẽ die eductis sub auroram, quæ ex tanta clade superfuerant copijs, Gazam proficiscitur: ubi castris positis, missisq; qui suorum cadauera reposcerent, mortuis parentauit. Desiderati autem fuerunt ex militibus Antiochi ultra decem millia peditum, equites plusquam trecenti. Viui circiter quatuor millia in potestatẽ hostium peruenerunt. Elephantorum tres in ipso prelio, duo postea ex uulneribus periere, complures eorũ uiui capti. Hunc igitur finem habuit memorabile prelium, quo duo maximi reges prope Rhaphiam de imperio Syriæ certauere:

prę terquā quòd immunitatē nauigantibus ad ipsius regnum cōcessit, misit etiam quinqueremes instructas decē, frumenti bis centena millia, lignorū retinę, & capillorū decem millia brachiorū, & mille talenta. Similia his Prusias & Mithridates fecerunt. Principes prę terea omnes qui in Asia sunt, ut Lysamnias, Olympicus, Limneus, ac cæteri. Ciuitates uerò quæ Rhodijs pro suis quę que uiribus gratificatæ sunt, nemo enumerare facile posset. Quod si quis et tempus & primordia, unde ciuitas ista incoli cœpit, respexerit, uehementer admirabitur, quòd tam breui tēpore tantū incrementi, tam in priuatis quàm publicis reb. accepit quādo uerò loci cōmoditatem, et extrinsecus oblatā felicitatē, & abundantes prouentus considerauimus, iam nulla relinquitur admirationis causa, sed hasce opes illis cōpetenter esse acquisitas apparet. Hęc in præsentia quidem recensenda existimauimus, primò Rhodiorū gratia, ut eorum industria ac uigilātia in rebus publicis manifesta sit omnibus, (sunt enim profectò & laude & æmulatione digni) secundò auaritiæ regū nostri temporis causa & pusillanimitate gentiū, ac ciuitatū, ne uel illi quatuor aut quinq; talē ta largientes, credant se grande aliquid atq; amplū facere, ac proinde eandem beneuolentiā, eosdēq; honores à Græcis quærant, quos pristini reges habuere: uel ciuitates magnitudinē ueterū munerū memoria repetētes, existimēt se exiguis nostri tēporis munerib. maximos illis atq; optimos honores debere, sed seruare dignitatē suā conentur, ut Græciæ populi longè à cæteris hominibus differant. Ineunte iam ætate, cum dux Aetolorum esset Agetas, Aratus autem Achæorum dux imperium deposuisset, (nam hoc loco superius à sociali bello digressi sumus) Lycurgus Lacedæmonius ex Aetolia redijt. Magistratus enim cum falso iniectam ei calumniam, propter quam discesserat, comperissent, confestim eum in patriam reuocarunt. Hic igitur missus est ad Pyrrhiam Aetolum, qui tum Elensium dux aduersus Messenios erat. Aratus & mercenarium militem Achæorum malè instructum accepit, & ciuitates negligenter ad bellum dispositas, quòd Eperatus, qui ante eum dux fuerat, malè, ut suprà diximus, ac segniter omnia administrasset. Veruntamen hortatus Achæos, & decreto eorū accepto, ad belli apparatū omni studio erat intentus. Decretum autem ab Achęis hoc fuerat, ut mercenarij pedites cogerentur nō pauciores octo millibus, equites quingenti, ex Achæis uerò delegerentur tria millia peditum, et trecenti equites, ex quibus Megalopolitani ęneum scutum habentes essent pedites quidem quingenti, equites L. totidē etiā Argiui essent. prę terea ut naues quoq; pararētur, in littore & Argolico sinu tres, circa Patras & Dymen totidem. Aratus igitur in delectu habendo, & huiusmodi rebus parandis occupatus erat. Lycurgus autem & Pyrrhias, constituto inter se tempore, quo egredi uterq; deberet uersus Messenem proficiscebantur. Dux Achæorū, cognita eorum profectione, cum mercenarijs, & quibusdam delectorū Megalopolim uenit, opem Messenijs laturus. Lycurgus Messeniorum agrū ingressus, mox Calamas oppidum per proditionem accepit. deinde iter prosecutus, miscere se cum Aetolis maturabat. Pyrrhias, cum fermè nudus ex Elide aduenisset, statim à Cyparensibus reiectus iter cōuertit. Quam obrem Lycurgus, cum neq; iungere se cum Pyrrhia posset, neq; ipse satis per se potens ad res gerendas esset, nulla re memorabili facta, Spartam reuersus est. Aratus, frustratis opinione sua hostibus, quod futurum erat auguratus, fusit ut à Taurione pararētur equites quinquaginta, & quingenti pedites, Messenij totidem pedites atq; equites mitterent, uolens ijs copijs ab incursionibus hostium seruare Messeniorum & Megalopolitanorum & Tegeatarum & Argiuorū agros (quippe omnes hę regiones Spartano agro finitimæ plus cæteris Lacedæmoniorum bello sunt expositæ) Achaicis uerò ac mercenarijs militibus ab Elensium atque Aetolorum periculo Achaiam custodire. His peractis, dissensionem, quæ orta inter Megalopolitanos fuerat, iuxta Achæorum decretum composuit. Megalopolitani enim, cum paulo antè à Cleomene patrio solo eiecti fuissent, egebāt quidem multis, sed rebus omnibus

catebant. Siquidem in dignitate sua permanentes, commeatum & sumptus necessarios nec publicè, nec priuatim habebant. Quamobrẽ seditione, ira, simultatibus omnia apud eos plena erant. Hoc enim & in rebus publicis, & in priuata hominũ uita accidere consueuit, quando necessarij sumptus desunt. Primò igit̃ inter se de mœnib. urbis disidebant, dicentibus alijs, tantũ facere eius circuitũ oportere, quantũ & præsentes eorũ fortunæ paterent̃, & custodire in tanta paucitate homnũ possent: quandoquidẽ & antea periculũ ex eo fuisset, quòd maior ac desolatior extitisset, quàm ut defendi ab incolis potuerit. & præterea eos qui opes possidebant, tertiã bonorũ agrestiũ partem ad hoc conferre debere putabãt, ut ciuitas incolis repleret̃. Alij uerò nec minori ambitu ciuitatẽ cõprehendi debere, nec tertiã partem possessionũ conferendã esse cõtendebant. Maximè aũt de legib. à Pritanide scriptis inuicẽ disceptabant, quem legum latorem eis Antigonus dederat, eratq; inter Peripateticos celeberrimus. Cum hæc in ciuitate dissensio esset, Aratus ciuiles omnes discordias sedauit, & exardescentẽ iam mutuò Megalopolitanorum irã publicè, priuatimq; restinxit. Capita uerò cõuentionis columnę inscripserunt, & ad aram Vestę in Omario collocarunt. Aratus igitur ad Synodũ Achæorũ profecturus, mercenarios milites Seleuco Pharęi cõmendat, propterea quod ille se cũdi ordinis ducatũ loco patriæ suæ cõtributionis haberet. Elienses Pyrrhiq;, quòd negligẽter se gessisse uideret̃, infensi, Euripidẽ ducẽ ex urbe Aetolia ac cersiuerũt. Qui obseruato Achæorũ concilio, & acceptis sexcentis equitibus, ac duob. millibus peditũ, copias extemplò eduxit, omnẽq; regionem usq; ad Egiadẽ depopulatus est: & capta ingenti pręda, mox Leontiũ reuertebat̃. Lycus ea re cognita, obuiã eis profectus, euestigio hostib. occurrit: & collatis uiribus circiter quadringẽtos eorũ interfecit, ducentos uiuos cepit. In quib. clariores erant, Phisias, Antanor, Clearchus, Euanorides, Aristogiton, Nicasippus, Aspasius. Armis uerò atq; impedimẽtis omnib. potitus est. Sub idem tẽpus præfectus classis Achæorũ Molicriã uenit: unde mox profectus, cõuerso itinere Chalceã nauigauit, ubi cum oppidani obuiã exiuissent, duas longas naues remigibus, et cæteris necessarijs reb. instructas cepit. Prętera nauigia quàm plurima parua abduxit. Collecta præterea eodẽ tempore terra mariq; ingẽti præda, & cõmeatu ac reb. ad uictũ necessarijs inde acceptis, milites qui dẽ audaciores in posterũ sunt facti: ciuitates uerò meliorẽ spẽ animo concepe rũt, quòd nece.laria ad uictũ non cogerent̃ copijs suppeditare. Inter hęc Scerdilaidas iniuria se affectũ à rege existimans, quòd integrè sibi stipendiũ, sicuti ex fœdere cũ Philippo cõuenerat, solutũ non fuisset, quindecim lẽbos cũ dolo emisit: qui cũ Leucadẽ appulissent, omnibus eos propter factã cũ rege societatẽ tanquã amicos accipientibus, cũ nihil aliud efficere mali possent, Agatinũ & Cassandrũ Corinthios, qui tanquã amici eundẽ portũ cũ quatuor nauibus ingressi fuerãt, uiolato fœderis iure, ipsosq;, & naues eorũ ceperũt, ac ad Scerdilaidã subitò misere. Post hęc Leucade profecti, et cursu uersus Maleã directo, mercatores depopulabãtur. Instãte iam æstate, & his qui cũ Taurione erãt, custodiã prędictarũ urbiũ spernẽtib. Aratus delectos milites secũ habẽs, cõmeatus gratia in Argiuũ agrũ uenit. Euripides aũt cũ multitudine Aetolorũ egressus, populabũdus per Tritensiũ regionẽ grassabat̃. Lycus et Demodocus priuati Achęorũ duces, ubi de aduẽtu Aetolorũ intellexere, congregatis Dymensibus & Patrensib. ac Pharẽsibus, prętera etiã mercenarios secũ habẽtes, in Eliensem agrũ impetũ fecerũt. Cũq; ad locũ uenissent, quẽ incolę Phyxiũ uocãt, leuioris armaturę milites unà cũ equitibus discurrere per agrũ iusserũt, grauiorẽ uerò armaturã circa eum locũ in insidijs posuere. Concursantibus mox passim temereq; in subsidiũ suorũ Eliensibus, cũ insidiarũ locũ pertransissent, insurgentes qui cũ Lyco erãt, magno impetu in Elienses irruere: qui cum resistere eorũ uiribus non possent, repentè in fugam cõuersi, ducẽti ferè desiderati sunt, octuaginta uiui capti. Illi prædam omnem integram abegerunt. Per idem tempus præfectus quoq; classis Achæorũ, cum sæpenume-

ro Ca-

ro Calydonem & Naupactū nauigasset, regionem omnē depopulatus est, & hostes bis in fugā uertit. Cepit etiam Cleonicū Naupactiū: qui quoniā hospes Achæorū erat, in præsentia quidē nihil mali passus est: paucis uerò interiectis diebus, sine precio liberatus fuit. Sub idē tēpus Agetas Aetolorū dux, cōgregata multitudine Aetolorū, omnē Acarnanū regionē ferro igniq; uastauit. Similiter uniuersam Epirū depopulatus est. Quæ cū fecisset, in patriā reuersus, suā cuiq; domū abeundi potestatē fecit. Arcananes deinde in Stratensem agrū profecti, statimq; ab hostib. repulsi, turpē quidē, sed tamen incolumē fugā fecere: quòd Stratēses insidias ueriti, persequi illos nō sunt ausi. Apud Phanotēses eodē tēpore rursus proditio facta est in hunc modū. Alexander Phocidi à Philippo præfectus, ordinauit proditionē aduersus Aetolos per Iasonē quendā, qui à se Phanotensiū urbi præpositus fuerat. Hic ad Agetā Aetolorū ducē missus, pollicitus est, se Phanotensiū arcē illi traditurū. Qua de re & pactū inter se firmarūt, & iusiurandū præstitere. Cū cōstitutus dies aduenisset, Agetas noctu eò cū Aetolis uenit: collocatisq; in occulto quodā loco iuxta ut bē copijs, centum ex omni multitudine delectos in arcē mittit. Iason Alexandrū in urbe cū sufficiēti numero militū paratū habēs, iuuentutē ex pacto intra arcē recipit. Alexander repentè impetu in arcē cū suis facto, Aetolos oēs cepit. Exorta deinde luce Agetas, cū id factū cognouisset, exercitū domū reduxit: dolū passus nō immeritū, utpote talē, quali & ipse sæpenumero fuerat usus. Per eosdē dies Philippus Rex Bylazonē cepit, urbē in Pæonia maximā, et peropportunè sitam, ad ingressum Macedoniæ ex Dardania. quo sanè cōpendio propè omnē metū quē Dardanij inferre poterāt, dissoluit. Non enim facilè poterāt amplius excursiones facere in Macedoniā, posteaq; Philippus ingressum per dictā tā ciuitatē occupauit. In qua sufficiēti præsidio collocato, Chrysogonū summa celeritate in superiores Macedoniæ partes misit, qui nouū militū delectū haberet. Ipse acceptis ex Bœotia & Amphaxitide copijs, Edessam uenit. ubi expectato cum Macedonib. Chrysogono, mox inde cū omni exercitu discessit, & sexto pòst die Larissam uenit. Cōtinuato deinde per noctē itinere, Meliteā appulit, et admotis mœnib. scalis capere urbē conatus est: tantoq; terrore ob repentinū et inopinatū aduentū Melitenses affecit, ut patū absuerit, quin urbe sit potitus: et nisi scalę aliquāto, quàm erat opus, breuiores extitissent, profectò cōpos desiderij fuisset: qua in re potissimū reprehendēdi sunt duces. Cū em nōnulli ex illis sine ulla prouidētia ac cōsideratiōe murorū, ualliū et aliorū cōsimiliū, per quę aggressum & irruptionē moliunt, incōsideratè suapte temeritate ad capiendas ciuitates prosiliūt, quis tales nō reprehēderit? Siue etiā, licet ista quantū in ipsis est expēderint, cum tamē apparatū scalarū & huiusmodi instrumentorū, quasi modici momenti res quibuslibet eōmendant, quomodo digni non sunt qui reprehendātur? Nequit enim aliter in hisce rebus fieri, quàm ut uel quę cōpetunt fiant, uel periculū subeat. Mox enim detrimentū adest spe frustratis, idq; multis modis: tempore scilicet conatus periclitant optimi ac strenui uiri, & maximè cū discedit, quando semel cōtemni cœperūt. Huius multa sunt exēpla. Multos reperias in talibus conatib. frustratos, perijsse alios, alios extrema periclitatos: alios seruatos in posterū diffidētię et odio factos obnoxios: alios ad hoc positos reliquis, ut cūctos iubeāt esse cautos. Nō enim ij tantū qui periclitati sunt, sed & quotquot casus illorū gnari fiunt, hoc quodāmodo mandatū accipiūt, ut sint cauti. Quapropter nunquā est temerè huiusmodi consilijs utendū. Modus aūt mensurādi & apparādi talia facilis est et inoffensus, si methodicè usurpetur. Nunc quidē ad cōtinuationē narrationis tedeundū est: uerùm ubi opportunū denuò fuerit, hac de re declarationē adferre conabimur, quo pacto fieri possit, ut circa huiusmodi conatus q̄ minimè delinquat. Philippus itaq; hac spe fraudatus, et castris iuxta Enipē flumē positis, copias ex Larissa, et ceteris ciuitatib. coegit, quas per hyemē obsidionis gratia parauerat. Omnis em intētio eius erat, Thebas capere. Hęc urbs nō lōgè à mari sita est, distatq; ab urbe Larissa circiter trecēta stadia. Adiacet aūt peropportunè Magnesię et Thessalię, et maximè

ei parti Magneſię, quã Demetriadẽ uocant. Theſſaliæ uerò ei parti, quã Phar ſalij & Pherenſes incolũt. Ex qua, cũ eam per id tẽpus Aetoli tenerent, maxi mũ detrimentũ Pharſalienſib. ac Demetrienſib. inferebatur, nec minus etiam Larißæis. Quippe Aetoli crebras in eũ agrũ incurſiones faciebant, quẽ Na myricũ incolæ appellant. Quamobrẽ Philippus haud parui hãc rem faciendã exiſtimans, omni ſtudio ad urbis expugnationẽ incũbebat. Paratis igitur cen tum & quinquaginta catapultis, baliſtis uerò quinq; & uiginti, Thebis cũ co pijs appropinquauit: diuiſoq; in tres partes exercitu, urbẽ à tribus lateribꝫ cin xit. Vnã quidem partẽ circa Scopiũ poſuit, aliã circa Heliotropiũ, tertiã ipſe iuxtà montẽ, qui urbi imminet, tenuit. Quod uerò inter caſtra locorũ ſupere rat, foſſa ac duplici uallo diligẽtiſsimè muniuit. Addidit præterea ligneas tur rès in ſingulis iugeribus, ſufficienti præſidio refertas. Poſthæc omni bellico apparatu ſimul cõgregato, adijcere arci machinas cœpit. Verùm per tres pri mos dies nullã partem operũ admouere potuit: tãta audacia ac fortitudine mi lites è mœnibus propugnabãt. Poſtquã uerò propter continuationẽ certami nis, & multitudinẽ telorũ, alij ex ciuibus interfecti ſunt, alij uulneribus affe cti, tũc parua mora à propugnantib. facta. Macedones cuniculis uti cœpere. cui rei aſsiduè incumbentes, quãuis loco ipſo renitente, uix nono die ſubſten tacula, ac cæteras machinas mœnib. admouerunt. Poſthæc continuè expu gnationi urbis intenti, ita ut nec noctu, nec interdiu catapultæ & baliſtæ ceſ ſarent, intra triũ dierũ ſpaciũ ad duo iugera murũ confregerunt. Verũcũ ad hibita mœnibus ſubſtẽtacula magnitudinẽ ponderis ſuſtinere non ualerent, in terrã decidentes murũ quoq;, antequã ignis à Macedonibus inijceretur, ſe cũ traxerunt. Quo facto, cum animi omniũ creuiſſent, ſeq; ad ingreſſum urbis pararent, ac iam incœpturi prælij uiderentur, perterriti Thebani, ſeq; et urbẽ dediderunt. Philippus cũ per hunc modũ Magneſiæ & Theſſaliæ loca tuta reddidiſſet, precioſiſsima quæq; Aetolorum bona abſtulit: ac ſimul exercitui ſuo oſtendit, meritò ſe Leontiũ qui in obſidione Paleenſi primùm defecerat, interemiſſe. Vrbẽ uerò, eiectis antiquis cultoribus, ac Macedonibus ad eius habitationẽ conſtitutis, mutato nomine pro Thebis Philippolim appellauit. Cũ adhuc in ea urbe moraretur, rurſus legati de pace à Chijs & Rhodijs et By zantijs & rege Ptolemæo uenere. Quibus cum idem, quod antè, reſponſum dediſſet, ſeq; haud alienum à pace animũ habere reſpondiſſet, eos remiſit: & ut Aetolorũ quoq; animos tentarent, iuſsit. Ipſe cõtempta pace, toto animo conſequentibus rebus incumbebat. Quamobrẽ cum ei nunciatũ fuiſſet, Scer dilaidæ lembos omnia circa Maleã depopulari, & mercatoribus omnib. non ſecus quàm hoſtibus uti, præterea quaſdam naues ex ſuis in Leucade præter fœdus cepiſſe, armatis duodecim cataphractis nauibus, & octo aphractis, præterea onerarijs triginta, per Euripũ nauigat: ſimul ſperans Illyriorũ lem bis potiri, ſimul omnib. uiribus ad bellũ aduerſus Aetolos intentus, quòd nõ dum res in Italia geſtas cognitas haberet. Nam quo tempore Philippus The bas obſidebat, Romani ab Annibale uicti in Tuſcia fuerant, ſed nondũ fama earũ rerum in Græciã peruenerat. Philippus igitur cum lembis Illyriorũ poti tus non eſſet, ideoq; Cenchreas appuliſſet, cataphractas quidẽ nauigare circa Maleam uerſus Egiũ & Patras mãdauit. Reliquas uerò in Lechæo poſitas, cõmorari in eo portu iuſsit, quàm celerrimè ad Nemæos ludos profectus, Ar gos uenit. Hic cũ ſpectaculo intereſſet, literæ ei ex Macedonia afferunt, ſigni ficantes, Romanos ingenti clade ab Annibale ſuperatos fuiſſe, & Annibalẽ ipſum caſtris potiri. Subitò igit Demetrio Pharius duntaxat literas oſtẽdit, iuſ ſo, ne quicquã alicui loqueretur. Hic, ea occaſione ſumpta, hortari regẽ cœpit, ut expedito mox Aetolorum bello, Illyricas res adgrederetur. Omnem enim Græciã & in præſentia parẽre regi, & poſthac idem facturã eſſe, cum præſer tim Achæi ipſorũ ſua regi beneuoli forẽt: Aetoli uerò tot cladibus præſenti bel lo affecti, potentiam eius formidarent. Italiam aũt, inquit, transfretationem in eam initiũ eſſe totius orbis principatũ aſſequendi, quẽ nemini meliori iure

quàm

quàm illic ꝺuenire. Tempus pręterea in pręſentiarũ ad id peropportunũ eſſe, Romanis ingenti clade ab Annibale uictis. Huiuſmodi ꝓtationib. uſus Demetrius, ſtatim id regi perſuaſit, utpote adhuc et adoleſcenti, & natura audaci, ac prǽter modũ imperij auido. Poſthęc Philippus cõgregato amicorũ concilio, agere de pace Aetolorũ cœpit. Ad quod cum Aratus quoq; libenter ueniret, rex haud expectatis legatis, qui publicè de conditionib. pacis referrẽt, ſubitò Cleonicũ Naupactiũ ad Aetolos miſit. Hunc enim reperit adhuc ex captiuitate conciliũ Achæorũ expectantẽ. ipſe nauibus Corinthi cũ pedeſtribus copijs acceptis, Egiũ uenit. deinde Laſſionẽ ꝓfectus, & occupata in Perippijs turri irrupturũ ſe in Elienſem agrũ ſimulabat, ne fortè nimis appetere pacẽ iudicaret. Poſthæc bis aut ter reuerſo Cleonico, & precantib. Aetolis, ut rex ipſe ad eos ꝓficiſceretur, libenter conceſſit: datisq; repentè ad omnes ſocias ciuitates literis, ac bellico feruore reſtincto, ſingulos hortatus eſt ad mittendas ꝓcomponendis rebus, & pace cũ Aetolis firmanda legationes. Ipſe tranſportatis copijs, & caſtris circa Panormũ poſitis, qui Peloponneſi portus eſt è conſpectu Naupacti ſitus, legatos ſociorũ pręſtolabat. Inter hæc dum illi congregarent, in Zacynthũ protectus, ſolus res eius inſulæ compoſuit, ac mox inde ad eundẽ locũ reuerſus eſt. Congregatis tandẽ legatis, Aratũ & Taurionẽ cũ quibuſdã alijs ad Aetolos miſit. Qui cum ad eos uenijſſent (erant enim in cõcilio Naupacti congregati) pauca quædã locuti, & intellecto eorũ deſiderio de pace facienda, eueſtigio ad Philippũ reuerſi, omnia regi nunciatũt. Aetoli deſiderio pacis flagrantes, unà cũ ijs legatos ad regẽ miſere oratũ, ut ad ſe cũ copijs ueniret, quo res melius ac celerius eõponerentur. Rex precibus eorũ pellectus, in locũ circiter uiginti ſtadia à Naupacto diſtantẽ cum copijs nauigauit, ubi educta multitudine, & caſtris nauibusq; uallo ac foſſa circumdatis, aduentũ Aetolorũ præſtolabat. Aetoli inermes uerſus regẽ profecti, duo ſtadia procul à caſtris regijs conſtitere: ſtatimq; ad regẽ miſerunt, qui de reb. præſentibus diſſererent. Rex igit primò omnes, qui à ſocijs ciuitatibus conuenerant, ad eos tranſmiſit, iuſſos, hac conditione pacẽ cũ Aetolis firmarent, ut ea quiſq; in poſterũ teneret, quæ in præſentia tenebat. Quam conditionem cũ libenter Aetoli acceptaſſent, pro particularibus deinde reb. frequentes hinc inde nuncij mittebant. Quarũ rerũ maximã partem conſulto prætermiſimus, quod nihil in ijs memoratu dignũ eſſe uidebat. Libuit aũt adhortationẽ, qua apud regẽ & ſocios principiò uſus eſt Agelaus Naupactius, paucis referre. Hic enim, cũ facta eſſet dicendi copia, omnesq; ad audiendũ parati forent: Oportere, inquit, maximè Græcos, nunc; aduerſus ſe inuicẽ bellũ gerere, ſed maximas dijs habere gratias, ſi omnes unius ſententiæ, & inſtar eorũ qui flumina traijciunt, mutuo nexu manũ colligati, Barbarorũ impetũ repellere, ſeq; & ciuitates ſuas tutari queant: quod ſi fieri continuè nõ poſſit, hoc ſaltẽ tẽpore omni ſtudio ſeruandũ, quod nunc; in maiori periculo Græcia fuerit. Proſpicere enim ſe multitudinẽ copiarũ, & magnitudinẽ inſtantis belli, neq; dubitare, ſeu Carthaginenſes Romanos, ſiue Romani Carthaginenſes in Italia ſuperarint, neutros Siciliæ atq; Italiæ imperio cõtentos forè. Cæteri ũ ſtatim victores plus, q; ſatis ſit, manus extenſuros, tranſitũq; in Orientẽ facturos: proinde omnes ꝓuidere huic rei oportere, & præſertim Philippũ. prouidere autẽ hoc duntaxat modo poſſe, ſi reſtincto pręſenti bello, nõ ſolũ Græciæ ciuitates ceſſet affligere, ſed è contrario omni ipſe quaſi unius corporis curã habeat, & uniuerſæ Græciæ ſaluti tanq; ꝓpriæ, & ditioni ſuæ ſubiectæ conſulat. Hoc enim ſi fecerit, & Græcos ſibi beneuolos, ac ad futura bella optimos concertatores futuros eſſe: & Barbaros fidẽ Græcorũ erga regẽ timentes, minus imperio eius inſidiaturos. Quod ſi ad propagandũ imperiũ animũ habeat, aſpicere eũ in Occidentẽ oportere: & quo in ſtatu res Italiæ ſint, conſiderare. Eſſe enim in præſentia tempus, quo facile totius orbis principatũ ſpetare poſſit, minus negocij habiturus, quod Romani apud Thraſimenũ lacum uicti ab Annibale fuiſſent. In ſumma regem hortatur, ut bella atq; diſcordias totius Græciæ in pacẽ concordiamq; conuertat, enitaturq; omni ſtudio conſeruare ſibi in poſterum

sterũ libertatẽ pro arbitrio suo bellũ, aut pacẽ in puincia constituendi. Quod si semel nubẽ illam, quam consurgentẽ in Occidente uidebant, trucis & cruenti belli Græciæ locis appropinquare permitteret, uereri se inquit, ac uehementer solicitũ esse, ne huiusmodi dissensiones et concordiæ, & ludi, quos inuicem cõmittebant, ita ab eorum omniũ potestate excideremtur, ut ne precari quidẽ deos liceret: hanc sibi facultatẽ adesse, ut bellari inuicẽ, ac pacem facere pro eorũ arbitrio liceret. Hęc cum dixisset Agelaus, animos sociorũ mirum in modũ ad pacem inflammauit. Maximè autẽ permouit Philippũ tegem, quòd nõ mediocriter iam propter uerba Demetrij ad id mentẽ inclinauerat. Quam obrẽ unanimi consensu pacẽ cum Aetolis fecere. Firmato igit fœdere, omnes discesserunt, pacẽ in patriam pro bello reportantes. Hęc omnia gesta sunt anno tertio centesimæ et quadragesimæ olympiadis. Dico autẽ id præliũ, quod Romani in Tuscia cõmiserunt, & bellũ Antiochi in Syria gestũ, & pacem ab Achæo & Philippo cum Aetolis factã. Græcas etiã atq; Italicas res, itẽ etiã Africanas hęc primùm tẽpora coniunxere. Neq; enim post eum diẽ Philippus, nec cæteri Græciæ principes cogitationes suas ad Græciã referebãt, neq; bella aut pacem inuicẽ moliebant, sed omnes iam mentẽ oculosq; ad Italiã conuertebant. Paucis quoq; interiectis diebus insularũ et locorũ Asiæ cultores idem fecere. Omnes enim qui uel Philippo infensi erant, uel ab Attalo dissidebant, nõ iam ad Antiochũ & Ptolemæũ, neq; ad meridiẽ, aut orientẽ, sed ad occasum omnes conuertebant, alij Carthaginenses, alij Romanos crebris legationibus fatigantes. Similiter Romani quoq; Philippi uires atq; audaciam ueriti, legatos in Græciã mittebant. Nos autẽ, quoniã, sicuti à principio statueramus, manifestè nobis (nisi nos opinio fallit) ostendimus, quando & quomodo, & quibus ex causis res Græciæ cũ Italicis & Libycis, quasi in unũ corpus coaluerunt: supereſt, ut narrationẽ rerũ in Græcia gestarũ prosequamur, quousq; ad ea tempora uentũ sit, in quibus Romani iuxta Cannas, à Carthaginensibus uicti ac profligati fuere. Hinc enim à rebus Italicis digressi sumus, & de ijs quæ in Græcia & Asia ijsdẽ temporib. gesta sunt, hunc & superiorem libru perscripsimus. Achæi, cum primũ finis bello impositus fuit, Timoxeno duce electo, ad instituta patriæ reuersi: similiter etiã reliquæ Peloponnesi ciuitates paulatim Respublicas cõponebant, colebant agros, ludos ac sacrificia deorũ renouabant. Quippe assiduo bellorũ usu factũ erat, ut hęc omnia quasi è memoria excidissent. Notũ enim est, quomodo Peloponnesij, cum maximè omniũ mortaliũ ad placidã et humanã uitam propendeant, illa omniũ sint superioribus temporibus minimè potiti: imò magis secundũ Euripidem, semper à proximis molestati, & nunquã quieti. Videtur aũt hoc illis non immeritò accidisse. Quotquot enim natura ad principandũ propendent, & studio libertatis tenent, indesinenter inter se dimicant, eo quòd indiuulso studio huc contendunt, ut priores habeãt. Athenienses timore Macedonũ liberati, optima iam libertate frui uidebantur. Verùm, cum Euryclidã et Mitionem duces haberet, eorum imprudentiã secuti, omniũ ferè regũ, ac præcipuè Ptolemæi tributarij erãt. Ptolemæo statim posthæc tempora bellũ aduersus Aegyptios subortũ est. Hic enim cum Aegyptios in bello aduersus Antiochũ secũ habuisset, aliquandiu opera eorũ usus, mox ab eis relictus est. elati enim rebus circa Rhaphiã gestis, haud amplius parere regi uoluerunt, sed ducem aliquem quærebant, tanquã ipsi iã gerendo bello per se sufficerent. Quod etiã tandem nõ longo pòst tempore factũ est. Antiochus, ingenti apparatu ad res bellicas per hyemẽ facto, proxima dehinc æstate Taurũ transcendit, et inita cũ Attalo regę societate, bellũ aduersus Achæũ renouauit. Aetoli, etsi pacẽ initio gratissimã habuere, quod bellũ longè aliter quàm spes eorũ fuerat, succesisset, proinde Agelaũ Naupactiũ ducẽ elegerunt, cuius præcipua opera pax fuerat secuta. Procedente tamen tẽpore grauiter Agelaũ accusare, ac de eo nõ mediocriter cõqueri cœperũt, quòd eius causa omnes utilitates, quas extrinsecus permultas habebant, amisissent: quandoquidẽ nõ aliquam prouinciæ partẽ, sed uniuersam planè Græciam pacificasset. Veruntamen Agelaus æquo animo huius-

huiusmodi iniuriam ferens, impetū eorum reprimebat. Ex quo illi quoq; contra eorum naturam temperare iracundiā suam sunt coacti. Philippus rex, cum post factā pacem soluta classe in Macedoniā nauigaret, Scerdilaidæ in itinere obuios, qui sub prætextu debitæ sibi pecuniæ, cuius rei gratia naues in Leucade, uti suprà diximus, ceperat, tunc Pelagonię quoq; oppidum nomine Pisseū in prædā, uerterat & cōplures Daretidis ciuitates Antipatriā, Chrysondionē, Gerontē, pręterea etiā non paruā Macedonię partem sibi partim hortatu, partim uiribus asciuerat, extēplò copias in terrā posuit, omni studio ad prædictas ciuitates recuperandas intentus. Omnino aūt bellum aduersus Scerdilaidam gerere decreuit, perneceſſarium existimans Illyrium ditioni suæ subijcere, cum ad alias res gerendas tum maximè ad transfretationem in Italiam. Quam opinionem Demetrius confirmare regi nitebatur, uidisse se in somnis inquiens, Philippum hæc omnia molientem, quod non tam Philippi gratia faciebat, quàm odio Romanorum, & quod per eum modum recuperaturum se loca, quibus circa Pharū spoliatus fuerat, arbitrabatur. Philippus itaq; admotis copijs prædictas omnes ciuitates occupauit. In Dassaretide enim cepit Creoniū & Gerontē, circa Lychnidiam paludem Enchelanas, Ceracem. Sationē, Boios: in Calicœnorū uerò prouincia Bantiam, apud Pissantinos Orgyssum. Quibus peractis, copias in hyberna dimisit. Erat autem hæc hyems, qua Annibal præcipua Italię loca depopulatus in Daunia hyemabat. Romani uerò C. Terentiū, & L. Aemiliū Consules nouis comitijs creauerāt. Philippus, dū in hybernis esset, ratus naues parare sibi opus fore, non tam ad nauale pugnā, (quippe impotentē se omnino mari esse aduersus Romanos arbitrabatur) quàm ad transfretationem copiarum in Italiam, centum lembos parauit. Quod ante eum nemo ferè regū Macedoniæ fecerat. Adueniente deinde æstate, & Macedonibus remigio leuiter exercitatis, cum copijs soluit. Sub idē tempus Antiochus Taurum transcendit. Philippus, facto per Euripū & Maleam itinere, ad loca, quæ sunt circa Cephaleniam et Leucadem, uenit. Vbi castris in terram positis, uallo ac fossa ea diligenter muniuit. Siquidē Romanorū classem mirum in modum formidabat. Vbi uerò eam iuxta Lilybæum esse per exploratores didicit, animo auctus cœptum iter prosequitur, cursu Apolloniam uersus directo. Cunq; iam ijs locis appropinquasset, quæ sunt circa Loium amnem iuxta Appolloniam præterfluentem, incidit in terrorē consimilem illis, qui pedestribus solet euenire copijs. Etenim quidam ex lembis, qui ultimo loco sequebantur, delati in insulam, quæ Sason dicitur, estq; in ingressu Ionici sinus, noctu ad Philippum uenerunt, dicentes, allocutos se quosdam fuisse à Siculo freto nauigantes, hos nunciasse, quinqueremes Romanorum à se circa regium relictas Apolloniā, & ad Scerdilaidā cursum tenere. Philippus, ratus ob id classem iam non longè abesse, subito terrore correptus collectis anchoris inhibere remos, ac conuertere iter iussit, trepideq; & nullo seruato ordine retrocedens, postridie Cephaleniam appulit, ne nocte quidē cursum dirimente. Hic recreatis parū per animis, aliquandiu constitit, simulās se urgentibus certis Peloponnesiacis rebus eò reuersum esse. Accidit aūt omnem eum timorem esse. uanum etenim Scerdilaidas cum audiuisset Philippū per hyemem magnam multitudinem lemborū ædificasse, aduētum eius per mare ueritus, auxiliū Romanorū per legatos implorauit. Romani decē naues ex classe, quæ Lilybæi erat, misere. Hæ iuxta Rhegium transeuntes, fuerunt ui sæ. Quarū timore nisi frustra correptus rex fugisset, et ijs potiri facile poterat, & peropportunū ad res Illyricas tēpus habere. Romanis rursus ingēti clade iuxta Cānas ab Annabile affectis, & ferè ad internecionē usq; uictis, nunc aurē inani timore perculsus, tutam quidē, uerūtamē turpissimam fugā in Macedoniā fecit. Sub idem rempus Prusias quoq; rem memoria dignissimā gessit. Galli quos ex Europa rex Attalus bello aduersus Achæū in Asiā transfretauerat, cū obmēoratas à nobis superius suspicionis à prædicto rege discessissent uniuersas Hellespōti ciuitates cupide nimiū ac crudeliter de populabāt. Hi cū

ad ex

ad extremum Elienſiũ quoq; urbẽ obſidione cinxiſſent, egregiũ ſanè facinus commiſſum fuit ab his, qui Alexandriã circa Troada colebant. Siquidẽ Themiſte duce, cum quatuor millibus hominũ aduerſus illos miſſo, non ſolũ Eliẽſium obſidionem diſſoluerũt, uerumetiam Gallos ex omni Troade expulere: partim prohibentes eis commeatum, partim omnis eorum conatus impediẽtes. Galli, Ariſba oppido in Abydenorum regione capto, reliquum iam uicinis ciuitatibus inſidiabantur, bellumq; aduerſus omnes gerebant. Contra quos Pruſias cum copijs profectus, inito mox prælio, exercitum eorum profligauit, filios ferè omnes atq; uxores paſsim, nulla ſexus aut ætatis ratione habita, interfecit, caſtra diripi à militibus paſſus eſt. Quibus peractis, maximo timore ac periculo Helleſpontum liberauit, optimumq; poſteris exemplum reliquit, ne barbari tam facile ex Europa in Aſiam transtretarent. Hæc igitur ea tempeſtate in Græcia atq; Aſia gerebantur. In Italia uerò poſt profligatũ Cannenſi prælio Romanorum exercitum quamplurimæ ciuitates ad Carthaginenſes defecere, ſicuti ſuperioribus libris memorauimus. Verùm nos quidẽ narrationem eorum temporum hoc loco terminabimus. Quandoquidem ſatis oſtenſum eſt, quo in ſtatu res Aſiaticæ & Græcæ centeſima & quadrageſima olympiade extiterint. Quibus in ſequenti libro breuiter ac ſummatim repetitis, orationem deinceps ad Romanorum Rempublicam, ſicuti ab initio ſtatuimus, conuertemus.

EPITOME SEXTI LIBRI HISTORIARVM POLYBII, VV. MVSCVLO Interprete.

DE Græcis quidem Rebuſpublicis quantum illæ ſæpenumero amplificatæ, ac rurſus omnimodam ſæpe rerum mutationem ſint expertæ, perfacilis expoſitio contigit, qua & præcedentia geſta commemorentur, & de futuris ſententia feratur. Nullo nanq; negocio, & quæ cognita ſunt narrari, & de futuris ex his quę præceſſerunt, faciles coniecturæ ſumi poſſunt. De Romanorum uerò Republica haudquaquã facile fuerit uel de præſentibus diſſerere propter politiæ illius uarietatem: uel de futuris prædicere, propter ignorantiam eorum quę tanquam ei genti propria & publicè & priuatim geſta præceſſerunt. Quocirca haud uulgaris rerum cognitio ac conſideratio requiritur, ſi diſcrimina illius quiſquam exactè contueri perſpicere q; uolet. Accidit ſanè ut plurimi eorum qui nobis iſta docendi modo ſubmonſtrare uoluerunt, tria eſſe politiarum genera dicant, quarum primũ regnum, ſecundum ariſtocratiam, tertiam uerò democratiam uocant. Videtur aũt de iſtis haud immerito uehemẽter poſſe hæſitari, an haſce nobis politias tanquam ſolas, uel tanquam reliquis potiores exponant. Etenim utrumq; mihi ignorare uidentur. Siquidem manifeſtum eſt, eam politiam optimam eſſe iudicandam, quæ omnibus quas prædiximus, proprietatibus conſtat. Huius quippe rei experientiam non uerbis modò, ſed & opere ipſo percepimus, ex eo quod Lycurgus Lacedæmoniorum Rempublicam prius ad hunc modum conſtituit. Verùm nec illud ſentiendum eſt, quod hæ politię ſolę exiſtant. Iam enim & monarchicas quaſdam & tyrannicas politias uidimus: quæ quamuis plurimum differant à regno, ſimile tamen aliquid cum illo habere uidentur, id quod & cuncti monarchę ſimulant, & ad hoc regni nomine pro uiribus utuntur. & præterea oligarchicæ Reſpublicę quę plures extiterunt, ſimile quiddam habere uidẽtur cum ariſtocraticis, quę tamen, ut ſic dicam, plurimum ſunt diuerſę. Idem & de democratia ſentiendum eſt. Quod autem uerum ſit quod dicitur, ex hiſce manifeſtum redditur. Neq; enim mox quęlibet monarchia regnum dici debet, ſed ea duntaxat, quę uoluntario ſubditorum conſenſu conceditur, & magis pro animi ſententia quàm timore & uiolentia gubernatur. Neq; etiam quęuis oligarchia pro ariſtocratia

Ariſtocratia eſt in qua optimates, democratia, in qua plebs rerũ moderatur habenas.

Oligarchia eſt, in qua pauci regunt.

ſtocratia reputãdà eſt, niſi ea tantum, quæ ſecundum electionem à iuſtiſsimis ac prudentiſsimis uiris æqualiter adminiſtratur: nec democratia cenſeri debet, in qua cuncta multitudo quęcunq; libet ac præſumuntur faciendi poteſtatem habet: ſed in qua & patrium eſt & conſuetum colere Deos, cum honore obſequi parentibus, ſeniores reuereri, ac legibus obedire. Quando in eiuſmodi multitudine quod pluribus probatur obtinet, tum rectè democratia uocatur. Quapropter ſex ſunt politiarum dicenda genera: quorum tria decantata ſunt omnibus, de quibus iam eſt prędictum: tria reliqua iſtis ſunt cognata, monarchia uidelicet, oligarchia, & ochlocratia. Prima ex iſtis Monarchia ſine certa conſtitutione natura quadam conſtat. Hanc conſequitur, & ex hac, intercedente conſtitutione, ac directione, naſcitur Regnum. Vbi uerò Regnum in mala cognata, tyrannidem ſcilicet, mutatur, rurſus ex horum deſtructione ariſtocratia prouenit, quæ tamẽ natura quadã in oligarchiam tranſmutatur. Cũ uerò multitudo iniuſticiam eorum qui præſunt ira percita ulciſcitur, naſcitur democratia. Rurſus cõgente plebis cõtumelia & iniquitate, temporis ſucceſſu ochlocratia exurgit. De his autem perſpicuè cognoſci poterit, quod quæ iam dixi reuera ſic habeant, ſi quis ſingularum politiarum ſecundum naturalem curſum & principia, & exortus, & mutationes cognouerit. Etenim quiſquis ſingulas conſiderauerit, quomodo naſcantur, is demum ſolus & incrementum & uigorem & mutationem pariter ac finem ſingularum conſiderare poterit, quando uidelicet, & quomodo, & ubi alia in aliam deſinat. Maximè autem Romanæ politiæ hunc diſſerendi & exponendi modum cõuenire cogitaui, propterea quòd illa natura quadam inde ab initio & conſtitutionem ſui & incremẽtum accepit. Exactius itaq; apud Platonem forſan ac nonnullos alios philoſophos, mutationes iſtæ politiarum, quibus alia deſinit in aliam, diſcernuntur ac dilucidantur: uerùm quoniam uariis modis ac pluribus ab illis diſſeruntur, fit ut à paucis intelligantur. Quapropter quatenus iſta ad uſum hiſtoriæ, communemq; intellectum cõducere iudicamus, hactenus illa certis capitibus complecti ac percurrere conabimur. Etenim etiam ſi quid in præſenti propter uniuerſalem ac generalem declarationem deſiderari uidebitur, abunde hoc reſarcient ea, quæ in ſequentibus per partes dicentur. Itaque quæ principia politijs aſſigno: & unde illas primum conſtitiſſe dico: Quando uel propter aquarum inundationes, uel propter peſtiferas calamitates, aut frugum ſterilitatem, aut alias eiuſmodi cauſas humano generi pernicies eſt illata (quales & iam fuiſſe intelleximus, & in poſterum ſæpenumero futuras eſſe, rerum nárratio oſtendet) tum uidelicet perditis quibuſuis inſtitutis & artibus, cũ uelut ex relicto ſeminario hominum rurſus multitudo temporũ progreſſu incrementum accepit, & perinde atq; reliqua animãtia ſolent, quæ ut par eſt, ſecundum generis ſui ſimilitudinem congregantur, propter naturæ imbecillitatem cõſociantur: neceſſariũ eſt, eum qui & robore corporis & animi fiducia reliquis eſt præſtantior, obtinere principatum & imperiũ: id quod & in alijs ignobiliorum animantium generibus uſuuenire cernimus (eſt hoc ipſiſsimum cenſendum naturæ opus) inter quæ indubitatò ea quæ ſunt robuſtiora reliquis præire uidemus, utpote tauros, capros, gallos gallinaceos, & quæ his ſunt ſimilia. Eſt itaq; uero ſimile talis eſſe principatus, & ſic inſtituí uitam mortaliũ, qui ad animantiũ morem congregantur, & eos qui inter ipſos ſunt robuſtiſsimi ac potentiſsimi ſequuntur, quibus quidem principatus terminus eſt robur, quem tum rectè quis Monarchiam nominauerit. Vbi uerò congregationibus iſtis temporum curſu conuictus & conſuetudo acceſſerit, tum Regni principium naſcitur: ac tunc primũ mortales de honeſto & iuſto, & conſimiliter de illis quæ hiſce ſunt contraria, cogitare incipiunt. Modus autem principij & originis iam dictarum politiarum talis eſt. Etenim quoniam cuncti mutuas coniunctiones ſecundum naturã appetunt, indeq; prolis procreatio perficitur, ubi quiſquam eorum qui iam ſunt educati, & adultam ætatem conſequuti, nullam gratiam rependit, neq; uices reddit illis à quibus eſt

enutritus, sed per contrarium malè illis uel dicere uel facere præsumit, manifestum est ægreferre hoc illos, atq; offendi qui & præsentes sunt, & conscij curæ, sollicitudinis, ac molestiarum eorum à quibus ille est genitus, & norunt quàm illi accuratè filios suos aluerint. Quoniã enim genus humanum hactenus reliquis præstantius: est animantibus, quatenus ipsi soli concessum est, ut mentis ac rationis particeps existat, par non esse liquet, ut dictam hanc corruptionem perinde atq; in cæteris animantibus fusq; deq; faciant, sed huiusmodi factum obseruent præsentes & improbent, futura præuidentes, ac quòd cuiq; ipsorum consimilia euentura sint colligentes. Imò si quando acciderit, ut is qui subsidium & auxilium in aduersis consequutus est à quopiam, nullã rependat seruatori sua gratiam, sed illi alicubi incommodare etiam conetur, liquet eos qui id norunt huiusmodi factum molesté ferre, illoq; offendi, ac primùm quidem cõdolere proximo, deinde uerò ad seipsos quoq; referre quod ipsis est uicinum. Vnde & cogitatio quædam singulis suboritur de uirtute & consideratione eius quod unumquenq; præstare decet, id quod & principiũ & finis est iusticiæ. Rursus consimiliter, siquando quis in rebus aduersis præ omnibus quempiam uindicauerit, ac robustissimarum contra se bestiarum insultus sustinuerit ac pertulerit, par est, ut talis à multitudine gloriam tam bene uolentiæ quàm magistratus acquirat: is uerò qui cõtraria fecerit, condemnationem ac detrimentum sortiatur. Vnde rursus apud multos cõsideratio quædam dedecoris et honesti, ac differentiæ illorũ subnascitur: quorũ alterum zelum & imitationem, propterea quòd commodũ est & utile, alterũ uerò auersationem meretur: quando qui præest, & maxima poller potentia, prędictis secundum multorum sententiam simul incumbit: ac subditis ea subministrare uidetur, quæ cuiusq; conditioni competunt: tum uidelicet nullã amplius uiolentiam metuentes, sed ut plurimum bene de illo sentientes, ex animi sententia sese submittunt, ac principatũ illius tuentur: etsi per omnia sit uenerãdus, unanimi sententia ulciscuntur, & impugnant eos qui potentatui illius insidiantur & aduersantur. Et hoc sanè pacto ex monarcha sensim fit Rex, quando ratio principatũ sortitur, quem antea possederant ferocia, & potentia. Hęc prima est, natura quadã, apud homines honesti ac iusti & ijs contrariorũ cogitatio & consideratio, hoc ueri regni principiũ & exordium. Neq; enim istis modò, sed & illorum posteris principatus honorem plerunq; custodiunt, persuasi de illis qui & nati sunt ex talibus, et sub talibus educati, fore eos perinde atq; maiores ipsorũ animatos. Quod si aliquando accidit, ut displiceant ipsis priorum Regum posteri, instituunt exinde principũ ac Regũ electionem, nõ amplius secundũ corporis uires, & animũ magna audentem, sed secundũ uoluntatis & rationis differentiam, & diuersitatis utrinq; experimentũ ex ipsis sumunt operibus. Itaq; prisca consuetudine relicta, ij qui regno semel sunt destinati, & eam potestatem consequuti, præcipua quædam loca communiunt, ac muris cingunt, regionemq; regni possident: quorum alterum securitatis gratia, alterum ad hoc faciunt, ut subditis quæ necessaria sunt, largiter suppeditent. Cũ autem hisce studijs olim reges immorarẽtur, nulli erant detractioni, nulli inuidiæ obnoxij, propterea quòd nec ueshitu admodũ, nec cibo ac potu à reliquis discrepabant, sed uitæ cõuersationem cæteris conformẽ seruabant, et perpetuo unà cũ multis pariformiter agebant. Postea uerò, ubi qui principatus per successionẽ & secundum generis prærogatiuã consequuti sunt, ea iam parata habent quæ ad securitatẽ retinendã, parata quoq; quæ ad sufficientiam & alimenta, imò suprà etiã, faciunt, tum demũ concupiscentias suas propter rerũ copiam sectantes, principib. comperere cogitant, ut præstantius uestiantur quàm subditi, præstantiore quoq; & uario ciborũ apparatu et usu fruãtur, denicq; & usum rei uenereę sine ulla cõtradictione cũ illis habeant, quę ipsis non cõueniunt: unde er inuidia nascitur, & offensio & odiũ accendit, & implacabilis ira: fitq; ut regnũ commutetur in tyrannidem. Principiũ autem dissipationis huius, & insidiosa aduersus principes cõspiratio, non est ex infimi subsellij hominibus,

hominibus, sed ex generosissimis, & ijs qui animi magnitudine & confidentia ualent, propterea quòd tales imperantiũ sibi contumelias & insolentiam minimè ferre possunt. Plebs uerò duces ad resistendum nacta, simul cum illis propter dictas iam causas ad hoc incumbit, ut principes reprimantur, atq; ita forma Regni ac Monarchiæ radicitus tollitur, & rursus Aristocratiæ factum principium datur. Etenim multi, ut illis qui monarchas è medio sustulerunt, quasi gratiam quandam prompto & alacri studio rependant, præsidio illorum utuntur, & seipsos illis committunt. Illi uerò tutelæ huius commissionem ex animo primũ in se recipientes, nihil prius ducunt eo, quod publico conducibile uidetur: sed cuncta tam priuatam quàm publicam plebis utilitatem concernentia, singulari prouidentia & diligentia obeunt. Cum autem eandem potestatem à parentibus suis accipiunt filij, suntq; tam rerum adflictarum quàm politicæ æqualitatis ac libertatis inexperti: iuxta uerò inde ab initio in potestatis functione, quam patres ipsorum gesserunt, ac prærogatiuis educati, alij ad auariciam & iniquum pecuniæ studium, alij ad ebrietatem, & quæ hanc comitantur immoderata conuiuia, alij ad mulierum constuprationem, ac puerorum rapinas degenerãt, atq; ita Aristocratiam in Oligarchiam cõmutant: ac confestim consimilia illis, de quibus antea diximus, in plebe designãt. unde & finem ac catastrophen consequuntur, conformem infortunio, quod accidit tyrannis. Etenim sicubi inuidiam quis & odium obseruat, quod ciues aduersum illos alunt, ideoq; & dicere aliquid & facere contra præsidentes audet, uniuersam statim plebem paratam, & instituti sui consortem & adiutricem accipit. Deinde cum illis occisis, neque regem sibi præficere, superiorum adhuc iniusticiam ueriti, neque pluribus Rempublicam committere audent: quòd priorum ignauiæ recentia adhuc supersint uestigia, sola autem syncera spes, quæ in ipsis est, reliqua sit, ad hanc feruntur, & ex oligarchica politia democraticam constituunt, & Reipublicæ prouidentiam ac fidem in seipsos recipiunt. Et interea quidem nonnulli seruantur, qui supereminentiæ ac potentatus experientiam cœperunt. Hi præsenti Reipublicæ statu delectati, æqualitatem ac libertatem plurimi faciunt. Postea uerò, ubi iuniores successerunt, ac nepotibus denuò tradita est Democratia, illi æqualitatem ac libertatem non amplius propter consuetudinem magni facientes, reliquos excellere studeant: quò potissimum prolabuntur ij, qui opibus superemi-nent. Deinde cum principatum ambiunt, nec possunt illum per seipsos, ac propria uirtute consequi, incipiunt opes prodigere, ac plebem quouis modo inescando corrumpere, ac perdere. Hinc multis semel largitione propter ignauam munerum auiditatem corruptis, tum rursus democratia destruitur, & in uiolentiam, ac seditiosum politiæ statum conuertitur. Plebs siquidem ubi alienis uesci, & spem ex bonis proximorum uiuendi habere consueuit, accepto duce magnanimo & audaci, qui propter rerum inopiam ad honores Reipublicæ legitimè quidem aspirare nequeat, seditionem excitat: & in unum collecta, ad cædendum, profligandum, ac terram inter se partiendum ac populandum prorui t, donec posita feritate rursus dominum inuenerit & Monarcham. Hæc est illa politiarum reuolutio, hæc naturæ œconomia, secundum quam Reipublicæ status mutatur & transfertur, ac rursus in idem reuoluitur. Hæc si quis clarè cognouerit, tempora quidem ignorabit de futuro Reipublicæ statu prædicens. Verùm quomodo quælibet politia incrementum sumat, aut rursus decrescat, uel in quid mutetur, rarò aberrabit, si semoto iræ affectu, candidè pronunciauerit. Sanè de Romana quoque Republica, secundum hanc potissimum scientiam, ad cognitionem constitutionis illius, auctionis quoq; & uigoris, consimiliter & futuræ ex his mutationis perueniemus. Etenim si & aliam quampiam politiam, sicuti iam dixi, hanc ab initio & constitutionem & auxesim habere contigerit, naturæ cursu & in contrarium illa mutabitur. Est autem hoc cernere per ea quæ posthac dicentur. Iam uerò de nomothesia Lycurgi breuiter memorabimus. Haud

enim id alienum erit à proposito. Cum enim ille singula prædictorum, quòd modo necessariò ac natura quadam perficiantur, considerasset, reputauit quomodo unaquæq; Reipublicæ forma, simpliciter, & secundū unam duntaxat potentiam constituta, instabilis sit, propterea quòd consestim in peculiarem sibi & natura consequentem maliciam degenerat. Quemadmodum enim ferro rubigo, ligno uermiculi ac teredones agnascentes perniciem adferunt, sic ut etiamsi cuncta externa nocumenta effugiant, ab istis tamen, quę agnata habent, absumantur: hoc pacto & cuilibet Reipublicæ pro natura ipsius, quædā adnascitur & adhæret peculiaris malitia: utpote regno Monarchia, Aristocratiæ oligarchia, Democratiæ bestialis chirocratia: ut fieri nequeat, quo minus cuncta prædicta, temporum decursu, dicto iam modo mutentur. Hisce præuisis Lycurgus Rempublicam constituit, nec simplicem, nec unius duntaxat formæ, sed cunctas simul collegit optimarum politiarum uirtutes ac proprietates, ne quid in illa suprà quàm conueniat excrescens in agnatam degeneret malitiam: sed ut singularum uires alternatim cohibitæ nusquam nutarēt, nec aliquid illarum admodum subrueret, sed æquilibris, ut plurimum, & æquiponderans perpetuò secundum æqualitatis rationem respublica maneret, ac regnum metu plebis ab insolentia coerceretur, propterea quod & illi iusta esset tributa Reipublicæ portio: plebs rursus ne Reges contemnere auderet, propter metum seniorum, qui omnes secundum electionem optimatum selecti, semetipsos æquitatis studio essent accommodaturi, sic ut ij qui inferioris essent ordinis, moribus receptis immorarentur, & pars illa perpetuò maior esset, & grauior, propterea quòd à senibus prouocaretur & adiuuaretur. Ad hunc itaque modum constituta Republica, libertatem Lacedæmonijs diutius quàm nostra teneat cognitio, conseruauit. Ille igitur cum ratione quadam præuidisset, unde singula, & quo modo euenire consueuerint, dictam Rempublicam constituit incolumem. Romani quidem, & ipsi idem in constituendo tandem patriæ statu fecerunt uerùm non ratione, sed per multa cerramina & negocia, id quod melius uidebatur ex euentu rerum edocti eligentes: atque ita eodem quidem cum Lycurgo fine potiti sunt, meliorem uerò Reipublicæ statum quàm apud nos sit constituerunt. Oportet autem cùm qui rectè sit iudicaturus de scriptoribus, non secundum omissa, sed secundum dicta iudicare. Et si quid in istis mendacij deprehenderit, scire, quòd illa propter ignorantiam omiserint. si uerò quicquid dixere uerum extiterit, id illis concedere, quòd ea quæ tacuerunt non per ignorantiam, sed iudicio tacuerint. Obtinuerant autem in ea Republica tres partes, quas omnes iam antea recensui. Erant illæ ex parte sic æquabiliter ac competenter per illos constitutę et dispositæ, ut nemo unquam, ne ex illis quidem qui sunt incolæ, constanter edicere poterit, an tota illa Respublica uel Aristocratica sit, uel Democratica, uel Monarchica. Neque hoc præter rationem accidit. Etenim si consulum quidem potestatē inspexerimus, apparet illa prorsus esse Monarchica & Regia: si eam quæ Senatus est, rursus uidetur esse Aristocratica: si uerò popularem, quæ multorum est, cōsiderauerit quisquā, perspicuè apparet esse Democratica. Perinde autem est, cuius' nam partis forma Reipublicæ tum temporis, & nunc quoq; demptis quibusdū paucis, præfuerit. Etenim consules quidem, antequam exercitus educantur, Romæ præsentes omnium publicarum actionum potestate funguntur. His reliqui Principes cuncti subijciuntur & obediunt, præter Tribunos plebis, & in senatū illi legationes ducunt, & urgentia consilia proferunt, ac totum edictorum negocium ipsi exequuntur. Deniq; quicquid per plebem, quod publica negocia concernat, perficiendum est, huius cura pertinet ad ipsos. Illorum est conuocare cōcionem, illorum proferre edicta, illorū ea quę à pluribus decreta sunt, dispēsare: deniq; & bellicus apparatus ad eos perriner, ac uniuersæ quę sub cœlo est œconomię. propè Imperatoriā ac regiā habent potestarē. Licet enim ipsis quę uidentur imperare belli socijs, cōstituere millenarios duces, cōscribere exercitus, ac seligere

Chirocratia est, quando seditiones plebis inualescunt.

seligere socios ac necessarios. Et prętera in ipsorũ potestate est quemlibet ex subditis ubilibet cõmorantibus punire. Et id quoq; potestatis habent, ut sumptus ex ærario publico, quantum ipsis uidetur, faciant, quæstore ipsos ad hoc consequente, & imperata incunctanter faciente: ita ut haud immeritò, si quis hanc reipublicæ pattem respiciat, politiam istam planè Monarchiam ac regiã esse dicat. Si uerò nonnulla uel ex his, uel eorũ quæ posthac dicenda sunt, mutationẽ siue in præsenti siue futuro tẽpore acceperint, nihil id adimet nostræ, quam iam diximus, sententiæ. Deinde Senatus primùm ærarij potestatẽ habet. Etenim in ipsius arbitrio sunt & reditus, & sumptus. Neq; enim quæstoribus ne ad particulares quidem usus, integrum est aliquid expendere, sine ipsorum decreto, nisi in Cõsules tantũ: uniuersalis uerò ac maximus quisq; sumptus, quales plerumq; quæstores in sarta tecta ad publicũ pertinentia singulis quinquennijs facere solent, in Senatus est potestate, & per hunc indultũ est quicquid conceditur censoribus. Consimiliter & quæcunq; flagitia, per Italiã commissa, publicam animaduersionem requirunt, utpote proditionis, coniurationis, ueneficij, cædis dolo perpetratæ, horum puniendorum cura Senatum concernit. Præterea, si quis priuatus, uel ciuitas quæpiam ex Italicis uel cõciliatione aliqua, uel æstimatione, uel auxilio, aut custodia opus habet, horum omnium procurationem habet Senatus. Deniq; si legatio quædam aliquò mittenda sit extra Italiam, quæ uel conciliet quosdam, uel adhortetur, siue omnino imperet aliquid, aut accipiat, uel bellum denunciet, de his prouidet Senatus. Cõsimiliter cum legati Romã ueniunt, quomodo tractandi sint quilibet, quidq; respondendum, cuncta hæc perficiuntur per Senatum. Ad plebem uerò in uniuersum nihil pertinet eorum quæ diximus. ex quibus rursus, quicquid dempto consulatu adspicias, planè Aristocratica uidebitur esse politia: id quod & multis Græcis pariter ac regibus persuasum est, propterea quod ferè omnia ipsorum negocia Senatus sunt potestati subiecta. Ex his autem interrogauerit haud immeritò quisquam, quæ nam sit reipublicæ administrandæ portio populo relicta, cum Senatus eorum potestatem habeat, quę particulariter recensuimus, & quod maximum est, uniuersi reditus ac sumptus publici ab illo administrentur: Consules quoq; regia potestate in Imperatores ac bellicos apparatus, ac reliqua omnia, quę ubilibet sub cœlo agunt, potiantur. Verùm & populo pars aliqua relinquitur, eaq; grauissima. Etenim solus ille cùm honorum, tum suppliciorũ in republica potestatem sortitus est, quibus solis & potentatus & politiæ, ac in summa uniuersa mortalium uita continentur. Apud quos nanque huiusmodi differentiam aut non cognosci, aut cognitam male usurpari contingit, apud hosce nihil prorsus eorum quæ subiectorum sunt, recta poterit ratione administrari. Quomodo enim hoc uero simile esset, si parem mali cum bonis sortirentur honorẽ? Iudicat itaq; populus, ac sæpenumero multiuariam, si quando magni sit momenti punienda iniusticia, ac præsertim in eos animaduertendũ, quibus illustres principatus fuerant concrediti. Mortis autem utitur iudicio solus, fitq; in hoc usu nonnihil apud eos laude ac memoria dignũ. Illis enim qui morti adiudicantur, quãdo condemnantur, pro ipsorũ consuetudine potestatem faciunt palàm liberandi, etiam si adhuc unius tribus desideretur suffragiũ, ex illis qui iudicium confirmant, quo uoluntariũ damnatur effugium. Est autem fugientibus securitas, & in Neapolitanorũ & Pręnestinorum, adhuc & Tiburenorũ ciuitate, ac reliquis fœdere coniunctis. Principatus autẽ dat populus ijs qui digni habẽtur: id quod in republica pulcherrimum est honestatis præmium. Habet etiam leges quoq; probandi potestatẽ: & quod maximum est, in ipsius uoluntate & pax consistit, & bellum: & de sociorum auxilio, conciliatione & fœderibus iudicat. Populus scilicet singula ista confirmat, & uel rata constituit, uel irrita: ut rursus haud immeritò dixerit quisquam, maximam reipublicæ partẽ esse in potestate populi, esseq; rempublicam hanc Democraticam. Dictũ est itaq; quomodo diuisæ sint singulæ reipublicæ formę: quo uerò pacto singulę

illius partes mutuam operam inter se aliæ alijs conferre queant, iam dicetur. Consul dictam potestatem consequutus, quando cum potentia progredirur, autocraror quidem esse uidetur: uerùm ut proposita expediat, opus habet & populi & senatus assensu, sine quo quæ agenda sunt, ad effectum perducere nõ poterit. Manifestũ enim est, necesse illi esse, ut exercitibus inde sinenter mittat subsidia er cõmeatus: at sine senatus uoluntate neq; frumentũ, neq; uestitus, nec stipendia exercitibus subministrari possunt: ut inutiles esse coganr̃ Imperatorũ conatus, si senatus ultro deficere et impedimẽro esse uoluerit: atq; ita efficacia ne sint uel secus imperatorũ cõsilia & proposita, in senatus est arbitrio. In huius enim potestate est, uel aliũ imperatorem post annui temporis spacium mittere, uel eum qui est reddere permanentem. Ad hęc fortunas imperatorum amplificare & augere, acrursus obscurare & humiliare potest senatus. Triumphos enim, sicur ipsi uocant, quibus ab imperatoribus in conspectum ciuium rerum gestarum energia producitur, usurpate pro decoro nequeunt, imò in uniuersum ne perficere quidem, nisi unà Senatus assideat, ac sumptus ad eam rem suppeditet. Est autem illis admodũ necessaria populi cõciliatio, etiãsi domo quàm longissimè absint. Huius siquidem est, sicur & antea dixi, conciliationes & fœdera uel confirmare, uel irrita reddere. Hoc uerò maximũ est. Posito imperio, gestorum rationes sub populi iudicio subire coguntr̃, haudquaquã ut securũ sit imperatoribus, si uel populi uelint uel Senatus negligere beneuolentiã. Senatus quoq;, quamuis tanta sit potentia sultus, primùm in publicis rebus multitudinis cogit̃ habere rationẽ, & obseruare populũ, deinde uniuersales & maximas quæstiones pariter ac correctiones eorũ quę sic aduersus Rempublicã delinquuntur, ut morte multanda ueniant, exequi non poterit, nisi quæ in curia ab ipsis decernuntur, à populo confirmenrur. Eiusdem conditionis & ea sunt quæ ipsum Senarũ concernunr. Etenim si quis legem inducat, qua uel nonnihil de consuera senatus potestare auferat, aut præsidentiã illius & honorẽ destruat, uel uirę detrimentũ prorsus adferat, omnia hęc ut uel ponanr̃, uel secus, in populi sunt potestate. Id omnino perpetuum est, & firmum: Si ex tribunis plebis unus duntaxat resistat, non poterit Senatus aliquid consulrorũ suorum ad effectum perducere, imò ne considere quidem, aut omnino aliquò proficisci. Debent aurem tribuni ea semper facere, quæ populo facienda uidentur, & illius potissimum obseruare uoluntatem. Horum omnium gratia Senarus multitudinem ueretur, & populum obseruat. Consimiliter aurem & populus obnoxius ac subditus est Senatui, illum'que uicissim tam publicè, quàm priuatim colere debet. Cum enim multa sinr opera, quæ per omnem Italiam à censoribus in sarta tecta publica, quæ nemo facile recensuerit, multorum' que fluuiorum, stagnorum, hortorum, ac metalorum loca exponun tur: in summa, quæcunque huiusmodi sub Romanum dominium cadunt, omnia per populum dispensantur, & ur ita dicam, propè cunctorum à plebe cenientur precia & emolumenta. Nam alij quidem à Censoribus elocationes coemunt, alij uerò istis cõmunicant, alij pro emptoribus spondent, alij facultatum summam de his ad ærarium publicum adferunt. Horum autem omniũ potestas ad Senatũ pertinet. Erenim senatus est, prorogationem temporis dare: & nonnihil, si damnum acceptum sit, de summa, in uniuersum quoq;, si qua interceserit impossibilitas, rotam debitorum summam remittere. Multa sanè sunt, in quibus Senatus illis, qui publica munera obeunt, plurimum commodare, uel rursus incommodare poterit. Ad hunc enim quæ dicta sunt referuntur. Et quod maximum est, ab illo dantur plurimarum tam publicarum quàm priuatarum conciliarionum, criminum magnitudinem habentium, iudices. Quapropter cuncti fidem illius reuerentes, ac negocij incertitudinem metuentes, Senatus consultorum instantiam ac resistentiam cautè obseruant. Similiter et Consulum conatibus ęgrè obsistunt, propterea quòd cuncti, quaquauersum Romanum extenditur imperium,

Autocrator est, qui libera et propria uoluntate dominatur.

rium, tam publicè quàm priuatim, illorum potestati subijciantur. Itaq; cum talis sit singularum partium potentia, ut aliæ alijs & detrimento & usui esse possint: nihilo tamen minus aduersus quamcunq; fortunam adeò sunt competenter conglutinatæ, ut melior Reipublicæ status, quàm hic sit, inueniri nequeat. Siquidem ubi cõmunis aliquis metus extrinsecus imminens mutuam operam inuicem conferre cogit, tantæ sunt ac tales eius Reipublicæ uires, ut nihil eorum quæ requiruntur desideretur, nec desit quisquam suo muneri in eo casu, dum cuncti simul huc contendunt, ut quæ consulta sunt perficiantur: nec quod constitutum est, ultra opportunitatem temporis protrahatur: publicè que ac priuatim singuli ad propositi perfectionem cooperantur. Quapropter Reipublicæ huic proprium est, ut sit uis illius intolerabilis: & quicquid decreuerit, consequatur. Rursus ubi externo timore liberati, rebus prosperis & opũ affluentia potiuntur, quã ex rerum gestarũ successu consequuti sunt, assentationibus & socordiæ dediti, insolescere ac superbire incipiunt, sicuti solet accidere: tum potissimũ cernere est, quo modo sibi ipsa succurrat ista Respublica. Etenim mox atque pars aliqua extra orbitam luctatur, ac suprà quàm par est inualescit, manifestum est, quòd cum nemo secundum ea quæ dicta sunt, recens sit initiatus, cuiusuis autẽ studium mutuis retinaculis cohiberi & impediri queat, nulla pars excedere uel superbire possit. Manent enim singulæ in sua statione, sic ut partim cœpto impediantur, partim inde ab initio animaduersionem è uicino uereantur.

Quæ sequuntur, ab A. Iano Lascari sunt uersa, & iam antea Anno 1537 uulgata.

Posteaquam autẽ declarauere Consules, tribunos militũ constituũt: quatuordecim quidem ex ijs, quibus quinque annua stipendia facta sint: decem autem alios præter hos, ex ijs qui decem reliqua fecerint. Equites sanè, qui decem: pedites uerò, ex ijs qui sextum & quadragesimum ætatis attigerũt annum, quos in necessitate reipublicæ duntaxat stipendia facere est opus. illis exceptis, quorum census quadringentas drachmas non excedit. bos enim omittunt, omnes ad usum nauticum reseruantes. Quod si aliquando necessitas urgeat, tenentur pedites uiginti annua stipendia facere. Vrbanum autem magistratum inire licet nemini, priusquàm decem annua stipendia perfecerit. Cum uerò militum delectum habituri sunt, consulari præditi magistratu, prædicunt publicè diem, quo adesse oportebit Romanos omnes, per ætatem ad arma idoneos. atque id singulis annis faciunt. Vbi uerò aduenit præstitutus dies, omnibus qui militiæ habiles sunt, in urbem coeuntibus, atque in Capitolium aggregatis, diuidunt se ipsi iuniores tribuni, sicut populus, imperatores ue instituerint, in quatuor parteis: quoniam in quatuor ipsi legiones uniuersam, primamq; partitionem copiarum distribuunt. Atque ij qui primi quatuor electi sunt, primæ legioni assignantur: tres qui deinceps, secundæ legioni tribuuntur: quatuor subsequentes, tertiæ: tres ultimi, in quartam transferuntur. Ex prouectioribus uerò, duos sanè primos primæ tribuunt legioni: treis secundos, secundæ: duos subsequentes, tertiæ: treis ultimos, quartæ, ex prouectioribus in quã. Cum in hunc modũ tribuni ordinati constitutiq; fuerint, ut omnes legiones æquales principes habeant: post hæc seorsum cuiusque legionis tribuni sedentes, tribus sigillatim in legiones sortiuntur, aduocantq; quam sors assiduè prætulit. atque ex ea eligunt quatuor adolescentes, ætate et corporis habitu quàm similimos: productisq; ijs optionẽ faciunt primi primæ legionis tribuni, secundi secundæ, tertij tertiæ, postremi quartæ. Rursus quatuor alijs productis, primi optionẽ faciunt secundæ legionis tribuni, & sic deinceps, ultimi autem primæ. post hos alijs quatuor productis, primi accipiunt tertiæ legionis tribuni, postremi secundæ. semperq; in hunc modũ ad portionẽ, atque ambitu quodam facta electione, accidit ut pares in legiones singulas uiri distribuantur. Cum uerò elegerint præsentem multitudinẽ (hoc autem est, ut faciant singulas legiones modò quaternum

millium & ducentorum peditum, modò quinq; millium, si quando maius ali quod uideatur periculũ imminere) ijs ita distributis, equites antiquitus sanè posteriores peditibus legionarijs solebant tecensere: nunc uerò priores. censusq; eorũ habita ratione, ditiores à censore deliguntur, describuntq; trecentos in singulas legiones. Delectu perfecto, prædictũ in modum congregant ex ijs tribuni suos quisq; per singulas legiones, unumq; eligẽtes maximè idoneum, sacramento adigunt profiteri, obtemperaturum se ducibus proculdubio, atq; eorũ mandata pro uiribus executurũ. tum reliqui iurant singulatim procedentes, idipsum significantes, omnia uidelicet facturos sese, quemadmodũ primus ille. Per idem tempus consulari præditi potestate edicunt præfectis sociarum ciuitatum in Italia, è quibus auxilia putant accersenda, numerum indicantes, diemq; & locum, in quem cõuenire oportear, qui delecti fuerint. At ciuitates delectu habito, simili antè dicto mittunt sacramento adactos, constituto præfecto, & mercedis exhibitore. Romæ autem tribuni, ubi milites iurare adegerint, denunciato die singulis legionibus, ac loco, ad quẽ adesse oporteat inermes, tum quidẽ eos dimisere. congregatis autem in præstitutũ diem, deligũt ex ijs minimos ætate, fortunæq; perquàm tenuis in pilanos: ijs adultiores, in eos quos hastatos uocant: ætate acrobore præstantes, in principes: natu maximos, in triarios. Tot enim ac tales sunt apud Romanos differentię tam appellationum, quàm ætatum: immo etiam armaturarum in unaquaq; legione. diuiduntq; eos talem in modum, ut sint prouecti ætate, ijdem triarij, numero sexcenti: principes, mille ducenti: ijs pares hastati. reliqui ætate minimi, uelites, pilaní ue. quod si maiore numero constat legio, proportione diuisionem faciunt, triarijs exceptis, quorum idem semper est numerus. Iubentur natu minimi gladium gestare, pila, parmamq;. Parma tum firmitatem habet ob structuram, tum magnitudinem, quæ tutando sit corpori satis. nam rotunda cum sit, tripedalem habet diametron. Adornatur præterea miles & simplici casside, cui lupi pellem imponunt, aut eiusmodi aliquid, quod integumentum pariter insigneq; sit, ut in prælio suos quisq; principes strenuè aut ignauiter se gerentes latère non possint. Pili telum lignum habet longitudine plerunq; bicubitali, crassitudine digitali, spiculum unius spithamæ, palmi inquam maioris, eò usq; attenuatum & acutum, ut mox primum post iactum necessariò flectatur, sitq; inhabile ad remittendum: alioqui commune fieret telum. Eos qui deinceps hos ætate excedunt, hastatiq; appellantur, armaturam ferre iubent. Est autem Romana armatura primùm sanè clypeus, cuius latitudo curuę superficiei pedum duorum semis, longitudo pedũ quatuor: maiori additi amplius quatuor digiti, duplici tabulato, glutino taurino linteolo infuso compactus: eius exterior superficies uituli corio integitur, hinuli ue, aut eiusmodi animalis. Habet circumferentia ferreum munimẽ à summis imisq; partibus, quo ensium ictus uehementiores tutò excipit, terræq; adnitendo non corroditur. impactus est eiusmodi clypeo etiam ferreus umbo, qui ingentes sustinet ictus, ac lapidum impetum, sarissarum ue, teliq; quantumlibet uiolenti. Vnà cum clypeo ensis pendet ad dextrum femur, Hi spanienſem uocant. anceps est, mucrone eximio: defertur uiolenter, eo quòd obeliscus eius firmus stabilisq; existit. Ad hæc ueruta duo, galeaq; ænea, & crurum tegmen o crea. Veruta hæc partim crassiora sunt, partim tenuiora. ex firmioribus, quæ teretia sunt, trientalẽ habent diametron: quæ quadrata, trientale latus. tenuiora hastilibus modicis assimilantur, quæ gerunt cũ cæteris quæ prædicta sunt. horum omnium longitudo ligni tria cubita non facile excedit. impactum est singulis telum ferreum, utrinq; hamatum, eadem qua lignum longitudine: cuius nexum, structuramq; tam firmiter muniunt ad medium usq; lignum inserentes, crebrisq; fibulis clauisq; transfigentes, ut non prius nexus utendo relaxetur, quàm ferrũ frangatur: licet sit crassitudinis in imo, ubi adhæret ligno, digiti unius ac semis. eò usq; ac tantum adhibent dilligentiæ in nectendo. Præter hęc omnia, adornantur corolla plumea, pennisq;

tribus

tribus puniceis, aut nigris erectis, longitudinis fermè cubitalis: quæ cum in summo uertice cæteris armis addiderint, uir quidem apparet duplo maior quàm sit: eius uerò aspectus pulcher, hostibus q̃ terribilis. atq; plerisq; accepto ære unius spithamę, quoquò uersus quod adhibent pectori, uocant' que cordi tutu-n, perfectam habent armaturam. qui uerò censum excedunt drachmarum decem millium, pro cordituo cum cæteris armis, hamis consertos induunt thoracas. Idem armandi modus est etiam circa principes, triarios' que, præterquàm quòd pro uerutis triarij hastas gerunt. Ex singulis prædictis generibus, præterquàm è natu minimis, eligunt ordinum ductores, optimos quosque decem: præter quos aliorum decem electionem faciunt, atque hos quidem omnes principes ordinum appellauerunt: quorum qui primus electus est, fit etiam consilij particeps. hi rursus totidem eligunt tergi ductores. quibus peractis, cum principibus ordinũ diuidunt ætates singulas in parteis decem, exceptis pilanis: præbent' que singulis partibus ex ijs qui iam electi sunt, duos duces, duos que tergiductores. Velites autem, qui supersunt, æqualiter in omneis partes distribuere, parteis' que appellauere ordinem, & manipulum, & signum: duces uerò, centuriones, & principes, seu ductores ordinum. Ii in singulos manipulos ex ijs qui reliqui sunt, elegerunt ipsi duos, uigore corporis animi' que inprimis præstantes, qui signiferi futuri sunt. duos autem in singulos ordines faciunt duces: probè quidem. Cum enim incertum sit, quid quisque dux facere aut pati possit, nec res bellica admittat excusationem, nunquam manipulum esse uolunt sine duce, præsidé ue. Si igitur uterque adsit, qui primus electus est, præest dexteræ parti ordinis: qui secundus, uiris præest, qui ad siniſtram signi partem sunt. Si non adsit uterque, qui præsens est, præest omnibus. Volunt autem duces esse non tam audaces, ac periculorum contemptores, quàm ducendi peritos, firmos' que, consilio' que pollentes: nequere integra in pugnam ruere, aut incipere prælium: sed si superentur, premantur' que, manere ac mori locum non deserentes. Equites etiam in decem alias similiter diuiserunt, atque ex singulis treis eligunt duces. Ii uerò ipsi treis assumunt tergiductores: qui que primus electus est, præest alæ. duo uerò decurionum obtinent ordinem, uocantur' que omnes decuriones. absente primo, secundus primi obtinet locum. Armatus equitũ nunc sanè perquàm similis Græcorũ armatui est. Antiquitus thoraces nõ habebãt, sed in subligaculis periclitabantur. Vnde ad descendendum ex aquis, celeriterq; insiliendum habiles erant, aptí que: sed in prælio minus tutò uersabãtur, quòd inermes periclitarentur. Hastæ duplicem in modum irritæ ijs erãt. quia enim graciles eas faciebant, uibratiles' que, neque propositum finem collimare poterant, & antequàm cuspidem alicubi firmassent, quod assiduè quaterentur equorum motu, maxima ex parte frangebantur. ad hæc, quod sine ima cuspide fiebant, ad unum solum' que anterioris cuspidis ictum erant utiles: siquidem fractæ, nullum amplius usum præstare poterant. Clypeos habebant ex bubulo corio, placẽtis umbilicatis persimiles, sacrificijs adhiberi solitis: quibus neq; in congressu apprimeuti poterant, quod firmitate carerẽt, imbreq; madefacti tumescebant, efficiebanturq; & antea & nunc omnino inutiles. Idcirco cum non approbaretur eiusmodi usus, celeriter mutauerunt, accè peruntq; græcam armorum structurã, in qua hastarum primam illico plagam certiorem pariter, nec sine effectu fieri contingit, hasta non tremula ob structurã, sed firma existente, similiter transumptione posterioris cuspidis usum firmum, uiolentum' que. Eadem ratio est etiam clypeorum. nanq; in congressu tam defendendo, quàm inuadendo, stantes tenti' que utiles habentur. quę cum conspexissent, celeriter imitati sunt. apti enim sunt, si qui etiã alij, accipere mores, & imitari quòd melius sit Romani. Talem diuisionem cum fecerint tribuni, dederintq; eiusmodi mandata ad arma pertinentia, tum sanè uiros in propria dimisere. Cum uerò dies aduenerit, quo se omnes conuenturos iurauerunt in locum à Coss. deputatum: designat autem ferè semper uterq; separa-

tim

tim ſuis legionibus locum. nam utriq; ſeorſum plerunq; datur locus, ſociorum unus, Romanis legionibus duo. Cõueniunt autem iurati omnes, nemine ſubterfugiente, quoniam nulla excuſatio admittitur, præter auſpicium, ualetudinemq;. Aſt ubi ſocij unà cum Romanis congregati ſunt, curam diſtributionis eorum, tractationisq; habent conſtituti à ſocijs principes, præfecti appellati, numero duodecim: qui primùm ex omnibus qui acceſſerint auxiliaribus, aptiſſimos eligunt equites, peditesq;, operam ſuam ad miniſtrandum Conſulib. rectè exhibituros. hos uocant extraordinarios. Multitudo uniuerſa auxiliorum exiſtit peditũ æqualis plerunq; Romanis legionibus, equites duplo plures ſunt Romanis. Ex ijs accipiũt equitũ in extraordinarios tertiã fermè partẽ, peditum quintã. cæteros diuiſerunt in duas partes, uocantq; alterũ dexterum, alterũ ſiniſtrum cornu. His omnibus præparatis, accipiẽtes tribuni Romanos pariter, ſociosq;, caſtrametãtur, una exiſtente apud eos ſimplici ſpeculatione in locãdis caſtris, qua omni loco temporeq; utuntur. Ob hoc etiã mihi uidetur cõuenire tempori, ut tentemus quoad fieri poſsit, ſermone audientes in cogitationem inducere diſpoſitionis copiarum in itineribus, caſtrametationibus, inſtructionibusq;. Quis enim tam parum congruit honeſtis, ſtudioſiſq; operibus, qui nolit paulo diligentius mentem adhibere eiuſmodi actionibus? quas cum ſemel audierit, peritus erit rei unius, quæ ſit digna memoratu & cognitu. Eſt autem genus caſtrametationis eorum huiuſmodi. Loci, qui ſemper maximè idoneus uideatur ad caſtrametandum, eius inquam loci aptiſsimam partẽ ad proſpiciendũ, præcipiendumq;, Imperatoris tentorium occupat. poſitoq; ſigno, ubi illud fixuri ſunt, metiuntur circa ſignum ſpacium quadratum ſic, ut omnia latera diſtent à ſigno pedes centum, planum eius ſit quatuor actuum. Ad huius figuræ ſemper unum aſpectum, unumq; latus, quod uiſum fuerit aptiſsimum aquationibus, pabulationibusq;, locantur Romanæ legiones hunc in modum. Cum ſex tribuni ſint in unaquaque legione, ut dudum expoſuimus, duæq; Romanę legiones utrunquè conſulem ſequantur, perſpicuum eſt duodecim tribunos neceſſariò militare ſub utroq; conſule. ponunt autem horum tentoria ad unam rectam lineam omnia, quæ ſit æquidiſtans lateri quadrati præoptato, diſtetq; ab eo pedes quinquaginta, equis pariter iumentiſq; ac reliquis tribunorum ſarcinis locandis idoneus locus. Tentoria auerſa figuntur à prædicti quadrati latere ſpectantia exteriorem aſpectum, qui omnino ducendus uocandusq; ſemper à nobis eſt, toti figuræ oppoſitus. Diſtãt interſe tribunorum tentoria æquali ſpacio, atq; eo uſq; extenduntur, ut totam Romanarum legionum tendentium latitudinem aſsiduè occupent. dimenſo rurſus ſpacio centum pedum in anteriorem partem ob omnibus tentorijs, poſtea à præfiniente hanc latitudinem recta linea, quæ ſit æquidiſtãs tribunorum tentorijs: ab hac inquam facere incipiunt legionum tabernacula, ſtruentes hũc in modum. Cum ſecuerint bifariam dictam rectam lineam ab eo puncto rectis ad lineam angulis, equites utriuſq; legionis oppoſitos inter ſe locant, pedes quinquaginta inter ſe diſtantes, ſectione in medio interualli habita. Eſt autem equitum peditumq; locatio tentoriorum ſimilis. redditur enim tota ſpecies tam ſigni, quàm turmæ, quadrata. hæc autem reſpicit uiarum interualla, habetq; præfinitam longitudinem uiæ adhærentem: eſt enim centum pedum. Plerunque etiam altitudinem parem facere ſtudent, præterquam ſociorum. Quod ſi maioribus utantur exercitibus, tam longitudini, quàm altitudini addũt ad portionem. Cum autem accidat, ut reſpondeant equitum tarbernacula mediſs tribunorum tentorijs, efficitur quaſi ſtriga quædam tranſuerſa ad ſupradictam rectam lineam, & locum ante tribunos uacuum. nam reuera ſtrigis perſimilis fit tractus uniuerſi ſpecies. Quippe cum ex utraq; parte hinc manipuli, indeq; ſint turmæ productim interpoſitæ: præterquàm quod poſt prædictos equites utriuſq; legionis, triarios ad ſingulas turmas ſingula ſigna, forma perquam ſimili collocant, figuriſq; ſeſe inuicem contingentibus, ſed reſpicientibus in alteram partem, auerſis ab equitum aſpectu dimidiata altitudine ad longitudi-

nem

nem ſigni cuiuſq́, eo quòd multitudine etiã dimidio pauciores plerũq́ ſunt ij cæteris partibus. quamobrẽ cum inæqualis exiſtat ſæpenumero utrorũ multitudo, contingit ut ſemper adæquẽtur ſecundũ longitudinem partes omnes ob altitudinis differentiã. Rurſus quinquaginta pedũ interuallo ab ijs utriſq́ diſtantes, oppoſitos triarijs locant principes. uerſis aũt ijs quoq́ in prædicta interualla duę hę perficiuntur ſtrigę, initia quidẽ ab eadẽ recta linea capiẽtes, aditusq́ ſicut equites: ab diſtãtia uidelicet centipede, quæ ante tribunos eſt: deſinentes aũt in latus caſtrorũ tribunis oppoſitũ, quod ab initio propoſuimus oppoſitum eſſe toti caſtrorũ formę. poſt principes ſimiliter auerſos contingentib. ſe figuris locant haſtatos. cũq́ decem ſigna habeãt ex prima diuiſione ſtrigę omnes, contingit eas omnes etiã longitudine pares fieri, earũq́ ſectiones, poſtremas inquã parteis ad latus ualli oppoſitũ adæquari: ad quod etiã ultima uertentes ſigna caſtrametãtur. Ab haſtatis rurſus quinquaginta relinquẽtes pedum ſpaciũ, ſociorũ equites ijs opoſitos locãt, ſumẽtes initiũ ab eadẽ recta linea, deſinentesq́ in idẽ latus. Eſt aũt ſociorũ multitudo peditũ, ut antè dixi, par legionib. Romanis, extraordinarijs dũtaxat inferior, equitũ duplo maior, ablata horũ quoq́ in extraordinarios tertia parte. ob id horũ etiã altitudinem augẽtes proportione, in caſtrametationũ figura conantur longitudinẽ quoq́ Romanis legionibus adæquare. Confectis aũt omnibus quinq́ uijs, auerſa rurſum ab equitibus ponũt ſocialiũ peditũ ſigna, augentes altitudinẽ ad portionem, uallũ reſpicientia, tranſuerſumq́ utrunq́ latus, per ſingula ſigna prima quæ ſunt ab utraq́ parte tabernacula principes ordinum capiunt, ſimulq́ prædictum in modũ intercalantes per ſingulas parteis ſextam turmã à quinta pedes quinquaginta ſubmouent. itidẽ & peditum ordines, adeò ut fiat hic quoq́ alius per medias legiones tranſitus, tranſuerſus utiq́ ad ſtrigas, ſed æquidiſtans tribunorũ tentorijs uia, quam uocant quintanam, eo quòd poſt quinq́ ordines traducitur. Locus qui tribunorum tentorijs à parte poſteriori ſubiacet, atq́ utriq́ parti imperatoris tabernaculo adiacet, partim foro, partim quæſtori, eiusq́ cõmeatibus deputatur. Ab ultimo utriuſque partis tribunorum tentorio à parte poſteriori quaſi inflexum tenentes ordinem uerſus tentoria extraordinariorum equitum electi, & quidam uoluntarij in gratiam conſulum militantes, uerſus tranſuerſa ualli latera locantur, ſpectantes quidam ad quæſtorios commeatus, quidam parte altera forum uerſus. Plerunq́ autem contingit, ut ij non ſolum contubernia habeant propinqua conſulibus, uerùm etiam ut incedente exercitu, atq́ in cæteris uſibus circa conſulem quæſtorẽq́ diuerſentur, eisq́ operam curamq́ impendant. Apponuntur ijs uallum ſpectantes, qui eundem præbent uſum peditẽ, quem prædicti equites. deinceps uerò peruium relinquitur ſpacium latitudinis centum pedum, æquidiſtans tribunorum tentorijs ultra forum, prætorium, quæſtiorum'que, productum per omneis antedictas ualli parteis, ad cuius latus ſuperius ſociorum equites extraordinarij caſtrametantur, ſpectantes forum, prætorium, quæſtorium. Ad media horum equitum contubernia, & ad ipſum prætorij locũ tranſitus relinquitur quinquaginta pedum, ducens ad poſterius caſtrorum latus, ordine ad rectos angulos poſitus prædictæ plateæ. His equitibus rurſus auerſi ponuntur auxiliares extraordinarij pedites, uallum ſpectãtes, poſteriusq́ totius caſtrametationis latus. Vacuus autem locus, qui ex utraq́ horum parte ſupereſt, uerſus trãſuerſa latera datur externis, ijsq́ qui pro tempore ſocij aduenerint. His ſic ſe habentibus, tota quidem caſtrorum forma efficitur quadrata æquis lateribus. Particulares autem figuræ tam ſectionis ſtrigarum, quàm reliquæ diſpoſitionis, urbi ſimillimam ſpeciem præ ſe ferunt. Vallum à tentorijs per omnia latera ducentos ſubmouent pedes, quod uacuum multas ipſis commoditates præbet. Eſt enim rebus in caſtra importandis exportandisq́ ualde opportunum. quando ſinguli, ut quęq́ ſtrigarum proxima eſt, in hoc uacuum egrediuntur, neq́ in unum concurſantes ſubuertunt, calcantq́ ſe inuicem: quæq́ habent, aut abigunt pecora, prædasq́ exhoſtibus huc deducentes, tutò per noctem ſeruant, & quod præcipuum eſt, ſi

noctu

noctu hostis aggrediatur, neq; ignis, neq; telum peruenit ad ipsos, præter admodum rara, atq; ea innocua fermè propter magnitudinem distantiæ, tentoriis præsertim circumiectis. Data igitur multitudine peditum, equitumq; utrũque in modum, siue quatuor seu quinq; milium singulas legiones faciant: simi litet & signorum altitudine, longitudinéque, ac multitudine concessa: & adhæc distantijs itinetum, platearumq;, nec non omnibus alijs concessis: facile est uolentib. considerare, quàm sit locus capax, castraq; quàm ampla. Quod si aliquando abundet sociorum multitudo, siue hi ab initio castra secuti sint, siue postea per occasionem accesserint: ijs quidem qui per occasionem accesserint, ea etiam quæ circa prætorium sunt, replent spacia, forumq; & quæstorium contrahunt in unum, cogente temporis necessitate: ijs uerò, qui una cum exercitu à principio exiuere, si sit abundans multitudo, addunt strigam unam ab utraque parte Romanarum legionum, uersus transuersa latera. Omnibus autem quatuor legionibus, consulibusq; ambobus in una castra coeuntibus, congregatisq;, nihil aliud cogitare oportet, quàm duos exercitus, prout dudum exposuimus, pariter castrametatos auersos inuicem iunctos esse, contingentes semet ad contubernia extraordinariorum utriusq; exercitus. quando sanè contingit, ut figura fiat oblonga, locus duplo priore maior, circumferentia sesquialtera. Cum igitur ita eueniat, ut consules unà castrametentur, sic semper utuntur castrametationibus. cum uerò seorsum, reliqua sanè similiter, forum autem, prætorium, quæstoriumq; in medio statuunt utriusque exercitus. Ast ubi castrametati sunt, conuenientes tribuni, ab omnibus qui in castris sunt, liberis pariter seruisq;, singulatim iusiurandum exigunt. Iurant autem illi, se nihil è castris furto ablaturos: immo si quis etiam inuenerit quippiam, id allaturum ad tribunos. deinceps ordinant signa, atq; ex utraque legione principum hastatorumq; duo ad loci curam deputant, qui ante tribunos est. In hac enim platea maxima pars Romanorum quotidie uersatur. idcirco studium adhibent, ut ea aspergatur, uerraturq; diligenter. Ex reliquis duo deuiginti tria quisque tribunorum sortiuntur. nam tot sunt hastatorum principumq; in singulis legionibus signa secundum antedictam diuisionem. Tribuni autem sex, tria signa, uicissim singulatimq; ministrant, tribuno ministerium huiuscemodi. castris loco assignato, tentorium erigunt ij, locumq; circa tentorium pauimentant: & si quid circum sepire oporteat ad uasorum custodiam, id ipsis curæ est. Dant etiam excubias duas. excubia quatuor uiris constat, quorum pars ante tentorium, pars post tentorium iuxta equos excubant. Cum igitur tria quisq; signa tribunus habeat, atque in ijs singulis uiri sint amplius centum, exceptis triarijs, uelitibusq;, qui huiusmodi ministerium haudquaquam exhibent, opus quidē leue fit, eo quòd quarto quoq; die ad singula signa ministeriũ peruenit. tribunis autem ex præfatis ministerijs usus pariter necessarius, honorq; atq; obedientia exhibetur. Triariorum signa tribunorum ministerijs eximuntur, sed turmis equitum singulis diebus ministeria præbent, ut quiq; proximi sunt post turmas locati: qui custodiunt etiam alia, sed præsertim equos, ne aut implicati uinculis lædãtur, futuri inutiles ad opus: aut soluti, atq; inuicem irruentes, turbas tumultusq; excitent in castris. Cæterùm unũ ex omnibus signum excubat quotidie per uices ante imperatorem, quod securitatem pariter imperatori præbet aduersus insidias, ornatq; speciem magistratus. fossæ ac ualli duo latera socijs curæ sunt, quibus proximum utrunq; eorum cornu locatum est. Romanis utriq; legioni unum. Cumq; singula latera per signa diuisa distributaq; sint, particularis sanè cura ordinum ductoribus incumbit præsentibus adstantibusq;. Vt autem uniuersum latus bene se habeat, duobus tribunis similiter. reliquam etiam legionis curam hi sunt qui gerũt, bini enim inter se diuisi bimestre pactũ semestris temporis uicissim imperãt: uniuersoq; quibus sors obtigit, subdiali usui præsunt. Idē modus principatus est etiam, refectorum inter socios. equites ordinumq; ductores omnes oriente luce accedunt ad tribunorum tentoria, tribuni ad Consulem: ille

quod

quòd instat agendum, tribunis edicit: tribuni equitibus, ordinumq; ductoribus: ij multitudini promũt tempore opportuno. Nocturni signi traditionẽ tutam præstant hunc in modum: ex singulis generibus equitum peditumq; decimi signi, quod ultimum castrametatur ad extremitatem strigarum. ex ijs uir unus eligitur, qui excubiarum ministerijs non tenetur: uerùm accedit singulis diebus occidente sole ad tentorium tribuni, & accepta tessera (ea est tabella inscripta) recedit. Cumq; secesserit ad signum suum, tradit tabellam signumq; adhibitis testibus proximi signi principi, ille similiter proximi: idem quæ faciunt omnes deinceps, donec ad prima, ac prope tribunos locata signa peruenerit. Hos autem oportet tabellam nondum obortis tenebris referre ad tribunos: & si relatæ sunt omnes quæ datæ sunt, cognoscunt signum datum esse omnibus, perq; omneis ad sese peruenisse. at si quid defuerit, confestim inquirit tribunus, quid nam commissum sit, percipitq; ex inscriptione, quá nam ex parte tabella uenerit: atq; ubi repertum fuerit impedimentum, conueniens infertur mulcta. Vigilias disponunt hunc in modum: Imperatorẽ, eiusq; tentorium, accubans custodit signum: tribunorum tentoria & equitum turmas, deputati, ut modò dictum est, ex singulis signis. Iidem per singulos ordines omnes ex se ipsi custodias disponunt, cæteras Imperator. fiuntq; plerunq; tres excubiæ: apud quæstorem una, binæ apud legatos, consiliariosq;. exteriorem castrorum aspectum uelites complent, totum interdiu uallum circumsidentes. etenim hoc illis iniungitur ministerium. Portas singulæ ex ijs decades accubantes seruant. eos qui sunt uigilijs deputati, ex singulis custodijs, qui primam uigiliam acturi sunt; unus ex signis singulis tergiductor uespere ducit ad tribunum: is dat singulis taleolas per singulas uigilias, breueis ad modũ, habentes characterem. illi cum acceperint, ad assignata recedunt loca. Fides circuitionis equitibus committitur. Oportet enim primum alæ ductorem per singulas legiones præcipere uni ex suis tergiductoribus summo mane præceptum huiusmodi, ut is edicat ante prandiũ quatuor adolescentibus alę suæ, ad eos pertinere circuitionem noctis proximè accessuræ. Post hæc oportet idem præcipiat sequentis alæ ductori ante noctem, quod illi incumbit cura circuitionis in sequentem diem. is cum audiuerit, oportebit ut similia faciat his, quæ prædiximus in sequentem diem. atque hunc in modum & cæteri deinceps. Qui uerò præoptati sunt per tergiductores ex prima ala quatuor, ubi sortiti fuerint uigilias, conferunt se ad tribunum, accipiuntq; in scriptis, quotam, quotq; uigilias circuire oporteat. postea uerò accubant ij quatuor iuxta primum signum triariorum, cuius princeps curam gerit, ut competens uigilijs signum tuba detur. Cum uerò tempus accesserit, primam uisit uigiliam, qui eam uisendam sortitus est. Circuit autem prædicta loca non solũ circa uallum, aditusq;, sed omnia per signa singula, turmasq;: et si inuenerit uigiles primæ uigilantes, accipit ab ijs taleolam: sin autem offenderit quempiam dormientem, aut locũ deseruisse, atte stat us proximos abit. Idem fit etiam ab ijs, qui deinceps uigilias circumeunt. Dandi autem signum buccina (sicuti paulo antè dixi) per singulas uigilias, quod circuitoribus conueniat cum uigilibus, ductoribus ordinum primi signi triariorum utriusq; legionis quotidie cura incumbit. circuitorũ singuli sub ipsam lucem referunt tesseras ad tribunum. & si omnes redditæ fuerint, sine delicto abeunt. At si quis pauciores attulerit, quàm sit custodiarum multitudo, inquirunt ex charactere, quę nam custodia defecerit. qua re cognita, uocatur ordinũ ductor. is autem ducit eos, quibus est commissa uigilia. ij disceptant cum circuitore: & si custodium fuerit delictum, confestim profert id circuitor, adhibitis testibus, qui proximi sint. tenetur enim hoc facere. Ac si nihil huiusmodi factum sit, crimen recidit in circuitorem, statimq; a uocato concilio, coram tribuno dicit causam: & si condemnetur, fuste cæditur. id supplicium huiusmodi est. Accepto fuste tribunus, uix tantum attigit damnatum. quod ubi factum est, omnes qui in castris sunt, cædentes fustibus, lapidibusq;, pleroscq; in ipsis castris conficiunt. at si

qui euaserint, nec sic quidem seruari possint. etenim quo nam pacto? quibus nec in patriam redire licet, nec aliquis ex necessarijs domi eum recipere auderet? ob hoc funditus pereunt, qui in talem inciderint calamitatem. Eidem pœnæ obnoxius est tam tergiductor, quàm alæ præfectus: nisi præcepetrint, ille circuitoribus, hic alæ præfecto, quæ proximà sit, in tempore opportuno. Quapropter cum eò usq; uehemens atque inexorabilis pœna sit, haudquaquam apud eos uigiliæ aberrant. Oportet autem, ut milites pareant tribunis tribuni ad consules referant. attamen potestatem habet tribunus mulctandi, pignoris capiendi, cædendiq. Præfecti quoq; in socios idem ius habent. Fuste cæditur etiã, qui furto sustulerit quippiam è castris, necnõ qui falsum testimoniũ dederit: & si quis flore ætatis abutens deprehendatur. ad hæc, qui ter ob idem crimen mulctatus sit, in hęc tanq; crimina animaduertũt. Probro autem ducunt, ignauiæ adscribentes militi delicta huiusmodi, si qui strenue se gessisse falso retulerint ad tribunos, honoris causa adipiscendi: itidem si qui in præsidio dispositi, perculsi metu datũ ipsis locũ deseruerint. similiter si quis telũ aliquod ob metũ abieecerit, in ipso conflictu: proinde nonnulli in præsidijs manifestè periturí, multiplici manu circumuenti, locum semel datum deserere nolunt, pœnã metuentes delicto eõpetentem. Alij in ipso periculo excusso clypeo, aut ense, aut alio quopiã eiusmodi telo, temerè irruunt in hostes: aut in potestate habituros se sperantes quæ perdiderint, aut aliquid perpessos manifestum opprobriũ deuitaturos, eonuiciaq; suorum. quod si aliquando hæc eadem circa plures fieri contigerit, & signa aliqua cũctim persuasione ducta locum deseruerint, omnes fuste eędere aut interfieere nõ approbant, sed rei solutionem inueniunt utilem pariter, terribilemq. quippe conuocato exercitu, tribunus productos in mediũ desertores aecusat, inuehiturq; acerbè. denique quinq; aut octo, interdum etiam uiginti: atq; in totum ratione habita multitudinis, ut decima ad summũ existat pars delinquentium, hos ex omnibus illis qui timidè se gesserint, sorte eximit, & fuste cædit, ut suprà dictum est, nulla deprecatione admissa. reliquos, ordeo eis prõ tritico demenso, extra uallum munimentaq; tendere iubet. ergo periculo ae sortis formidine ęquè omnibus imminente, quãdoquidem casus in incerto sit, exẽplo autẽ dati ordei ad omneis pertinente, id quod est receptum consuetudine, facit insuper ad terrorem, correctionemq; delictorum. Quin etiam iuuentutem probè excitant ad pericli tandum. Cùm enim usus expostulet, atque eorum quipiam strenuè se gesserint, uocat imperator ad concionem exercitus, productiq; qui aliquid præter cæteros egisse uisi sunt, primùm de laudibus singulorum pro concione orationem habet, exponens quicquid strenuè gesserint: & si cuius boni in eorum uita sit conscius, quod mentione dignum uideatur. postmodum ei qui hostem uulnerauerit, gestum donat: qui equo deiecerit, spoliauerit' que, pediti phialã, equiti phaleras, antiquitus autem gestum tantum. & hoc assequitur nõ qui in acie aut expugnatione oppidi uulnerauerit quempiã hostiũ, spoliauerit' ue: sed si in leuibus certaminibus, aliquibus' ue alijs eiusmodi tẽporibus, quibus nulla urgente necessitate uiritim ipsi quippiam ae uoluntarij eiusmodi sese dedere certaminib. his uerò qui in expugnatione urbis primi murũ ascenderint, aureã dat coronã. Similiter etiã eos qui propugnauerint, seruauerintq; aliquẽ ciuium sociorum' ue, tum imperator indicat, insignesq; reddit munerib. tum uerò tribuni seruatos decreto cogũt, nisi id sponte faciãt, seruatorẽ coronare: colitq; hunc pręterea seruatus per omem uitã tanquam parentem, omniaq; ei oportet ut exhibeat sicuti genitori. His incitamẽtis nõ solũ audientes, pręsenteisq; prouocant ad cõcertationem, imitationemq; in periculis subeundis, sed etiam domi manentes. nam qui cõsecuti sunt eiusmodi munera, pręter gloriam inter milites, & domi famã illico peruagantem, etiam post reditũ in patriã pompas solennes cũ ostentatione ae dignitate adeunt: eo quòd solis licet circũponere ornatũ ijs, quos sui duces ob uirtutẽ honorib. sunt prosecuti. Domi quoq; in locis celebrioribus spolia disponũt, indicia proprię uirtutis, testimoniaq;.

niaq;. Cum igitur tantũ adhibeant curæ, studijq; cira honores, supplicia q; in castris, apprime cõuenit, ut euentus etiã bellicarũ actionũ prosperi, celebresq; sequãtur. Obsoniũ pedites duos obolos accipiũt singulis diebus, ductores ordinũ duplum, equites drachmã. Triticũ datur peditibus attici medimni, ex tribus duę fermè partes: equitibus ordei septem medimni singulis mensibus, tritici duo: socijs, pediti æqua portio, equiti tritici medimnus & tertia pars, ordei quinq; medimni: daturq; id socijs muneri. Romanis tã frumenti quàm uestis armorũq;, si quis huiusmodi rerũ indiguerit, horũ omnium quæstor certũ ordinatũ precium eorum obsonijs subtrahit. Cara mouẽt hunc in modum: ubi primum datum fuerit signum, detrahunt tentoria, componuntq; sarcinas. sed neq; deponere, neq; erigere licet cuipiam, antequam tribunorum imperatorisq; tentorium erigatur, deponatur ue. ubi secundum imponunt onera iumentis. ubi tertium, procedere oportet primos, mouereq; tota castra. ac primi plerunq; incedunt extra ordinarij. hos sociorum dextrum subsequitur cornu: quos deinceps sua iumẽta sequuntur. post eos it Romanorũ prima legio, habens ponè sua impedimenta. tum secunda incedit legio, sequentibus ipsam suis uehiculis, sociorumq; impedimentis, qui agmen cogunt. ultimum enim dũ incedunt, lęuum sociorum cornu tenet locum. Equites interdum sequuntur à tergo suas quisq; parteis, aliàs iumentorum latera obequitant, stipantes ea, tutumq; præbentes incessum. Quod si qua sit à tergo suspicio, cętera quidem apud ipsos eodem se habent modo. ipsi uerò sociorũ extraordinarij à fronte ad tergum traducuntur. alternisq; diebus legiones & cornua eadẽ præcedunt, rursumq; sequũtur à tergo, ut aquationis frumentationisq; integræ æqualiter omnes participes fiant, mutantes semper ordinẽ, ut alternatim primo tes incedãt. Vtũtur etiã alio genere incessus, temporib. parũ tutis, patentibus campis. ducunt enim triplicẽ phalangem æquidistantem, hastatorũ, principum, triariorũ: præponentes antecedentium iumenta omnibus. post prima uerò signa, eorum qui secundi incedunt: post secunda, eorũ qui tertij: ad proportionẽq; sic alternatim ponẽtes iumenta et signa. hunc in modum ad iter instructi, cum aliquid grauius acciderit, modò ad scutũ declinantes, modò ad hastã, producunt signa præter impedimenta, ad hostium aspectũ. breuiq; tempore, atq; una motione armatorũ ordo recepit instructionis dispositionẽ: præterquã si aliquãdo hastatos euolutione uti oportuerit. iumentorũ aũt, cęterorumq; ea sequentium multitudo, post instructos sese subducentes, locũ obtinent in periculis cõpetentem. Cũ uerò incedentes appropinquauerint locãdis castris, præcedunt tribunus, & ex principibus ordinũ quicunq; huic muneri assiduè fuerint addicti. qui posteaquàm conspexerint totũ locũ, qui optandus sit ponendis castris, in hoc ipso primũ deputauerunt ubi ponendũ sit tentoriũ imperatoris, ut est antè dictũ, & iuxta quem aspectũ latusq; quadrati imperatori assignato locãdæ sint legiones. his præoptatis dimetiũtur circũferentiã prætorij, deinde rectã lineam, iuxta quam ponuntur tentoria tribunorũ. deinceps eius æquidistantẽ, à qua incipiunt locari legiones. similiter & ab altera parte prætorij dimensi sunt loca lineis, de quib. paulo antè singulatim exposuimus. his peractis breui temporis spacio, eo quod facilis est dimensio, si quidem omnia sunt determinata ac solita spacia: posthæc signũ fixerũt unũ, primumq;, in quo poni oportet loco tentoriũ imperatoris, secundũ ad præoptatũ latus, tertiũ ad mediam lineã, ad quã tribuni tendũt: quartũ apponũt legiones. & hæc quidẽ faciũt punicea: imperatoris album. ad alteram partem modò nudas hastas ponũt, modò signa ex alijs coloribus. His peractis deinceps strigas dimẽsi sunt, hastasq; fixerũt ad singulas strigas. unde cõuenienter, cũ appropinquauerit exercitus incedẽs, cõspexeritq; castrorũ locũ, confestim omnib. omnia fiunt nota, conjectantibus, cõsiderantibusq; ex prætoris signo. Igitur unoquoq; manifestè agnoscẽte, in qua striga, & qua strigæ parte tendit, eo quod omnes semper eundem in castris locum tenent, fit simile quippiam, quale cum in urbem notam ac propriam ingreditur exercitus. illic enim à portis declinãtes

mox unusquisque procedũt, peruenientq; ad proprias habitationes absq; ullo errore, propterea quod uniuersi ac singuli cognoscunt in qua ciuitatis parte sit ipsorũ diuersoriũ. his simile quippiã contingit etiam in Romanis castrametationib. qua uidentur Romani sequentes huiusmodi facilitatem, cõtrariã Græcis incedere uiam, quo ad hanc partem. etenim Græci castrametando præcipuũ ducunt, castrorũ munitiones, easq; sequuntur in primis, partim fodiendi laborem declinantes: partim existimantes nõ esse similia manufacta munimina, ijs quæ ab ipsa locorũ natura facta sunt munimenta. ob id etiam in uniuerso castrorum positu figuras omnifariam mutare coguntur, sequentes locorum situs. unde incertum esse contingit, priuatum quoq; & particularem tabernaculi singulorum locum. Romani autem laborem fodiendi, allaq; ijs cõpetentia tolerare præoptant, commoditatis gratia, atq; ut notum unumq; semper habeant castrorum situm. Vniuersales itaque partes speculationis exercitum, castrametationisq; in primis, huiusmodi sunt.

Quæ sequuntur, ex Vuolfgangi Musculi uersione habentur.

Propè aũt omnes historiographi de hisce nobis Rebusp. uirtutis cõmendatiõnem encomiũ, utpote de Lacedæmonijs, Cretẽsib. Mantineis, & Carchedonijs. nõnulli etiã Athenienſiũ & Thebæorũ Reip. mentionẽ fecerũt. Ego uerò illas quidẽ transeo, eas uerò quæ Athenienſiũ ac Thebæorũ sunt, haud opus habere, plixa declaratiõe persuasum habeo, propterea q; nec augmẽto cõpetẽti, nec stabili uigore potitę, neq; moderatas rerũ mutatiões sortitę sunt, sed quasi noua quadã fortuna ad tempus, ut in prouerbio est, illustres factę, cũ adhuc uigere, et prosperè habiturę uiderentur, cõtrariã sunt mutationem expertæ. Etenim Thebæi, per Lacedæmoniorũ ignorantiã, & odiũ eorũ quos belli socios habebãt, unius et alterius uirtute, qui suprà dicta cõsiderarũt, apud Græcos sibi uirtutis encomiõ uendicarũt. Quod nãq; nõ Reip. status, sed eorũ uirorum uirtus, qui ipsis præerãt, prosperitatis causam Thebæis attulerit, cõsequẽs euestigio fortuna cũctis patefecit. Res enim illorũ unà cũ Epaminõdę & Pelopidis uita, & auctæ fuerũt, & cõfirmatę, & rursus dilapsæ. unde sanè cẽsendũ liquet, nõ Remp. sed uiros illos in causa fuisse, ꝙd ciuitas Thebæorũ splendorẽ illum consequuta fuit, quo tũ tẽporis extitit illustris. Pari ratione & de Athenienſiũ Rep. sentiẽdũ est. Illa siquidẽ sæpenumero, pẽsertim per uirtutẽ Themistoclis, illustrissima facta, cõfestim contrarię mutationis experientiã, propter naturę ipsius inæqualitatẽ, accepit. Idem enim semper Athenienſiũ populo accidit, quod nauib. nauclero destitutis. Siquidẽ ubi uel metu hostiũ, uel tempestatis incõmodo mouentur classiarij illorũ milites, ut gubernatori consentiãt, & obtemperẽt, excellẽter officio suo fungunt. Vbi uerò sumpta temeritate Imperatores suos cõtenere, et inter se, propterea ꝙd nõ amplius eadẽ omnib. ꝓbantur, dissidere ac seditionẽ mouere incipiũt, sic ut alij nauigationẽ pręsumãt, alij gubernatorẽ ut ad portũ appellat, urgeãt, alij scalmos excutiãt, alij rursus apprehendant, & ad nauigandũ hortentur, aspectus oriẽ dedecorosus, ijs qui ista spectant, ꝓpter mutuã discordiã & seditionẽ. Et illis ꝙq; qui nauigationis sunt cõsortes ac participes, instabilis est animus: quocirca & sæpenumero altitudinẽ pelagi, ac uehementiores tẽpestates quæ in illo frequẽter oriri solent, fugientes, in portu ac circũ litora obnauigãt, id quod iam frequẽter Athenienſi Reip. accidit. Etenim aliquãdo cũ maximas & grauissimas calamitates cùm populi tũ Imperatorũ uirtute retudisset, in trãquillitate rerũ nullis dadib. obnoxia, ad modum temerè ac præter rationem offendit. Quapropter de hac & Thebęorum Republica non est ut plura dicantur, in qua utraq; plebs omnia proprio motu aggreditur, illa excellenter præceps & acerba, hæc ad uim & furorẽ assueta. sed ad eam quæ Cretensium est transeuntes, duobus modis operæ precíũ esse iudicamus, ut sciamus quomodo ex priscis cõmentatoribus Ephous, Xenophon, Callisthenes, Plato, primũ quidem similem hanc & eandem cum Lacedæmoniorũ Republica dicant, deinde laudabilem esse pronũcient: quorum mihi neutrum uerum esse uidetur, id quod ex sequentibus cernere licet.

Et primùm

Et primũ illud ostendã, quòd sit dissimilis. Hoc sanè Lacedęmoniorum Reip. proprium esse dicunt, primũ ut in terrenis possessionib. itemini plura reliquis possidere liceat, sed singulos ciues æqualẽ ciuilis loci portionẽ habere oporteat: deinde apud eos multã meretur, tanquã reprobus, quisquis reliquos terrena possessione excellit: atq; ita ex ea Republica ambitio quæ circa plus ac minus uersatur, funditus est sublata. Tertio, apud Lacedęmonios, perpetuo principatu potiũtur reges: ij uerò per uitæ spaciũ qui senes uocãtur, per quos & cũ quibus cuncta Reipublicæ negotia administrantur. Apud Cretenses uerò modis cõtrarijs aguntur omnia. Etenim eam regionem leges ipsis pro cuiusq; uiribus, ut fertur, absq; ullo fine possidendã permittunt: ac sic inter eos excellentia & differentia in precio est, ut nõ modò necessaria, sed & honestissima putetur illius possessio. In uniuersum autem turpis lucri, & auariciæ studium usq; adeò locum apud eos obtinet, ut inter cunctos mortales solis Cretensibus nullus quæstus turpis esse uideatur, quamuis circa principatus annuam habeant & democraticã constitutionem. ut hæsitemus, & admiremur sępenumero, quomodo nobis scriptores ista de ijs qui contrariã naturã habent, quasi familiares inter se sint, & cognati, pronunciauerint, & sine delirio tantas differentias, idq; nõ obiter, sed multis uerbis in epimetro constituerint: solũ Lycurgũ ex his qui antecesserunt, ea cõsideraſſe dicẽtes, quæ solida & firma existant. & cũ duo sint, quib. quæuis Respub. seruatur, fortitudo uidelicet aduersum hostes, & mutua inter se cõcordia: sublata auaricia, simul & uniuersam intestinã differentiã ac seditionẽ sustulisse. qua ratione & Lacedæmonij, cũ ab his malis alieni essent, res suas melius quàm reliqui Græci, & maiore cum cõsensu, dispensarint. Cretenses aũt, quãuis ista pronũcient, & ex collatione cõsiderent, nihilo tamen minus propter insitã ipsis auaritiã in plurimis publicis seditionibus, cædib. ac bellis intestinis uersantes, nihil ista ad se pertinere putãt, sed pronũciare audent, quòd similes inter se sint hę politiæ. Ephorus de utraq; Repub. differens, sic, præter nomina illarũ, ijsdẽ dictionibus utitur, ut nisi quis propria nomina attendat, nullo pacto discernere queat, utrã ex illis cõmemoret. Igitur quib. illę mihi inter se differre uideantur, hęc sunt. Quatenus uerò Cretẽsem Rempublicã, nec laude eõmendabilem, nec æmulandã esse iudicemus, iam exponemus. Ego cuiusuis Reipublicę duo arbitror esse principia, propter quæ tam potentiã quàm statũ illius aut optabilẽ aut detestabilem fieri contingat. Hæc aũt sunt, mores ac leges. Optabilis ac selectus Reipublicæ status est, quo & priuata mortaliũ uita sancta & integra, & publici ciuitatis mores placidi ac iusti redduntur. Detestabilis uerò ac fugiendus, quo contrariũ perficitur. Quemadmodum itaq; si quando mores ac leges honestatem apud quosdã resipere uiderimus, cõfidenter pronũciamus & uiros eiusmodi Reipublicę honestati fore conformes, ita & ubi priuatã quorundã uitã auariciæ deditã & publica negocia iniusta esse uiderimus, manifestum est haud immeritò posse dici, quòd partim secundũ leges, & partim secundũ mores illorũ praua sit uniuersa eorũ Respublica. Præterea non inueniet quisquam magis subdolos priuatos mores, neq; iniustiora, pro portione, studia, quàm sint Cretensiũ, demptis planè paucis. Quapropter quare Rempublicã illorũ nec similẽ Lacedęmonicæ, nec aliàs selectã aut æmulandã esse iudicemus, ex præmissa collatione probauimus. Imò nec Platonis Rempublicã æquum est introducere: quãuis & illã nonnulli philosophi celebrant. Quemamodũ enim nec artifices nec athletas nondũ assuetos aut corpore exercitatos athleticis certaminibus admittimus: sic nec istam ad hoc introducere oportet, ut cum prioribus collata decertet, nisi prius aliquod illius opus ueraciter demõstreẽ. Hactenus uerò illud dixerim, quòd si mentio illius facienda sit, ut cum Spartiatarũ, Romanorum, ac Carthaginensium Rebuspublicis conferatur, perinde hoc futurum, ac si quis imaginem aliquam proponat, & uiuis ac spiritu præditis uiris conferat. Etenim tametsi omnino propter artificium laudem mereatur, ipsa tamen collatio in animatorũ cum animatis planè indiga & obscura in oculos

ſpectãtiũ incurrit. Quocirca relictis illis, ad Laconũ Remp. reuertamur. Videtur mihi ſanè Lycurgus ad hoc, ut ciues inter ſe cõſentirẽt, et Lacedęmoniã certò cõſeruaret, deniq; & libertatẽ Spartę firmã cuſtodiret, tuliſſe legem, ac bene prouidiſſe, ut cogitatio illius diuinior eſſe putet, quàm homini cõueniat. Etenim poſſeſſionũ ęqualitas, uictusq; frugalitas et cõmunicatio & temperatam erat redditura priuatã uitam, et Remp. tranquillam ac quietã pſtitura. Deniq; operãdi, & graues labores perferẽdi exercitiũ, ſortes erat ac generoſos uiros perfecturũ. Vtriaſq; aũt iſtis in unà mẽte uel ciuitate cõcurrentib. ſortitudine uidelicet & tẽperãtia, haud facile fieri poteſt, ut malicia uel ex ipſis naſcaſ, uel ex ꝓximis aliũde attrahaſ. Adhũc itaq; modũet, hiſce rationib. firma cõſtituta Rep. uniuerſę Lacedæmonię ſecuritatem parauit, & admodũ diuturnã Spartiatis ipſis libertatẽ reliquit. Quod uicinorũ poſſeſsionẽ, ac principatũ, & omnino rerũ inuadendarũ ſtudiũ attinet, neq; ex parte, neq; in genere quicquã prorſus cogitaſſe uideſ, niſi unũ hoc, talẽ aliquã neceſsitatẽ, aut propoſiti uoluntatẽ introduci debere, per quã obtineret, ut ſicut uita priuata ſua ſorte contẽta ac frugalis, ita et cõmunes ciuitatis mores ſorte ſua cõtenti ac tẽperati redderẽt. Nũc uerò licet eos ſic inſtituiſſet, ut et alieniſſimi ab ambitione, et tã priuata uita ꝙ ciuitatis ipſorũ morib. cordatiſſimi eſsẽt, erga reliquos Gręcos ambitioſiſſimos eos ac regnãdi cupidiſſimos et auariſſimos reliquit: ut partim nemo ignoret, ꝙ illi propè Græcorũ primi, uicinorũ regiones propter auariciæ ſtudiũ appetẽtes, Meſſenijs bellũ mãcipandi gratia intulerint: partim omnib. notũ ſit, ꝙ per contentionẽ ſeipſi iureiurando adhoc adſtrinxerint, ne obſidionem ſoluerent, priuſq; Meſſeniorũ ciuitatẽ ui cepiſsẽt. Et illud quoq; notũ eſt omnib. ꝙ propter imperãdi ſtudiũ Græcis inſitũ illis rurſus quos pugnando uicerant, ſic ſunt facti ſubditi, ut imperata ab illis facere ſuſtinuerint. Etenim irruentes Perſas uicerãt quidẽ, pro retinẽda Gręcorũ liberrate decertantes: uerũ reuerſis ac fugientib. Græcas ciuitates dedititias ſecundũ pacẽ ad Antalcidã factã, ad hoc prodiderũt, ut pecunia potiti uires aduerſus Gręcos recuperarẽt. quo tẽpore & legũ apud eos uiſa eſt interridere cõſtitutio. Donec enim uicinorũ, deniq; & ipſorũ Peloponeſiorũ principatũ appetebant, ſubſidijs, illis quæ ipſa ſuppeditauerat Lacedæmonia contenti utebanſ, in prõptu habentes neceſſariorũ apparatus, ac celeres ad propria reditus et reductiones facientes, poſtq; uerò claſſem pelago cœperũt immittere, ac pedeſtrib. quoq; expeditionib. extra Peloponeſum militare, manifeſtũ eſt, ꝙ neq; nomiſma ferreũ, neq; annuorũ fructuũ permutatio, ad neceſſarios ipſorum uſus ſecundũ Lycurgi cõſtitutionẽ ſufficere potuerint. Requirebat enim inſtitutũ illud cõmune nomiſma, & peregrinos apparatus: unde coacti ſunt Perſarũ operã efflagitare, ac tributa imperare inſulanis, & à cũctis Græcis exigere pecuniã: gnari iam, fieri nõ poſſe, ut ſecundũ Lycurgi nomotheſiã nõ modò Gręcorũ principatũ, ſed neres quidẽ ſuas prorſus aſſereret. Qua uerò ratiõe ad hæc digreſſus ſum? Vt reipſa uidelicet perſpicuũ fiat, quod ad hoc quidẽ, ut res ſuas cõſtãter quis cuſtodiat, ac libertatẽ retineat, ſufficiẽs ſit Lycurgi nomotheſia. Et ijs qui hunc Reip. finem ſpectant, cõcedendũ eſt, quòd neq; ſit, neq; fuerit quicq; Lacedęmoniorũ ſtatu & ordinatione exoptabilius. Si uerò maiora quilq; appetierit, & pulchrius ac magnificẽtius eſſe duxerit, multis præeſſe, multis imperare ac dominari, ſuſpici ab omnib. & cũctos adnuere, hactenus concedendũ erit, ad id inſtituti Laconũ Remp. deficere: Romanorũ uerò excellere, & potentiorẽ habere conſtitutionẽ. id quod reipſa liquet. Etenim Lacedæmonij, cũ ad obtinendũ Græcorũ principatũ prorupiſſent, cõſeſtim de ſua quoq; ipſorũ libertate periclitati ſunt. Romani uerò Italiæ potentatũ cõſequuti, breui tẽpore uniuerſum ſibi ſubiecerũt orbẽ, haud parũ ad propoſiti huius cõſequutionẽ rerũ opulentia & parato cõmeatu adiuti. Carthaginenſiũ uerò Reſpub. inde mihi ab initio bene ſecundũ omnimodas differentias cõſtituta fuiſſe uidetur. Erant enim apud eos Reges, et Senatus Ariſtocraticã poteſtatẽ habebat: plebs uerò ijs præerat, quę ipſi cõpetebãt. In uniuerſum uerò, quod cunctorũ coadunationem attinet, cõſimilis erat Ro. et Lacedęmoniorũ Reip. Illis aũt temperi

bus,

bus, quib. in Annibalicū bellū incidit, deterior erat, potior uerò Romana. Etenim cuiuscp corporis, & Reip. & instituti, auxesis quędā est secundū naturam, deinde & uigor, postea rursus diminutio, ut omnia in ipso uigore sint optima: & præterea tum quoq; differentes inter se fuerunt Respublicæ. Quantū enim Carthaginensiū primū inualuerat, ac maiore quàm Romanorū successu rerū potita fuerat, tantū iam defecit: Roma uerò tum quoq; potissimū secundum politię cōstitutionē florebat. Quapropter & apud Carthaginēses populus iam in cōsilijs plurimū acceperat uiriū, apud Romanos uerò senatus uigebat: unde apud illos multis, apud istos uerò optimis cōsulentib. tes Romanorū inpublicis actionib. inualuerūt, uel sicubi etiā de summa rerū periclitabant, opt. tamē cōsilijs usi, tādē bello Carthaginēses uicerūt. Quod aūt ad bellicos usus ex parte uelociter instituendos attinet, naualē pugnā Carthaginēses melius exercent & instituūt, quòd ea illis experientia patria sit & antiqua, ac cunctos mortales marina expeditione excellant. Pedestres uerò bellandi usus ptęstantius obeūt Romani, quàm Carthaginēses. Huc enim illi omni studio ferūtur: Carthaginēses uerò pedestres expeditiones penitus negligūt, de equestrib. patūper sollicīti. Huius rei causa est, quòd peregrinis ac mercede cōductis exercitib. utuntur, Romani uerò indigenis ac ciuilibus. Et hactenus quoq; hæc Respub. magis ꝓbāda est quàm illa. Spē enim libertatis illa perpetuò collocat in stipēdiatiorū magnanimitate: Romanorū uerò in sua ipsius uirtute, & sociorū auxilio. Qua propter & si quando Romani detrimentum aliquod in principatib. accipiunt, una cū omnib. repugnāt: Carthaginenses uerò ꝑ contrariū pro patria ac liberis decertātes, irā ponere nunquā possunt, sed ad extremū usq; spiritū pugnādo ꝑdurant, donec hostes deuicerint. unde & Romani licet plurimū in naualiū expeditionū experiētia inferiores, sicuti prędixi, in summa tamē rerū uictores euadūt, ꝓpter uirorū uirtutes. Quāuis enim in marinis discriminib. haud parū cōferat naualis pugnę usus, classiariorū tamē magnanimitas maximū ad uictoriā adfert momentum. Præstātiores autem natura sunt Itali Phœnicibus & Libyanis, tam corporū robore, quàm animi cōfidentia, & ad hanc rē per assuetudinē iuuentutē suā magnopere cōcitatā reddūt. Vnū memorabo, quod satis habet indiciū, quale sit eius Reip. studiū, ad hoc destinatū ut tales uiros efficiāt, qui nihil non ferant, quo patriæ uirtutis encomiū ac famā cōciliare possint. Si quādo apud eos quispiā ex illustrib. uiris ex hac uita decesserit, elato funere portat cum reliqua pōpa ad rostra, sic dicta, in forū: & nunc stans cōspicuus, nunc obuolutus, idq; rarò, uniuersa plebe circūstante rostra ascendit, si quidē filius adultus supersit ac pręsens existat: sin uerò alius quisquam ex ipsius genere, ac de mortui uirtutes, et quę in uita pręclare gesserit deprędicat. Et hinc accidit, ut multi admoneant & quę gesta sunt inspiciāt, fiātq; nō illi modo qui operū illius fuere cōsortes, sed & exteri usq; adeò cōpatientes, ut casus eiusmodi non solū illis qui periclitant ꝓprius, sed & populo uideatur esse cōmunis. Quo facto sepeliunt mortuū, ac iusta faciūt: deinde imaginē illius illustrissimo domus loco ponunt, & lignea sacella circūstruunt. Imago aūt est, facies ad similitudinē excellēter & accuratē tam secundū formā quàm secundū subscriptionē expressa. Has aūt imagines publicis etiā sacrificijs se proferunt, & magnificē ornant. Vbi aūt præclarus aliquis ex domesticis ultimū diem obiuit, instituūt funeris elationē, & circūfusi, qui similimi magnitudine ac reliqua statura uidentur, ueritū usurpant, siuel cōsul, uel imperator fuerit, purpura circundatū: si cēsor, purpureū: si triumphū egit, uel tale quid perfecit, auro cōtextū. Igit isti cutru sic incedūt. fasces uerò & secures, ac reliqua principatib. consueta secundū dignitatē cuiusq; pręcedūt, qua dū in uiuis esset in Repub. eminuit. Vbi ad rostra uenit, cuncti ex ordine sellis elephātinis sedent, quo spectaculo haud facile potetit quicquā spectari pulchrius, iuueni glorię & honestatis cupido. Etenim eorum uirorum qui uirtutis gratia glorificant uidere imagines, easq; omnes ueluti uiuas, quem nō excitaret? quod nā aliud pulchrius spectaculū? Præterea qui de iā sepeliendo mortuo cōcionatur, etiam de alijs differere incipit, idq; primum de maiore natu ex his qui prætsentes sunt, recensens quid quisque illorum consequutus sit, ac

Mos sepeliendi ueterum Romanorum.

gesserit. unde fit, ut frequenter bonorũ uerorum prœconia, uirtute acquisita, renouentur, ac celebritas eorũ qui honesti aliquid gesserũt, immortalis, & gloria illorũ qui patriæ benefecerunt, multis innotescat, et ad posteros propagetur. Et q̃d maximum est, iuuẽtus ad hoc prouocatur, ut nihil nõ pro Reip. commoditate ferendũ subeat, quo celebritatẽ, quæ bonos uiros comitatur, consequatur. Et q̃d dicimus, hinc confirmatur. Multi Romani singulari certamine ob id certarunt, ut se cõmuni iudicio approbarẽt: haud pauci manifestã etiam mortẽ elegerũt, nonnulli, ut alios in bello seruarent: alii, ut in pace securitatẽ Reip. conciliarent. Quidã in principatib. constituti filios, suos præter omnẽ cõsuetudinẽ ac legẽ occiderũt, pluris facientes patriæ cõmodũ, q̃ naturalẽ cognationẽ eorũ quos habebant q̃ proximè necessarios. Multa talia de multis Romanis scribuntur. sufficiatunũ in p̃senti nominatim exẽpli ac p̃bationis gratia dictũ. De Cocle ferũt, quẽ Horatiũ nominãt, quod cũ è regione Tiberini pontis, qui ante ciuitatem est, aduersum duos hostes decertaret, ac multitudinẽ eorũ qui hostib. opẽ ferebant accurrere cerneret, ueritus ne uiolenter irruerent in ciuitatẽ, ad eos qui à tergo erant, conuersus clamauerit, ut cõsestim secedentes pontem dirueret. Et quod, cũ illi obtemperassent, tãtisper dum pontẽ diuellerent, multitudinem uulnerũ ferendo sustinuerit, ac impetũ hostium cohibuerit, sic ut hostes nõ tam uires illius q̃ animi confidentiã & audaciã admirarentur. Interrupto autem ponte, ac hostiũ impetu cohibito, ferunt Coclem in ipsum sese fluuiũ, sic ut armatus erat, proiecisse, ac uitã suam secundũ animi sententiã terminasse: plurisq̃ fecisse patriæ securitatẽ, & futurã de se postea celebritatem, q̃ uitã præsentem, & quæ illi adhuc restabat. Talis quidã affectus & studiũ ad honesta facta, ut uero simile est, per cõsuetudinem huiusmodi, animis iuuenũ indebatur. Adhæc & cõsuetudo ac mos ad quæstũ pertinens præstãtior apud Romanos est q̃ apud Carthaginenses. Apud hos enim nihil turpe est, q̃d ad lucrũ facere potest: apud illos uerò nihil turpius, q̃ largitionib. corrumpi, & auarè extorquere à quibus nõ cõuenit. Quantũ enim honestati deputant lucrũ à potẽtissimo acceptũ, tantũ rursus probrosam iudicãt eam abundantiã, quæ modis uetitis sit acquisita. Huius aũt rei indiciũ est, q̃ apud Carthaginẽses ij qui manifestè donaria offerũt, principatus cõsequuntur: apud Romanos uerò mortis multa puniũtur, sicubi tale quid cõmittitur. Quapropter cũ præmia uirtutis utrinq̃ sunt cõtraria, liquet quòd et utriusq̃ Reipublicæ inæqualis sit ad ista institutio.

De superstitione Romanorum.

Videtur aũt mihi Romana Respublica, in sentẽtia de Dijs ab eo differre q̃ melius est. Et arbitror apud uniuersos mortales esse probrosum, quòd hoc in factis Romanorũ continetur. Loquor aũt de superstitione. Vsq̃ adeò nanq̃ hæc pars tragicè apud eos deprædicatur, & in uitã illorũ tã priuatã q̃ ciuitati cõmunẽ sub introducta est, ut augeri nequeat: quod & multis sanè stupẽdũ uideri poterit. Mihi uerò uidentur hoc fecisse, ppter plebẽ. Siquidẽ enim ex uiris sapientibus cõgregari Respub. potuisset, forsan huiusmodi modus necessarius haud quaq̃ extitisset. Quoniã aũt plebs uniuersa huius est & illegitimis desiderijs admodũ obnoxia, iræ incõsideratæ, furori ac uiolẽtiæ, reliquũ est, metu incerto et huiusmodi tragœdia retinendã esse multitudinẽ. Quocirca uidentur mihi ueteres cogitationes de dijs, & cõmentationes de inferis haud p̃ter rationẽ ac temere in plebẽ subintroduxisse: sed eos potius qui nũc uiuũt, absq̃ ratione illas et in cõsideratè reijcere. Quapropter ut de alijs taceã qui respub. obeũt, apud Græcos quidẽ si solũ illis talentũ cõcreditur, etiãsi decẽ antigraphas ac totidẽ sphragidas, denicq̃ duplo totidẽ testes habeãt, fidẽ tamẽ seruare nõ possunt. Apud Romanos uerò, tam in principatib. q̃ legationibus, ij qui admodũ multis pecunijs utuntur, ppter iurisiurãdi fidẽ officiũ præstant. Et apud alios quidẽ rarũ est inuenire uirũ, qui publicis bonis abstineat, seq̃ purũ erga illa exhibeat: apud Romanos uerò rarũ est talẽ inuenire, qui in eiusmodi sit scelere deprehẽsus. Quod aũt omnibus existẽtibus quædã subsit corruptio & mutatio, prope modũ haud necessariũ est, ut uerbis demõstretur. Ipsa quippe naturæ necessitas sufficienter huic rei fidem facere poterit. Duobus uerò modis existẽtibus,

Græca fides.

secundum

secundū quos unūquodq; Reip. genus corrūpi solet: quorū primus extrinsecus infertur, alter uerò internè nascit. id quod extrinsecus quidē est, inflabilē cō sideratione haber. eorū uerò quę inde disponūtur, quoa nā primū Reip. genus nascatur, & quod alterū, & q modo in aliud desinat, iamantea diximus. sic ut qui principia ad finē prę sentis causę adaptare possūt, etiā ipsi de futuro prędicere queāt, id quod meo iudicio manifestū est. Etenim Respub. quando multis ac magnis periculis repulsis, excellentiā & potentatū inexpugnabilē acquisiuit, manifestū est quòd accedēte, ut plurimū assolet rerū prosperitate, uictus soleat fieri sumptuosior, & uiri æquo contentiosiores reddi circa principatus & alios conatus. Quibus sic diutius progredientib. initiū mutationis ad peiora subna scitur, philarchia uidelicet, quę species est ignominiæ. Præterea & uitæ arrogātia, & sumptuositas. Sentiet aūt populus mutationis huius epigraphen, quando à quib. disponi ac dirigi uidetur, illorū adulationibus propter philarchiā inflatur. Tunc enim ira percitus, & cuncta furore præsumēs, nolet amplius imperata facere, imò ne par quidē esse præpositis, sed omnē ut plurimū habere potestatē. Quo facto, Respub. pulcherrimo quidē nomine libera ac democratica dicetur, reipsa uerò pessimo nomine ochlocratia uocari poterit. Nos uerò quoniam & constitutionē, & auxesim, deniq; & uigorē & dispositionē Reip. præterea & differentiā erga reliquas, tam eius quod in ea peius, quàm quod melius est, exposuimus, sermonē hic de Repub. terminabimus. Resumptis aūt partibus, quæ temporibus historiæ cohęrēt, unde digressi sumus, breuiter summariam unius causæ memoriā faciemus, ne sermone duntaxat, sed & rebus ipsis, ad morē boni artificis, unū aliquod operū specimen proferentes, conspicuū reddamus Reip. uigorem ac potentiam, qualis tum temporis extitit. Annibal enim cum ad Cannas pugnando Romanorū uictor esset factus, eorum qui uallum cu stodierant, octo millia uiuos cepit: omnibusq; concessit, ut domum ad suos mitterent, quo redimerentur ac seruarentur. Decem uerò ex illis clarissimos, impositò iuramento, quòd ad se reuersuri essent, Romam misit. Vnus uerò ex delectis, cum iam uallum egressus, ac se rem aliquam oblitum esse dicens, reuersus esset, accepto quod reliquerat, rursus discessit, per eum se reditum fidem seruasse, ac iusiurandum irritum reddidisse ratus. Hi cum Romam uenissent, & à Senatu petijssent, & flagitassent, ne captiuis salutem inuiderent, sed permitterent, ut singuli trecentas drachmas penderent, & seruati necessarios suis restituerentur. Hoc enim Annibalem concessisse dicebant. Neque enim se in pugna formidine fuisse ignauos, neque Romano nomine quicquam indignum commisisse, sed ad hoc relictos, ut castra custodirent, omnibus in pugna cæsis, subitò fuisse comprehensos, & hostibus subiectos. Romani uerò quoniam magnis detrimentis per ea bella fuerant affecti, & omnibus, ut sic dicā, destituti socijs, ut iam propè de patria periclitaturi uiderentur, cum ea quæ dicebantur audissent, neq; decorum suum calamitati cedendo negligebant, neque quicquam eorum quæ fieri oporteret contemnebant: sed Annibalis proprositum considerantes, quod hoc consilio simul quidem pecunias extorquere, iuxtà tamen & aduersarijs suis magnanimitatem in pugnis adimere uellet, submonstrans illis, quod etiamsi uincerentur, spem tamen salutis reliquam haberent, tam aberat ut aliquid petitorum facerent, ut neque suorum commiseratione mouerentur, neque futuram uirorum penuriam plùris facerent, sed Annibalis cogitationes ac spes in illis positas, uirorum suorum redemptionem recusantes, uanas esse ostenderent. Deinde suis quoque lege iniunxerunt, ut uel uincerent pugnando, uel morerentur: quòd aliàs illis, si uincerentur, nulla salutis spes superfutura esset. Quapropter hisce sic propositis, nouem ex legatis, qui propter iusirandum sponte sua reuertebantur, à se remiserunt. eum uerò qui iusiurandum faudulenter eludere conatus fuerat, uinctum hostibus restituerunt: sic, ut Annibal non tantum propter deuictos Romanos gauderet, quantum propter uirorum illorum in consilijs constantiam & magnanimitatem obstupefactus contristaretur. Romana fides.

EPI-

EPITOME SEPTIMI LIBRI HISTORIARVM

Polybij, Vuolfg. Musculo Interprete.

Ciuitas enim Leontinorum toto quidem clímate tendit ad Arctos. In medio illius uallis est plana ac lata, in qua fiunt curiæ ac tribunalium structuræ, & uniuersum forum. Vtroq; autẽ curiæ latere tumulus rupẽ habens protenditur. Planicies aũt tumulorũ in supercilijs plena est domibus ac templis. Duas uerò portas habet ea ciuitas, quarum altera ad meridionalem partẽ ultra curiã est, cuius meminí, ad Syracusas ducẽs, altera ad Arctos tendit ducẽs adcãpos Leontinos sic dictos, & Georgesinã regionem. Sub una uerò rupe quę spectat ad occidentẽ, fluuius præterlabitur, quẽ Lisson uocant. Sitæ sunt hic ædes è regione inuicẽ oppositæ, & plures continuæ sub ipso præcipitio, interquas dictus etiam fluuius medius labitur. Iusiurandũ quod ab Annibale imperatore, Magone, Myrcano, Barmocaro, & omnib. Senatoribus Carthaginensiũ, qui cum Annibale erãt, ac cunctis Carthaginẽsibus, cum illo militantibus, factũ est cum Xenophane Cleomachi Athenienſiũ legato, quẽ misit ad nos Philippus Demetrij, rex, pro se, Macedonibus ac socijs: corã Ioue, Iunone, & Apolline, coram dæmone Carthaginensiũ, & Hercule, & Iolao: coram Marte, Tritone Neptuno: corã dijs unà militantibus, & Sole, & Luna, & Tellure: corã fluuijs, Dæmonibus, & undis: corã dijs cunctis, quotquot Carthaginẽ tenent: coram dijs cunctis quotquot Macedoniã tenent, & reliquam Hellada: corã dijs omnibus, qui alieni sunt ab hoc iuramento: Annibal Imperator dixit, & omniũ Carthaginensiũ senatores qui cum illo erant, & uniuersi Carthaginẽses militãtes cũ eo: quod uobis & nobis placet, ut iuramentũ hoc de amicitia & honesta beneuolẽtia, amici & familiares & fratres instituãt, quatenus à rege Philippo & Macedonibus ac alijs Græcis, quotquot illorũ socij existunt, seruantur, uidelicet Domini Carthaginẽses, & Hannibal dux cum suis, & reliqui Carthaginensiũ principes, qui ẽjdem legibus utuntur, & Itacæi, & omnes ciuitates ac gentes Carthaginensib. subditæ, milites quoq; & socij, & cunctę ciuitates ac gentes, cũ quib. nobis amicitia est, siue in Italia siue Celtia, siue Lygistina, & si cũ quibusdã uobis quoq; amicitia & societas in hac regione intercedit. Sunt autem & Philippus rex, & Macedones & aliorũ Græcorum socij tuendi ac defendendi à Carthaginensibus, unà cum ipsis militantibus, & ab Itycæis, & cunctis ciuitatib. & gentibus, Carthaginensiũ imperiũ agnoscentibus, socijsq; & militibus, & cunctis gentibus ac ciuitatibus quæ sunt in Italia, & Celtia, et Lygistina, et alijs quoq;, quotquot socij in Italię locis existũt. Illis mutuò nõ insidiabimur, neq; dolo nos inuicẽ impetemus, sed cũ omni propensione ac beneuolẽtia citra fraudẽ et insidias hostes illorũ erimus qui Carthaginẽsibus bellũ inferunt, præter reges, ciuitates & portus, quib. iuramẽto & amicitia iungintur. Et illorũ quoq; hostes erimus, qui Philippũ regẽ bello impetũt, demptis ciuitatib. & gentibus, quib. iureiurãdo & amicitia deuincti sumus. Eritis aũt & uos eius belli, quod nobis est aduersum Romanos exortũ, tantisper cõsortes, donec & nobis & uobis prosperũ illius exitũ dederint dij, iuuabitiq; nos iuxta quod necesse erit. Et si ope Deorũ adiuti in hoc bello, quod cõtra Romanos gerimus utrinq; & nos & uos cõsenserimus, ut de amicitia cum Romanis paciscamur, sic compaciscemur, ut eiusdem amicitiæ participes sitis & uos, nec liceat illis unquã bellũ uobis inferre, nec possint Romani dominari Cercyreis, aut Apolloniatis, aut Epidãnijs aut Pharo, uel Demale & Parthinis, uel Atintamię. Deinde ut Demetrio Pharío suos restituant subditos uniuersos, in Republica Romanorũ. Si uerò bellũ uel uobis uel nobis intulerint Romani, mutuas operas inuicẽ ad id belli cõferemus, pro ut utrorũq; exiget necessitas. Cõsimiliter faciemus, si alij quoq; bellũ aduersum nos mouerint, exceptis regib. & gentibus, quib. fœdere & amicitia iungimur. Ad hęc si uisum uobis fuerit iuramẽto huic uel demendũ esse uel addendũ, a dimemus uel addemus pro utrorũq; placito. Sub ista, sumptis in manus

sacri

sacrificiorū extis, quę tum prō cōsuetudine posita ipsi adferebātur, parūper inclinās, & Arato offerens, quid nā ea sacrificia innuere uiderētur, percontatur: arcē ne illā obtinere possent, uel secus. Demetrius igitur tum ex eo quod ætate prouectus erat: Si diuinationis, inquit, sensum habes, quàm citissimè deficiemus: si uerò mentē regis habes ad res gerendas instructi, obtinebimus arcem. Ne uerò illā nunc amittas, quęres tēpus aliud magis accommodū. Sic enim utroq; cornu apprehenso, solus hunc bouē in potestate tua tenebis. Significabat aūt per cornua, Isthomatē & Acrocorinthū: & per bouē, Peloponnesum. Philippus uerò ad Aratū conuersus: Tu'ne, inquit, ista cōsulis? illo hæsitante, rogat ut quid sibi uideretur edoceret. Ille uerò cū hęsitasset: Siquidē, inquit, fieri poterit ut fœdus Messeniorū non infringa', poteris uincere. Si uerò occupatū hūc bouē custodieris, perdes omnes arces, & ipsam quoq; custodiā (fidē intelligebat) quam ab Antigonocū, socios seruares, accepisti. Vide aūt, an nō satius nūc quoq; sit, ut cum uiros eduxeris, fidē illius deseras, et Messenios ac reliquos socios cōserues. Philippus, secūdū animi sui quidē propensionē paratus erat ad fœderis pręuaricationē, id quod ex ijs quæ postea gessit, patet: quoniā uerò paulo antè acerbè erat à iuniore obiurgatus, quòd uiros perdidisset, & iam senior liberè ac cū dignitate loquutus, obtestatusq; ipsum esset, ne quæ dicerētur, oscitanter audiret, pudore cohibitus est: & apprehensa illius dextera, Age, inquit, eandē rursus uiam ingrediamur. Circa Sardeorū uerò ciuitatē irrę missę & continuę uelitationes & eiaculationes fiebāt, ac crebra discrimina instituebant. Milites enim utrinq; noctes ac dies in id incūbebant, ut insidias nouis insidijs adinuētis retunderēt: de quib. singulis scribere, nō modò infrugiferū, sed et prolixū fuerit. Vbi aūt iā altero anno finis instabat obsidionis, Lagoras Cretēsis, in bellicis reb. plurimū exercitatus, cū penes se cōsideraret, quam facile sępenumero fortissimę ciuitates, ppter inhabitātiū incuriā, in manus hostiū uenire soleāt, dū munitionib. uel naturalib. uel manufactis cōfisi, securi reddunt & prorsus socordes: deinde cū cognouisset, qua de causa munitissimis locis quę uim hostiū sustinere posse putant, stationes fieri cōtingat: uideretq; tū tēporis, iuxta opinionē quę animo ipsius insederat, cūctos de Sardensiū munitione, quòd hoc pacto capi & occupari possit, desperasse: & unā hanc spē resi duā habere, posse eā ciuitatē occupari, si ad rerū necessariarū penuriā redigerentur: hoc amplius animū intēdit, & quēuis modū uensā', satagens an aliqua occasione ciuitatē occupare posset. Postea, ubi murū eo loco quē Serrā uocāt (is aūt est quo & ciuitas & arx cōiungūtur) sine ulla custodia neglectū manere animaduertit, secūdū spē suam & cogitationē quam animo cōceperat, accidit, ut custodū incuriā tali quopiā indicio significatā obseruaret. Locus ille uehemēter pręruptus erat, et uallē habebat subiacentē, in quā ex ciuitate mortuos, equorūq; & iumentorū cadauera deijciebant. In hūc locū frequēter uulturū et aliarū alitū multitudo cōgregabat. Vir itaq; prædictus cū uolucres post pastū iā saturas in summitatib. prępruptę uallis et muro indesinēter cōquiescere cerneret, inde cognouit, eā muri partē necessariò esse neglectā, et ut plurimū desertā. Deinde nocturno tēpore accuratè accedēs, gradus et accessuū situ indagat. Cū aūt accessum aliquo uallis loco patere, quò ascēdi posset, deprehēdisset, regē ea de re instruit. Rex spe cōcepta, Lagorā in instituto pgere hortat, simulq; facturū se quę fieri queāt pollicet. Lagoras regē orat ut sibi Theodotū Aetolū, et Dionysiū, satellitū ducē, adiūgeret, illisq; pcipere t, ut instruēdis hisce insidijs cōsortes esse uellēt. uidebat enim uterq; ad id instituti satis habere et uiriū & animi. Rege mox q petebat faciēte, cōsentiūt int' se. cōmunicatoq; cōsilio noctē obseruāt, cuius matutina portio lunari splēdore destitueret. Hāc cōsequuti diē pcedēti sub uespertino crepusculo XV uiros, et corporib. et animis fortissimos deligūt, qui simul et gradus unà aggrederēt, et simul ad superiora cōscenderēt, inq; eo ausu ipsis cōsortes existerēt. Post illos eligunt alios XXX, qui ex interuallo in insidijs essēt, ut ubi ipsi superatis mœnijs ad uicinā portā irruerēt, isti externè accurētes, cardines illius & ĩūcturas infringere conarētur, ipsi uerò internè uectes ac seras amolirent. Constituūt etia M M, ad hoc, ut istos à tergo

seque-

sequerẽtur, & una irruẽtes theatri coronã occuparẽt, quæ sic erat ex industria cõstructa, ut et illis qui ex arce, & rursus si qui ex ciuitate accederẽt, esset opposita. Ne uerò aliqua propter uirorum istorum selectionẽ ueritatis suspicio daretur, rationem assignat futurum esse, ut Aetoli per uallem quandam ciuitatem inuadere conarentur, ideoq; necessariũ esse ut isti præsta essent ad obseruandũ illos, iuxta acceptũ indiciũ. Paratis aũt omnibus, mox atq; abdita esset Lunate iubar, ij qui cũ Lagora erãt, acceptis scalis ad præruptę uallis eminẽtiã clanculum accedunt, seq; sub prominenti quodam supercilio occultant. Ad ortum autem diei, cum ex eo loco dimissi essent custodes, & rex pro sua consuetudine alios ad subsidia emitteret, alios multos in hippodromũ educeret & ordinaret, principiò quidem nulla erat cuipiam eius rei quæ gerebatur suspicio: uerùm duabus scalis muro admotis, quarum altera Dionysius, altera Lagoras primi ad fastigia scandebant, tumultuatio & commotio excitatur in exercitu. Accidit enim, ut qui murum scandebant, nec ab illis qui in ciuitate; nec ab ijs qui sub Achæo in arce erant, propter supercilium in uallem prominens, uideri possent. Militibus autem qui in exercitu erant, cõspicuus erat ascendentium & ciuitatẽ inuadentium ausus. Quapropter alij propter inexpectatam audaciã obstupefacti, alij quod futurum erat præuidentes ac metuentes, partim stupidi, partim gaudentes stabant. Vnde rerum, cum per uniuersa castra cerneret esse motũ, uellet; tam suos quàm eos qui in ciuitate erant auellere à proposito, exercitum adducit, & utraq; portas obsidet, quas Persidas uocabant. Achæus uerò, cum ex arce motus aduersariorum alienos à consuetudine uideret, plurimum hæsitabat, ad præsentem causam ineptus, & quid gereretur haudquaquàm intelligere ualens. Mittit tamen qui ad portam accurrerent, quorum auxilium, propterea quòd per angusta & prærupta loca descendebant, admodum tardum esse contigit. Aribazus uerò, qui ciuitati præfectus erat, inoffenso cursu ad portas prorupit, quas Antiochum inuadere uiderat: & alios murum ascendere, alios per portã emissos, appropinquantes hostes prohibere, & conflictu impetere iussit. Interea qui cũ Lagora, Theodoto & Dionysio erant, præruptis mœniorũ fastigijs superatis ad subiacentem portã ueniunt, & alij ex illis occurrentes ciues pugnando excipiũt, alij uectes portę dirimũt. Simul externè irruunt & illi, qui ad id loci dispositi erant, & cõsimiliter eam portam impetunt. Confestim reserata porta duo millia illa ciuitatem ingrediuntur, & coronam theatri occupant. Quo facto accurrũt quotquot fuerant in muris, & in porta, quam Persidem uocant, ad quam antea sub fidij gratia aduolauerant, qui ab Aribazo missi erant: satagentes illis occurrere, qui eam inuadebant. Facta hac discessione, aperitur porta: & nonnulli qui cum rege erant, eos sequuti qui portã deserebant, simul cum illis intro irrumpunt. Hi cum portam continua impugnatione occupassent, alij intrò in ciuitatem irrumpunt, alij uicinas portas diruunt. Qui cum Aribazo erant, & cuncti ciues, parumper cum hostibus irruentibus cõgressi, ad arcem sese fuga proripiunt. Facta hac fuga, qui cum Theodoto & Lagora erant, loca theatro uicina retinebant, prudenter & efficaciter totius causæ curã gerentes. Reliquus uerò exercitus simul undiq; irruens, ciuitatem occupat: atq; ita alijs eos occidentibus, in quos incidebant, alijs ædificia incendentibus, alijs ad rapinam & sua ipsorum commoda anhelantibus, ciuitas illa prorsus exitio & rapinę tradi tur. Et hoc quidem pacto Sardeorum dominiũ consequutus est Antiochus.

EPITOMES OCTAVI LIBRI HISTORIARVM

Polybij Vuolfgango Musculo Interprete.

PROPTER huiusmodi autem calamitates debeant ne culpari, uel ueniam promereantur & commiserationem, quibus illæ acciderunt, certo quidẽ & in uniuersum pronunciari non potest: propterea quòd compluribus, quibus cuncta rationi consona gesta sunt, hoc usuuenit, ut subijcerentur illis, qui quæ coram hominibus iusta sunt & æqua, cupidè trãsgredi-

untur;

untur, uerùm ne hinc quidem temerè abstinendum est à pronunciatione, sed ad tempora & circumstantias euentuum respiciendo, ex ducibus alij culpandi ueniunt, alijs ignoscendum est: id quod hinc manifestum esse patet. Archidamus Lacedæmoniorum rex, cum Cleomenē regno adspirare suspicaretur, Spartā fuga reliquit. Paulo pòst autē rursus persuasus, illi seipse in manus dedit. Quo facto, & regno pariter & uita spoliatus, nihil excusationis eorū quæ passus est, posteris reliquit. Etenim cum causa maneret eadem, & Cleomenis dominatus succreuisset etiā, qui sui copiam illis fecit, quos antea fugiendo saluti suæ præter opinionem consuluerat, quomodo rationi consentaneū esset, ut non passus fuerit quæ suprà commemorauimus? Quin & Pelopidas Thebæus, quamuis de iniquitate Alexandri tyranni loquutus esset, certoq; sciret, quemuis tyrannum eos sibi ducere inimicissimos, qui libertati patrocinantur, nihilo tamen minus Epaminondæ persuasit, ut non modò Thebęorū, sed & Greçorum Democratiæ præesset. Et cum hostis Thessaliæ ad hoc esset, ut Alexandri monarchiam destrueret, secundò tamen ad Alexandrum legationem obire sustinuit. Itaque cum in potestatem inimici ueniisset, Thebæis plurimum incommodauit, ac gloriam illorum, quam ad id usque temporis habuerant, perdidit: propterea quòd fidem illis, quibus minimè oportebat, habuisset. Consimilia & Caio Romanorum duci bello Siculo acciderunt, qui se imprudenter in manus hostium coniecit. Et plures alij talia passi sunt. Culpandi itaq; sunt, qui se ipsi incircumspectius in potestatem hostium tradunt: culpandi uerò nō sunt, qui quoad eius fieri potest, prudenter cuncta gerunt. Etenim prorsus nemini quicquam credere, nō facit ad res gerendas. Si uerò argumentis, quatenus fieri licet, certis habitis, quæ rationi conueniūt egeris, reprehensione carebit. Sunt autem huiusmodi uerosimilia argumenta, iusiurandum, liberi, uxores, & quod maximum est, uita præterita. Quod si horum quoq; reputatione in calamitatem incideris, non tua, qui pateris, sed eorum est culpa, qui hoc faciunt. Quapropter talia potissimum quærenda sunt argumenta & satisfactiones, quorum gratia is cui creditur, fidem datam infringere non poterit. Quoniam uerò rarum est talia inuenire, *proximū fuerit ea curare, quæ rationi consentiunt: ut si hoc quoq; pacto falsi fuerimus, excusationem apud eos non amittamus, qui extra sunt: id quod & pluribus anteceſsoribus nostris euenit. Est autem magis clarum, & temporibus illis, quorum iam mentionem fecimus, uicinius, quod Achæo accidit: qui quamuis nihil eorum omiserit, quæ ad cautionem & securitatem fieri poterant, sed cuncta, quatenus humano sensui possibile erat, prouidè gesserit, nihilo tamen minus in potestatem hostium deuenit. Itaq; quod euenit, commiserationem quidem ac ueniam ei qui passus est, apud extraneos, accusationem uerò & odium apud eos peperit qui hoc illi intulerunt. Haud alienum uerò mihi à conatu nostro & primario proposito uidetur, auditores de rerum istarum magnitudine, & ambitioso utriusque Reipublicæ, Romanæ uidelicet & Carthaginensis, studio, commonefacere. Quis enim non obseruandum esse duxerit, quomodo tantarum ciuitatum moderatores, quamuis gnari eorū essent quæ in Italia, nec secus eorū quæ in Iberia contigerant, & præterea de hisce utrinq; spem quidē de futuro haberent obscuram, indubitata uerò & iam instātia pericula expectarent, nihilo tamen minus præsenti incōmodo contenti nō fuerint, sed et de Sardinia & Sicilia inter se contenderint, & cuncta complexi sint, non spe modò, sed & sumptibus & apparatu bellico: id quod potissimū quis, si singula inspiciat, admirabitur. Etenim duo iusti exercitus unà cum consulibus præsidio Romanis fuerāt in Italia, & duo in Iberia, quorū pedestri Cnæus, nautico uerò Publius præfuit. Et Carthaginēsibus quoq; uniuersis meritò ista acciderūt. Ad hęc & in locis Græcię, conatibus Philippi classis occurrerat, in qua primū Marcus Valerius, postea uerò Publius Sulpicius, Appius quoq; unà cū illis, naues habens quinqueremes centū, abnauigabāt. Marcus Claudius uerò pedestribus copijs instructus, Sicilia inuaserat. idem fecerat Amilcas, à Carthagi-

Vel satis prosperum.

nensibus missus. Ex quibus iudico, id quod initio operis frequenter diximus, nũc ex ipsis rebus gestis certã inuenire fidem. Hoc aũt erat, fieri non posse, ut qui particulares historias scribũt, uniuersalem rerũ dispositionem cõsiderare ualeant. Quomodo nanq; possibile est, ut qui Sicula & Iberica gesta nudè ac seperatim legit, uel magnitudinẽ uel cõtinuã seriem gestorũ cognoscat, intelligatq;, quo Reip. more uel genere fortuna id perfecerit, quòd apud nos est omniũ maximè stupẽdũ? quod uidelicet cũctę totius orbis partes, quę ad mortaliũ cognitionẽ uenerũt, uni principatui ac dominatui tanq; inertes & ignauę subijciunt: id quod nunq; antea euenisse reperitur. Etenim haud quidè impossibile est, etiã ex particularib. commentarijs aliquatenus cognoscere, quomodo Siciliã Romani ceperint, & Iberiã occuparint: quomodo uerò ad uniuersalẽ istũ principatũ peruenerint, et quid ex singulis gestis ad uniuersales illorũ conatus aliquid emolumẽti cõtulerit, & quid deniq; & quib. temporib. cooperatũ sit, ęgrè sine integra et uniuersali gestorũ historia cognosci poterit: neq; etiã magnitudinẽ rerũ gestarũ, nec eius Reip. potentiã easdem ob causas facile considerare licebit. Quod enim Romani Iberiã adhuc et Siciliã sibi uẽdi carũt, & exercitib. tam nauticis q; pedestribus bella gesserũt, si in seipso ac seor sum dicitur, nihil habet admiratione dignũ. Quod uerò simulatq; ista acciderũt, multa quoq; alia, eodẽ tẽpore ab eiusdem Reip. principatu perfecta sunt, & si cõsideretur quomodo cũ illa gererent, & quibus calamitatib. ac bellis, in propria ipsorũ regione, circa eos ipsos qui supradicta omnia gesserũt, adflicta ti fuerint: sic demũ quę facta sunt, clara & admirãda reddẽtur, & sic potissimũ harum rerũ scientia quadrabit. Sint hæc itaq; aduersum eos dicta, qui particularib. cõmentarijs ad uniuersalis ac generalis historiæ experientiam uenire se posse putant. Marcus uerò LX quinqueremiũ nauiũ classe instructus, ad Achrandinẽ adnauigauit: quarũ singulę refertę uiris erãt, fundas & cuspides habentib. quib. eos repulsuri erãt, qui ex propugnaculis dimicabãt. simul aũt & octo quinqueremes habebat. quib. remigij series inerat tã à dextris q; sinistris, atq; illas inter se cũ duobus leuibus parietib. cõiunctas, ad murũ per remigationẽ, quę erat extra parietes, adduxerũt. Et has uocãt Sambucas. Genus autẽ structurę dictorũ instrumentorũ tale est. Scalã pararunt latitudine IIII pedũ, sic ut dũ ex naui descenditur, muro adæquetur. Huius utrũq; latus cãcellis muniuerũt, & desuper tegulis defensorijs armarunt, et obliquã parietib. imposuerũt, quib. cõiunctę naues cõstringebant, sic ut plurimũ embolis pręemineret. Deinde & ad malos nauiũ rotulę erãt desuper cum funib. desilientes. Vbi necessitas ingruebat, funib. in uertice scalę religatis per rotulas in puppi stantes trahunt. Et alij cõsimiliter in prora structurã eius machinamenti repagulis firmãt, ac deinde per remigationẽ, quæ ab utraq; illa externi remigij serie fiebat, telluri nauib. appropinquãtes, dictũ instrumentũ muro applicãt. In summitate aũt scalę tignũ est quod scutis Persicis trinã superficiem cõmunit, quo quatuor milites ascendẽtes aduersum eos decertãt, qui inde à propugnaculis applicationẽ sambucæ impedire conãtur. Vbi applicata scala murũ occupauerint, ipsũ scutorũ latera utrinq; soluentes, propugnacula uel turres cõscendunt: reli qui per Sambucã i stos cautè sequũtur, scala per malos in utrãq; nauẽ demissa. Structura aũt ista nõ immeritò hãc est appellationẽ sortita. Quando enim perficitur & erigitur, redditur figura nauis huius & scalæ, in unũ redacta, sambucę cõformis. Et hi quidẽ ad hũc modũ instructã machinã turrib. admouere cogitabãt. Supràuerò uir paratis instrumẽtis ad quoduis spaciũ cõmodis, dictus robustoribus ac maioribus iaculis procul adnauigantes uulnerabat, & in hæsitationem ac difficultatem cõijciebat. Vbi aũt iacula illa ultra hostẽ ferebãtur, minoribus utebatur: ac semper intermedij spacij rationem habens, adnauigantem hostem in tantã cõfusionem ducebat, ut impetũ et adnauigationem illius prorsus impediret: donec Marcus perplexus redditus, clanculũ noctu traductionem nauiũ facere cogeretur. Cum aũt extra iacula telluri appulissent, rursus aliud structuræ genus aduersus eos parauit, qui de nauib. pugnaturi erãt.

Sambucæ bellicæ descriptio

Archimedis machinæ mirabiles

Murum

Murũ ad ſtaturã hominis crebris foraminib. in externa ſuperficie magnitudinẽ palmæ habentib. perforauit, quibus iaculatores, & repulſoria inſtrumẽta intra murũ admouit, & per illa foras iaculando conatus aſcendentiũ hoſtium ictitos reddidit. Et hoc pacto tam procul diſtãtes q̃ propinquos hoſtes, nõ ſolũ ab impetu ipſorũ cohibuit, ſed et plurimos illorũ internecioni dedit. Vbi uerò hoſtes ſambucas uſurpabãt, inſtrumẽta parabat ipſe, quę ſupra murũ uniuerſum extol leret reliquo quidem tẽpore abdita, ubi uerò neceſſitas uſum illorũ flagitabat, ex interioríb. partibus ſupra murũ erecta, & plurimũ è ſublimi antennas impetentia: quorũ nõnulla lapides haud minores pondere decem talentorũ, quædã uerò pondera plũbea æquilibra iaculabanť. Deinde cũ ſambucę aliquãdo ſufficienter carcheſio & antennis per quandã chaſteriã circũductæ admouebanť, lapidẽ in eam ſtructurã demittebãt: unde non modò inſtrumentũ illud, ſed et ipſam nauim cõquaſſari, et eos qui in illa erãt prorſus periclitari cõtigit. Rurſus quędã ex machinis ſupra hoſtes irruentes, et ſcutis ad hoc tectos, ne iaculis quę per murũ mittebanť, læderentur, & mediocres lapides deijciebãt, ut qui de prora pugnabãt, fugarenť: & ſimul ferream manũ, catena deuinctã inijciebãt: quã manu tenẽs qui antennã gubernabat, apprehenſa prora, calcaneũ machinæ intra mœnia trahebat. Si quãdo aũt prorã cleuãs, nauim ſupra puppim erigebat, proram inſtrumẽtis reddebat immotã, manum uerò & catenã per chariſteriam quandã de machina proijciebat. Quo facto, ex nauib. aliæ in trãſuerſum rapiebantur, alię ſubuertebanť etiã, plurimę uerò proris è ſublimi deiectis mergebãtur, & undis ſimul ac perturbatione replebanť. Marcus, his quæ ab Archimede fiebant, cõſternatus ac perplexus redditus, cũ eos qui intra mœnia erant, conatus ſuos cũ detrimẽto & ludibrio propulſare cerneret, quãuis moleſtè ferret q̃d accidebat, nihilo tamen minus factũ illius irridẽs, Archimedẽ nauib. ſuis è mari haurire, & ſambucas alapis pcuſſas, ueluti rupto fœdere turpiter eſſe prolapſas dicebat. Et huiuſmodi quidẽ finem obſidio per mare facta accepit. Qui uerò cũ Appio erãt, cõſimilẽ difficultatẽ paſſi, conatib. ſuis deſtiterũt. Cũ enim adhuc aliquãto interuallo diſtarẽt à mœnijs, iactu lapidũ et catapultis p̃ cuſſi interibãt. Erat enim iaculorũ ſtructura & multitudine et efficacia admirabilis: quã Hierõ quidẽ ſuppeditauerat, Archimedes uerò tanq̃ architecton & opifex fabricauerat. Vbi uerò ciuitati appropinquabãt, alij iaculis per murũ, ſicuti ſupra meminí, cõfecti, continuè ne accederẽt arcebanť: alij ſcutis tecti, & ob id uiolentius irruentes, lapidib. deſuper et trabibus dejciebãtur, ac perdebantur. Haud pauci aũt manib. etiã ex machinis, ut antea dixi, conficiebantur. Viros enim unà cũ armis in ſublime raptos proijciebant. Secedentes itaq̃ in caſtra, ij qui cũ Appio erãt, & cũ chiliarchis cõſidentes, unanimiter cõſultarũt, & cuiuſuis ſpei experientiã capere ſtatuerũt, quo Syracuſas obſidione caperẽt. quod & tandẽ fecerunt. Cũ enim octo menſes ciuitatẽ illã obſidione cinxiſſent, nullo quidẽ ſtrategemate aut auſu bellico abſtinuerũt, oppugnationẽ uerò ciuitatis nunq̃ tentare ſuſtinuerunt. Vſq̃ adeò ſcilicet uir unus, et fortuna una, ſi rebus quibuſdã gerendis cõpetenter cõiungãtur, res admodũ magnas et admirabiles efficere uidenť. Itaq̃ illi, cũ tantos exercitus & mari haberẽt & terra, ſi quis unũ Syracuſijs ſenem adimeret, urbe ſe cõfeſtim potituros ſperabãt. Illo uerò p̃ſente, ne accedere quidẽ audebãt, eo modo, quo Archimedi facultas ad defendendũ eſſe poterat, atq̃ ita Syracuſas ſibi maximè per neceſſariorũ penuriã, propter multitudinẽ, quę in ciuitate erat, ſubijci poſſe putantes, in eam ſpẽ incũbebant: & claſſe prohibebãt, ne quid per mare, pedeſtri uerò exercitu, ne quid per terrã adferretur ſublidij. Nolentes aũt tẽpus illud inutili ocio cõſumere, quo Syracuſas obſidebãt, ſed ſi mul aliquid extra eam obſidionẽ, quod cõmodũ eſſet, moliri, diuiſerunt ſeſe duces: & exercitũ, ſic ut Appio duę illius partes ad obſidendũ ciuitatẽ manerẽt, tertia uerò aſſumpta Marcus Carthaginẽſes inuaderet, qui expeditionẽ in Siciliã faciebant. Philippus uerò Meſſenios quidẽ, hoſtes factos, nulla in re memoratu digna, lædere potuit, quãuis regionẽ illorũ adfligẽdi gratia inuaſiſſet, in eos uerò qui inter amicos admodum neceſſarij erant, maximã procacitatẽ & petu-

Archimedis laus.

lantiã exercuit. Seniorẽ enim Aratũ, gestis ipsius offensum, paulo pòst in Messena, unà cũ Taurione, qui ipsi in Peloponneso ministrauerat, ueneno sustulit. Igit̃ apud exteros quidẽ mox quod factũ erat innotuit. Erat enim potẽtia illius nõ recens in illis declarata, qui per id tẽporis peribãt, sed diuturna iam, & habitu cõfirmata. Aratũ sanè ipsum malũ hoc nõ latuit: quod ad hũc modũ manifestum est factũ. Cũ id omnes reliquos celasset, erga unũ ex ministris nomine Cephalonẽ, ꝓpter illius cõsuetudinem, silentiũ nõ tenuit, sed diligenter illi de morbo p̃dicti unà præsentis, & quid spuma parieti iniecta ac cruenta significaret, edixit, inquiens: Hæc sunt, ô Cephalon, prẽmia, quę ex amicitia Philippi reportamus. Vicꝫ adeò magnũ quid & honesta est mediocriras, ut quod factũ est magis eũ qui passus est, ꝙꝫ qui fecit, pudore suffundat. An quod tantorũ aliorũ gestorum consors ad hoc fui, ut Philippo cõmodarem, talia beneuolentiæ prẽmia relata sunt? Hic itaꝫ, cũ quòd principatu sæpenumero apud Achæos functus esset, tũ propter multitudinẽ & amplitudinẽ beneficiorũ in eam gentem collatorũ, uita functus cõpetentẽ honotẽ tam in patria ꝙꝫ in Repub. Achærorũ consequutus est. Victimas enim illi, & heroicos honores, & in summa, quæcũꝫ ad perpetuã memoriã faciebãt, decreuerũt: sic ut si mortuis aliquis est sensus, uero simile Achærorũ erga se probare gratitudinẽ, & adflictionũ ac periculorũ, quæ dum sit, illũ uiueret, acciderũt, cõmunicationẽ. Cum aũt iam olim de occupãdo Lisso & Acrolisso cogitaret, & ea loca in suam redigere potestatẽ molireꝫ, cũ exercitu ad illa mouit. Profectus aũt duorũ dierũ itinere, cũ angustias transisset, ad Ardaxanũ fluuiũ haud procul à ciuitate castrametat̃. Contemplatus uerò & ambitũ Lissi, cùm ad mare tum ad mediterraneã partẽ excellẽter natura pariter et structura munitũ, tum iuxta positũ Acrolissum, quæ arx tam propter extensionẽ in sublime, quàm propter aliã munitionem, eiusmodi habebat imaginationẽ, ut ne sperari quidẽ posset à quoꝫ, quod ui capi posset, spem capiundi illius tãdem abiecit, de capienda uerò ciuitate non admodũ desperauit. Cõsiderans aũt spaciũ intermediũ, & præminẽtis ad Acrolissum montis, cõmensuratũ esse ad castramerationẽ contra ciuitatẽ: cogitat in illo uelitares instituere pugnas, quod tum erat illi strategema consuetũ. Concesso aũt uno die Macedonib. ad recreationẽ, admonet eos in illo, quæ tum erãt opportuna, & magnã cõmodissimãꝫ robustorũ partem nocte adhuc in syluosas quasdã ualles, loco mediterraneo uicinas, & supta spacium, de quo antea dictum est, sitas, abdit: scutatos uerò ac reliquã expeditiorũ militum partem in crastinũ retinens, utraꝫ parte, mare uersus, iter ad ciuitatẽ instituit. Cum hanc transisset, & loco supradicto cõstitisset, manifestũ erat, quòd inde ciuitatẽ esset inuasurus. Quoniã uerò aduentus iste Philippi incognitus nõ erat, magna multitudo circũquaꝫ ex Illyride Lissũ cõfluxit. Etenim quoniã Acrolisso propter illius munitionem fidebant, medio crem quandam custodiam tandem in illum miserunt. Quapropter mox atque Macedones appropinquassent, confestim proruunt ex ciuitate, multitudine & locorum munitionibus cõfisi. Scutatos itaꝫ Rex in planicie constituit: leuioribus uerò mandat, ut in tumulos ptogressi, fortiter cum hostibus dimicarent. Facientibus illis quod mandatum erat, aliquantulũ par erat utrinꝫ periculum. Postea uerò milites Philippi difficultate loci et multitudine hostiũ retrouertũt. Cum illi ad scutatos cõfugerent, qui ex ciuitate erant, per contemptũ progressi ad planiciem, unà cũ retrocedentib. descendũt, et cũ scutatis cõfligunt. Hi uerò qui in Acrolissõ custodiæ gratia erant, uidentes Philippũ ex successione cũ cohortib. sensim recedere, & putantes illũ omnino sese subducere, clanculũ decurrũt, natura loci cõfisi. deinde paucis in Acrolisso relictis, per inuia loca ad plana et campestria perinde ruunt, ac si cõmoditas quædã ex hostiũ fuga futura esset. Interea uerò qui loco mediterraneo in insidijs fuerant, occultè insurgentes molestum redebant accessum. Simul aũt cũ illis & scutati impetũ in aduersarios faciunt. Quo facto, perturbatur multitudo, & Lissani sparsim retrocedentes ad ciuitatem, ut seruarent̃, cõfugiunt: ij uerò qui Acrolissũ reliquerant, per eos qui ex insidijs prodierant, intercluduntur. Vnde & factũ accidit, cuius antea nulla

spes

ſpes fuerat, ut Acroliſſus uidelicet confeſtim ſine ullo diſcrimine, & Liſſus, ſequenti die, Macedonibus fortiter decertantibus, & operoſas & horribile impreſsiones facientibus, caperetur. Philippus igitur dictis locis præter expectationem potitus, per hanc occaſionem cunctos ſibi uicinos circumquaq; ſubiecit, ſic ut Illyriorum plurimi ciuitates illi committere uellent. Nulla enim prorſus munitio erat, quæ uiolentiam Philippi ſuſtinere poſſet: neque ulla ſecuritas apparebat, ſi quis illi reſiſtere uellet, poſtquam dictæ munitiones per uim erant captæ. Bolis quidam erat, uir natione Crerenſis, plurimum temporis in palatio conuerſatus, & principali præfectura ſublimatus. Videbatur hic & prudens eſſe, & audaciam habere confidentem, ſimulq; experientiam conſequutus in rebus bellicis haud inferiorem. Huic Soſibius pluribus uerbis perſuadens, cum eum beneuolum ſibi ac propenſum erga ſe reddidiſſet, cauſam quā exequereť cōmendauit, dicēs, quòd nulla in re, per id temporis, regi magis gratificari poſſet, q; ſi ſecū cogitaret, quomodo & qua ratione Achæū ſeruare poſſet. Quod eū Bolis audiſſet, ſeq; de dictis rebus cogitaturū recepiſſet, diſceſſit. Poſt biduū aut triduū, cum rem auditā ſecū ipſe reputaſſet, Soſibiū accedit, illiusq; exequutionem in ſe ſuſcipit: Sardibus ſe multū temporis hæſiſſe, locorūq; illorū experientiā habere dicens, addit, Cambylū ducem Cretenſiū militum, qui apud Antiochum militant, nō ſolū ciuem, ſed & cognatū & amicū ſuum eſſe. Cōtigit autem, & Cambylū, & Cretenſes qui ſub illo erant, habere ſub cuſtodia ſua poſteriora arcæ loca, ipſis cōcredita, quæ nullā ſtructurā acceperunt, ſed cōtinuatione & frequentia uirorū qui ſub Cambylo erant, ſeruabātur. Soſibio itaq; cogitationem illam probante, ac reputante, fieri ne poſſet, ut Achæus ex calamitate ſeruareť: aut ſi poſſet, an ſatius eſſet hoc fieri per aliū quempiā, q; per Bolidem. Cum eiuſmodi animi propenſio etiam circa Bolidē cōcurreret, feſtinanter hæc cauſa progreſſum eſt cōſequuta. Soſibus enim mox pecunias expendebat, ne quid ad hoſce conatus deſideraretur, & multa ſe daturū pollicebatur, ſi reſiſtaritē expediretur. Denicq; & gratiā regis, & ipſius Achæi, ſi ſeruaretur, excellenter amplificans, ſpem Bolidi magnificā injiciebat. Et uir iam dictus paratus ad exequendū hanc cauſam, & moræ impatiens, abmauigat, acceptis literis cōmendaticijs, & fidem facientib. cùm Rhodum ad Nicomachū, qui paterna beneuolentia & fide erga Achæum affectus uidebatur, tum Epheſum ſimiliter ad Melancomam. Erant enim illi, quorū opera Achęus etiam antea tam ad Ptolemęū quàm ad alia cuncta externa loca accedens uſus fuerat. Cum Rhodū, & poſtea rurſus Epheſum uenisſet, deq; cauſa hac cum dictis uiris cōmunicaſſet, & paratos illos ad ea quæ petebant inueniſſet, Arianū quendā ex illis quos ſub ſe habebat, ad Cambylū mittit: ad hoc quidē ſe Alexandria legatū uenisſe dicens, ut externos milites colligeret, uelle tamē cum illo de rebus neceſſarijs cōferre. qua propter putare ſe, conſtituendū eſſe tempus & locū, quo nemine conſcio cōuenirent ipſi. Mox itaq; Arianus Cambylū cōuenit, & quæ in mandatis habebat aperit. Vir dictus animo parato ad quæ cōpellebatur audit, dieq; & locū utriq; cognitū deputat. quò cum noctu uenisſet, Arianū à ſe dimittit. Bolis uerò, cum Cretenſis eſſet, & natura uerſutus, rem omnē indagat, & uniuerſum inſtitutum ſcrutatur. Tandem iuxta Ariani conſtitutionē Cambylū cōueniens tradit, epiſtolam: qua in mediū allata, more Cretenſiū deliberāt & cōſultant. Haud enim ad id ſpectarunt, ut periclitanti ſuccurreretur, neq; ut fidei illorū ſatisfieret, qui cauſam hanc ipſis cōmendauerant: ſed ad ſuam ipſorū ſecuritatem & cōmoditatem. Cū enim utriq; Cretenſes eſſent, mox in eandem ſententiā deſcenderūt: quæ iſta erat. Decem talenta à Soſibio tradita, cōmuniter inter ſe eſſe diuidenda: deinde rem ipſam Antiocho manifeſtandā, illoq; cooperatore utendum, ac promittendū, quòd Achæum ipſi iſtere uellent, ſi pecunias, & ſpem in futurū dicto conatu dignā acceperint. His confirmatis, Cambylus ea quæ Antiochū concernebāt, in ſe tranſigenda ſuſcipit. Bolis uerò cōſtituit, miſſurū ſe Arianum poſt aliquot dies ad Achæum, unà cum literis cōmendaticijs à Nicomacho & Melā coma acceptis. De eo aūt quo modo Arianus arcem tutò poſſet ingredi,

De Achæo dolis circumuento.

ac rursus egredi, illū curare iubet. Si uerò admisso hoc conatu Achæus, ijs quæ Nicomachum & Melancomam concernūt, respōderit, sic futurū inquit Bolis, ut ipsum in manus & cōgressum ipsi Cambylo tradere possit. Huiusmodi constitutione facta, descendentes à se inuicem, quisq; quod decretum erat perficere satagunt. Cambylus prima occasione potitus, causam hanc defert ad Regem. Antiochus, quoniam ea pollicitatio ipsi & placebat, & præter expectationem offerebatur, partim quidem admodū grato illam animo accipiebat, ac nihil nō promittebat, partim uerò diffidens, singula illorum consilia & instituta scrutabatur. Vbi uerò credebat, & conatum hunc quasi diuinitus geri putabat, petebat, ac frequenter etiam precabatur, ut res ista perficeretur à Cambylo. Consimiliter Bolis apud Nicomachum & Melancomam egit. Illi credentes hunc conatum geri à supremo, mox literas componunt Ariano, ad Achæum, per modum symbolicū, sicuti consuetudo ipsis erat, scriptas: illumq; mittentes adhortantur Achæū, ut ijs quæ à Boli & Cambylo agerentur, fidem haberet. Et hæ literæ sic erant scriptæ, ut si quis illas in suam potestatem abripuisset, nihil eorū intelligeret, quæ in illis continebātur. Arianus itaque opera Cambyli adiutus, arcem ingreditur, & literas ijs qui cum Achæo erant, reddit: simulq; ab initio præsens ijs quæ agebantur, diligenter de singulis instruit. Et quamuis frequenter de Sosibio & Bolide, deinde & Nicomacho & Melancoma, maximè autem de Cambylo responderet, de suo tamen argumenta illata fortiter sustinebat: & ob id potissimum, quod seriem eorum quæ inter Cambylum & Bolidem decreta fuerant, ignorabat. Achæus uerò cùm propter Ariani responsa, tum maximè propter literas Nicomachi & Melancomæ, ijs quæ adserebantur fidem habens, respondet, & confestim Arianum remittit. Cum id autem frequenter utrinq; esset factitatum, tandem qui cum Achæo erant, ex seipsis Nicomacho renunciant, nullam salutis spem superesse posthac amplius, iubentq; Bolidem unà cum Ariano intempesta nocte, tanquam manus ipsis iniecturos mitti. Erat autem circa Achæum tale consilium. Primùm, ut instantia discrimina euaderet: deinde, euasurum se illo progressu ad loca Syriæ. Alebat enim spem admodum magnam, posse se, si subitò & præter expectationem apud incolas Syriæ, Antiocho adhuc Sardibus hærente, appareret, magnam excitare cōmotionem, & magnam laudem consequi tam apud Antiochenos, quàm eos qui Cauam Syriam & Phœniciam inhabitant. Achæus itaque, cum in huiusmodi spe & cogitationibus uersaretur, aduentum Bolidis expectabat. Qui uerò cum Melancoma erant, Ariano recepto, & lectis epistolis, Boliden amandarunt, pluribus illum adhortantes, ac spem magnam facientes, si conatum hunc exequeretur. Ille præmisso Ariano, aduentum suum Cambylo significat, & noctu ad locum constitutum uenit. Cum hi duo diem unum consedissent, atque inter se de eo constituissent, quomodo singula exequi possent, postea noctu castra ingrediuntur. Erat autem illorum constitutio huiusmodi. Si Achæum ex arce solum, uel adhibito comite, cum Bolide & Ariano progredi contingeret, posse eum ut neglectum capi ab insidiatoribus. Si uerò cum pluribus progrederetur, uideri difficile propositum esse ijs quibus hoc mandati datum erat: & alioqui satagebant, ut eum uiuum caperent, propterea quod ea potissimum ratione Antiocho se gratificaturos sciebant. Quapropter oportebat Arianum quidem, cum Achæum educeret, præcedere. quòd is diuerticulum sciret, per quod sæpenumero ingressus fuerat & egressus. Boliden uerò alios à tergo subsequi, ut cum uentum esset ad locum, in quo debebant insidiatores per Cambylum esse parati, Achæum comprehenderet & teneret, & ille nec in tumultu nocturno per loca syluosa euaderet, nec seipsum consternatione affectum in præruptam aliquam uallem præcipitem daret, sed iuxta ipsorum propositum in manus inimicorum uiuus incideret. His ita ex pacto constitutis, cum Bolis ad Cambylum uenisset, hac ipsa nocte qua uenerat, ad Antiochum à Cambylo, solus ad solum ducitur. Hunc cum Rex amanter

ter accepisset, fidem que super promissis dedisset, & utrumque pluribus adhortatus esset, ne quid in proposita causa cunctanter agerent, tum in castra sua reuertuntur. Matutino crepusculo Bolis, una cum Ariano ascendit, & noctu adhuc arcem subingreditur. Achæus illum ex animo & amanter excipiens; multis ac diligenter de singulis percontatur. Cum autem uirum hunc cùm ex aspectu externo, tum ex colloquio, id quod rei status erat trahere animaduerteret, partim quidem propter spem salutis animi gratitudinem ostendebat, partim uerò plenus erat angore, propter eorum quæ erant euentura magnitudinem. Quoniam uerò & animi præsentia nemini cedebat, & in rerum experiētia plurimùm ualebat, iudicabat non amplius sibi cunctam fiduciam locandam esse in Bolide. Quapropter illi ad hūc modum loquitur, quod in præsenti quidem fieri non posset, ut exiret, missurum uerò se cum ipso tres uel quatuor ex amicis, post quorum consultationem cum Melancoma factam, ad exitum sese parare uelit. Itaq; Achæus quidem, quæ fieri poterant fecit: id uerò ignorauit, Cretizandū esse, ut in prouerbio dicitur, cum Cretensibus. Bolis enim nihil non exploratum habebat eorum quæ hanc partem concernebāt. uerùm cum ea nox adesset, in qua se amicos simul missurum dixerat, præmissis Ariano & Bolide ad exitum arcis, iussit eos expectare tantisper, dum qui unà egressuri erant adessent. Illis obtemperantibus, per id temporis rem cum uxore communicat. & quoniam Laodicen improuisæ rei commemoratione animo cōsternatam reddiderat, aliquandiu dum eam placat & bonæ spei expectatione mitigat, moras nectit. postea quintus ipse factus, alios quidem mediocriter uestit: ipse uerò trita & uulgari ueste sumpta, humilem se & obscurum reddit, ac sic progreditur. Dederat autem uni ex amicis in mandatis, ut ipse perpetuò ad ea quæ dicerētur ab Ariano responderet, & ab illo quo'nam properaret auditet & cognosceret. De alijs uerò, quod Barbari essent, diceret. Cum aūt Ariano coniuncti essent, præcedebat ille propter itineris experientiam: Bolis uerò à tergo sequebatur, secundum quod initio propositum erat hæsitās & dubius super eo quod accidebat. Quamuis enim Cretensis esset, & cuncta propius cōiectaret, Achæum tamē propter noctis caliginem cognoscere non poterat, quis esset: imò ne hoc quidem, an adesset. Descēsu autem præcipiti & ut plurimū difficili existente, & quibusdam locis admodum intutè ac periculosè prono, cum ad eiusmodi locum aliquem uentum esset, & alij Achæum tenerent, alij excíperent (haud enim in uniuersum à reuerentia consueta per id temporis abstinere poterant) confestim Bolis quis'nam ex ipsis & qualis esset Achæus intellexit. Vbi ad eum locum uenerunt, qui Cambylo deputatus erat, & Bolis per fistulā proditionis symbolum dedit, alios quidem ij qui in insidijs erant insurgentes capiunt: Achæum uerò Bolis ipse manus indumentis abditas habēs comprehendit, ueritus ne cognitis insidijs, interimere se conaretur. Habebat enim machæram à se paratam. Subitò autem undiq; circundatus uenit in potestatem hostium, & confestim unà cum amicis ducitur ad Antiochum. Rex uerò cum animo suspensus esset, & quid futurum esset expectaret, solus in tabernaculo peruigil cum duobus aut tribus satellitibus manebat. Accedentibus autem illis qui cum Cambylo erant, & Achæum uinctum in terra collocātibus, sic propter rem stupēdam obmutuit, ut per multum temporis conticesceret, ac tandem commiseratione tactus illachrymaretur, quod illi ex eo, ut mihi uidetur, accidit, quod considerabat, quàm ea quæ à fortuna geruntur ineuitabilia sunt & incerta. Erat enim Achæus Andromachi filius fratris Laodicis Seleuci uxoris, & uxorem duxerat Laodicen Mithridatis regis filiam. et dominus erat uniuersæ illius regionis montis Tauri. Cum autem tum temporis & suo & hostium exercitibus in robustissimo orbis degere loco putaretur, in terra uinctus & in potestate hostium sedebat: nec quisquam quod factum erat sciebat, præter eos qui id exequuti fuerant. Orto autem die, amicis ex more in taber-

naculũ cõgregatis, & reipſa in cõſpectu propoſita, idẽ accidit & aliis quod antea regi eucnerat. Admirãtes enim quod factum erat, diffidebant iis quæ uidebant. Collecto cõſilio, multa de eo dicebãtur, quib. potius affici deberet. Decernitur itaq; primũ amputari debere miſero manus et pedes, deinde caput abſciſſum in utrẽ aſininũ conſui, & reliquũ corpus in cruce ſuſpendi. Quæ cum facta eſſent, & exercitus ea quæ acciderãt cognouiſſet, tantus oritur in caſtris furor & impetus, ut Laodice, quæ tantũ de egreſſu mariti ſciebat, ex arce proſpiciens, quid factũ eſſet ex perturbatione & tumultu exercitus coniectaret. Mox adeſt præco ad Laodicen miſſus, qui & indicabat quid actũ eſſet cum Achæo: & iubebat ut res ſuas cõponeret, & arce cederet. Primũ eos qui in arce erãt ululatus et uchemẽs lamẽtatio ſic occupat, ut nihil reſpondere poſſent: nõ tã propter beneuolentiã qua affecti erant erga Achæũ, quam propter caſum, qui ſingulis inopinus & improuiſus apparebat. Deinde is qui intus erãt, plurimũ hęſitabãt quid facerẽt. Antiochus uerò occiſo Achæo, imminebat iis qui in arce erant, indeſinẽter perſuaſus futurũ, ut ex illis anſa ſibi daretur, et maximè permilites: quod & tandẽ factũ eſt. Diſſidentes enim inter ſe, ſcindebãtur in partes, alij ad Ariobazũ, alij ad Laodicẽ inclinãtes. Quo facto, cõfeſtim utriq; propter mutuã diffidentiã & ſe tradiderunt, & arces. Itaq; Achæus, cum omnia rationi cõuenientia egiſſet, eorũ qui fidẽ ſibi fecerant præuaricatione uictus, uitã finiuit, exemplum poſteris duplici nomine haud inutile factus. Primũ ad hoc, ne quis temerè cuilibet fidẽ habeat: deinde, ne quis propter rerũ ſucceſſum inſoleſcat, ſed cũcta ex pectet quę hominib. accidere poſſunt. Itaq; principio, uelut excurſiones facturi erumpunt à ciuitate, et noctu ad caſtra Carthaginenſiũ accedũt. & alij quidẽ loco quodam ſyluoſo cõſidentes, uiam obſident. Philimenos uerò & Nicõ caſtris appropinquant. Hos qui in cuſtodia erant, captos ad Hannibalẽ ducunt, nihil dicentes neq; unde, neq; qui eſſent: ſed hoc ſolũ ſignificantes, uelle ſe conuenire ducẽ. Mox ad Hannibalẽ ducti, uelle ſe illi ſeorſum loqui dicunt. Illo ipſos admodũ propenſo animo ad colloquiũ admittente, excuſant & ſe, & patriam, & ſimul Romanos multis ac uarijs modis accuſant: ne præter rationem ad huiuſmodi cauſam egreſſi uiderentur. Igitur Hannibal tũ quidẽ eos collaudat, & acceſſum eorũ comiter accipit: deniq; à ſe ſic dimittit, ut citò ad ſe redeãt, ſeq; rurſus cõueniãt. in præſenti uerò iubet, ut priora ex iumẽtis emiſsis, & hi uiri unà cum illis, ubi longius à caſtris eſſent abacti, cõfidenter dimitterent. Se nãq; curaturum ea quæ ſecuritatis eſſent. Hoc aũt ob id faciebat, ut ſibi acceſſum ad ſcrutandũ res iuuenum pararet: & illis fidẽ apud ciues faceret, quaſi ab ipſo Imperatore ad latrocinia excurrerent. Cũ id aũt quod iuſſus erat feciſſet Nicon, Annibal animo erat grato & hilari, propterea quòd hactenus ægrè cõmodam poterat perficiundi propoſiti nanciſci occaſionẽ. Philemon uerò magis adhuc propoſitę cauſæ inhiabat, ptopterea quod & ſecurus datus erat acceſſus ad colloquendũ, & Annibalẽ animo propenſum inuenerat, & præterea ſufficiẽtis cõmeatus copiã ſuis dandã eſſe, fidẽ ab illo acceperat. Tũ partim inito pacto, partim cõmeatu proſperè ſuccedẽte, nõ modo fidẽ faciebant Tarẽtinis, ſed & æmulatores habebant nõ paucos. Poſtea ſecũdò excurrentes, et cõſimiliter ſingula exequẽtes, fidẽ Annibali dederũt ipſi, & rurſus ab illo acceperũt, quod uidelicet Carthaginẽſes Tarẽtinos liberos reddere, nec uectigalib. aut tributo ullo in loco grauare, nec aliquid aliud illis imponere uellent: Romanorũ uerò ædes et diuerſoria, ſi urbe potirentur, Carthaginẽſib. diripere liceret. Deinde et illud pacti ſcuntur, quod cuſtodes, ubi ad caſtra uenirent, ipſi in promptu acciperent. Quibus factis, poteſtatẽ acceperũt frequenter accedendi & colloquendi cum Annibale, nunc uelut ad excurſionẽ, nunc quaſi ad uenationem ciuitatem egreſſi. His ita ad futurum compoſitis, plures quidẽ occaſionem obſeruabant, Philimenũ uerò uenationibus deputarũt. Etenim propterea quod ei rei ſupra modum ſtudebat, putabatur nihil in uita melius facere poſſe, quàm uenationi incũbere. Quapropter huic id muneris occaſione capiendarũ ferarũ exequendum iniunxerunt: primũ ut Caiũ Libiũ ciuitati præfectũ, deinde eos qui ueſtibulũ portarum

Redit ad hiſtoriam Carthaginẽſium.

portarũ,quas Temenidas uocant,custodiebãt,sibi deuincíret.Hic accepta hac cõmissione,quædã ipse uenando exequebat, quædã ipsi per Annibalẽ parabãtur.Ipse cõtinuò feras captas adferebat,quarũ alias dabat Gaio, alias custodib: uestibili portarũ,ut portã ipsi Rhinopylã dictã in prõptu aperirent.frequẽter enim noctu per illã, metũ hostiũ prætexens, ingredebat, et egrediebat, interim aũt illud ad propositũ accõmodabat.Cũ uerò eiusmodi iã cõsuetudinẽ Philimenus apud custodes portæ cõparasset,ut sine ulla hæsitatione, quotiescunq; noctu ad murũ accedẽs indiciũ fistulę dabat, Rhinopylã ipsi cõfestim reserarent, tũ obseruãtes Romanũ prefectũ,qui ad portã erat die aliquo cũ plurib.in eo loco futurũ, quẽ Museũ uocant,foro uicinũ, illũ diem Annibali deputãt.Ille uerò iamdudũ quidem figmentum hoc cõmentus fuerat, quasi ægrotaret, ne Romanis insolitũ uideret,si plusculũ temporis illis locis immorari ipsum audirẽt: at tum etiã magis infirmitatẽ simulabat.Abstinebat aũt à castris per triduũ, uia qua Tarentum itur. Vbi tẽpus adfuit, circiter mille uiros, corporis agilitate & animi cõfidentia excellentes,tam ex equitib.quàm ex peditibus delegit: illisq; mandauit, ut quatuor dierũ cõmeatũ secumquisq; haberet. Moturos aũt castra sub crepusculum matutinũ festinãter proficiscebat.Octoginta uerò Numadicis equitib.delectis in mandatis dedit,ut exercitũ triginta stadijs præcederent,et in utraq; itineris illorũ locorũ partes excurrerent,ne quis totũ exercitũ conspicari posset,sed ut alij interciperent ex fugientib.alij uerò qui euaderẽt,incursionẽ à Numadibus fieri in ciuitate nunciarẽt. Cũ aũt Numades stadijs quasi centum uiginti abessent,cœnã parãt ad fluuiũ quendã præruptum,& qui egerrimẽ uideri potest:et collectis ad se ducib.clarè significat,quid conaretur:& ingenuè hortat, primũ uelint cuncti dextros sese uiros præstare,quod nunquã ipsis maiora præmia proposita essent:deinde,ut quisq; suos milites in itinere sub se retineant & cohibeant,& acriter increpent eos qui prorsus suum locum transgredi præuaricariq; uellent.Postremò,ut animum adhibeant ad ea quæ præcipiuntur,nec quicquã proprio arbitrio extra iussa molianẽ.His dictis, & corã ducib. declaratis,principiũ profectionis facit existente adhuc caligine, ad hoc cõtendẽs, ut ad muros circa noctis dimidiũ ueniret, & præeuntẽ habens Philimenũ, cui & Synagrium ad constitutũ usum addiderat. Caio Libio itaq; cum sodalibus interdiu,iuxta adolescentũ præsumptionẽ,in Musæo existẽti, cum iam potandi studiũ propè ad summũ incaluisset, annunciatur Numidas ex occidẽtis partib.regionem eam inuadere. Ille cogitans quidem de reprimendis illis,aduocatis ad se ducibus mandat,ut dimidia pars equitũ sub matutinũ crepusculũ egressa,hostes regioni incõmodantes reprimerent.Hoc aũt pacto potissimum de tota causa cieõctabat. Qui uerò cũ Nicone & Tragisco erant,mox tenebris ingruentib.cuncti in ciuitate collecti,reditũ Libij cũ suis obseruant. Exurgentibus aũt illis properẽ,eo quòd interdiu bibissent,alij ad quẽdam locum abscedentes illic manent,alij uerò ex adolescentib. Caio obuiã eunt:iocantes ac laudẽtes inter se, & quasi eos qui in cõuiuio fuerãt, reducturos se simulãtes,imò magis uelut alienati, propter temulentiã eorũ qui cum Libio erãt, mox atq; cõgressi essent, utrinq; risus oritur & ludus incõtinens,deinde reflexi domũ reducũt Caiũ.Ille uerò quiescit temulẽtus,sicuti solẽt qui totos dies bibũt, nihil prę cipuũ aut graue habẽs in animo,sed plenus gaudio et socordia. Nicon uerò & Tragiscus receptis ad se adolescẽtib.diuiserũt se in tres partes:et habita obseruatiõe,accessus fori opportunissimos occuparũr,ne quid eos uel eorũ quę extrinsecus acciderẽt, uel quę in ipsa ciuitate fierẽt,latẽret. Appropinquant autem & ad domum Caij,certò futurũ scientes,ut si qua suspicio eius, quod Libio euenturum erat,otiretur,primũ illum fore conficiẽdum,& quicquid gereretur,initium ab illo sumendũ. Sicut aũt frequenter post reditũ à cõuiuijs accidere solet, cũ iam tumultuatio illa summatim transisset,& multitudo plebis sopita iaceret, ac noctis progressu spes ꝓpositi integra maneret,tũ cõgregati ad exequutionẽ procedũt. Erat aũt adolescentib.pactũ & cõuentio cũ Carthaginẽsib. Annibalẽ oportere, cũ ad ciuitatẽ uenisset, circa Mesoncæũ ad latus Orietale et portas

quas

quas Temenidas ocant, ignem in tumulo accendere, qui à nonnullis Hyacinthi, à quibusdam Apollinis Hyacinthi tumulus appellatur. Eos uerò qui cum Tragisco erāt, ubi hoc ita fieri utdissent, signo per ignem dato respondere uicissim: quo facto Annabilē, ignē extra ciuitatē accensum extinguere, ac pedetentim appropinquare ad portā. Hisce ita cōstitutis, urbica iuuentus ea ciuitatis parte transita, quę habitabaī, uenit ad monumēta mortuorū. Etenim Oriētalis pars ciuitatis Tarentinorū, plena monumētis, propterea quòd mortui etiānū omnes intra mœnia apud eos iuxta uetus quoddā oraculū sepeliuntur. ferunt enim Tarentinis Deum per oraculū significasse, satius illis ac melius fore, si cum plurib. habitent. illos uerò sic se quàm optimè iuxta oraculū habitaturos putare, si mortuos quoq; intra mœnia secū retineant: ideoq; illos ad hunc usq; diē mortuos suos intra muros sepelire. Iuuētus itaq; ciuitatis, cū ad hūc Pithyonicū tumulū uenisset, quid futurū esset expectabat. Appropinquāte a t Hannibale & quod constitutū erat faciente, mox atq; ignē ij qui cū Nicone & Tragisco erant, uiderunt, animū sumētes, rog accensum & ipsi ostendunt. Vbi uerò ignē Annibalis rursus extinctū uidēt, cursu & studio properant ad portam, uolentes eos qui cum Annibale erant pręuenire, occisis uestibuli custodibus, propterea quòd se ad ingressum cōponentes Carthaginenses segniter ac pedetentim proficiscebantur. Cum aūt successu potirentur, & custodes iam antea capti essent, alij illos occidūt, alij uectes infringunt. Portis itaq; properè ac in tempore apertis, accedunt ij qui cum Annibale erant, incessu sic cōmensurato usi, ut sine ulla protractione ciuitatē aggrederenī. Ingressum aūt iuxta propositū secutum & sine tumultu cōsequuti, putantes se iam maximā conatuū suorū partem perfecisse, ipsi quidē confidenter ad forū accedunt, per eam plateam, quę à profundo ducit. Equites uerò intra muros relinquūt, haud pauciores numero duobus millibus: quos illic subsidij gratia esse uolebāt, cùm aduersus ea quæ extrinsecus superuenire poterāt: tum cōtra alios incertos casus, qui in eiusmodi conatibus plerunq; euenire solent. Cum ad loca foro uicina uenissent, exercitum in platea sistunt. Philimenus uerò solicitus quomodo suas quoq; partes cōmodè exequereī, foris expectabat. Non enim cum ignē accendissent, ad eam portā accurrerāt: & Philimenū suem habentē in pheretro, & Libyes unà secum circiter mille extra portā uicinā miserāt, uolētes secundū id quod initiò propositū fuerat, non simpliciter ex una tantū spe sed ex plurib. hanc causam exequi. Philimenus uerò cum ad murum secundū consuetudinē suā appropinquasset, mox atq; ad illū accessisset aderat confestim custos ad Rhinopylā descendens. Illo extra portā dicente, ut properè aperiretur, quod suē sylueſtrem portātes onere grauarētur, custos id cupidè audiens, sedulo aperit, sperās ad se quoq; aliquā eorū pertinere partem quæ Philimenus cepisset, eo quòd antea semper particeps fuisset eorum quę inferebantur. Ipse itaq; Philimenus primum locum in eo cuneo habens, ingreditur, & cum eo alius quispiam, Numadicum gestans apparatum, quasi unus ex eius loci incolis esset: & post hunc alij duo feram à tergo adferentes. Cum autem iam quatuor intra portam essent eum qui aperuerat, & simpliciter absq; suspicione ut suem palparer accurrebat, percutientes interimunt, & se sequentes, alios uerò præcedentes, Libyes circiter triginta pedetentim & tacitè per portulam inducūt. Hoc facto, continuò alij uectes abrumpunt, alij custodes uestibuli occidunt, alij Libyes adhuc extra portam existentes, datis symbolis aduocant, & illos quoq; ingressos cautè iuxta constitutum, ducunt ad forū. Annibal cum hi quoq; prioribus adiuncti essent, alacris existēs quòd institutū hoc secundum animi ipsius sententiam succederet, cœpto insistebat. Separat itaq; duo Celtorū millia, ac diuisis illis in tres partes, duos uni-cuiq; parti ex adolescentib. qui causam hanc obibant, ac cōsequenter nōnullos ex suis ducib. deputat: simulq; à se dimittit & m dat, ut uias opportunis. quib. ad for itur occupent, & ubi id fecissent iuuenes eius oci excipiāt, imò et ciues in quos incidissent, illęsos seruent, plurimumq; Tarentinos inclament, ut in eo loco maneāt, quod data ipsis esset manēdi securitas. Carthaginensium uerò & Celto-

Celti, Galli sunt et Germani, qui olim ad Rhenū habitarunt.

Celtorũ ducibus præcipit, ut Romanos, si quos obuios habuerint, occidant. Illi itaq; à se inuicẽ diuisi expediũt quod in mandatis acceperant. Hoc aũt hostiũ ingressu Tarẽtinis iam patefacto, redditur ciuitas plena clamoribus & perturbatione inopina. Gaius igitur, cum ipsi hostiũ ingressus innotescceret, cogitans se iam nihil efficere posse propter temulentiã, cõfestim domo cum familiis suis egreditur. & cum ad portam uenisset, quæ ad portum ducit, custosq; Rhinopylã aperuisset, per illã effugiens, piscatoriã nauim ex illis quæ in naturali statione erant unã, cum suis ascendit, & in arcẽ asportatur. Post id temporis Philimenus tubas Romanas parat, quib. nõnulli usum earum propter consuetudinem callentes, circa theatrum stantes clangebant, ac signa dabant. Romanis uerò in armis secundum consuetudinem ad arcem concurrẽtib. succedit hoc cœptum Carthaginensib. ex animi sententia. Qui plateas illas inordinatè ac sparsim ingrediebantur, incidebãt alij in Carthaginenses, alij in Celtos: quib. hoc pacto occisis, magna multitudo peribat. Illuscente die Tarentini quidem in ædib. suis quiescebant, haud ualentes amplius disponere quod accidebat. Etenim propter clangorem tubæ, & quoniam nulla iniuria afficiebantur, nec rapina exercebatur in ciuitate, motus illos ex Romanis esse putabant. Vbi uerò suorum multos in plateis occisos, & nonnullos ex Galatis interemptorum Romanorum cadauera spoliari cernebant, de Carthaginensium aduẽtu suspicari cœperunt. Annibal aũt cũ exercitum iam in foro locasset, ac Romani in arcem sese, quam custodia & antea occupauerant, subduxissent, clara luce per præconem edicit, ut Tarentini omnes sine armis in foro cõgregarentur. Iuuentus uerò ciuitatẽ circuiens conclamat ad libertatem, hortaturq; ciues ut Carthaginenses ipsorum adesse bono confiderent. Quotquot itaq; ex Tarentinis Romanis fauebant, re intellecta secedebant in arcem: reliqui ad uocem præconis inermes cõgregabantur. Hos Annibal benignis uerbis & humanis alloquitur. Cum autem Tarentini unanimiter singula quæ dicebantur propter inopinam spem annotassent, tum quidem multos ex illis dimittit; mãdatq; ut singuli domũ reuersi, foribus suis nomẽ Tarentini diligenter inscriberent. Si uerò quisquã id nominis Romano cuipiã diuersorio inscriberet, illi mortis suppliciũ determinat. Selectos itaq; ad eam rem accõmodatissimos ad diripiendum Romanorũ ædes mittit, dato illis symbolo, ut ædes Tarentinorũ nomine nõ inscriptas, hostiles esse iudicarent: reliquos uerò ut istis subsidio essent, in acie detinet. Cum aũt multa ac uaria supellex ex ea direptione congesta esset, Tarentinisq; cõmoditas conceptæ spei respondens cessisset, tum demũ ad arma reuertunt. Sequenti die Annibal, inito cum Tarentinis cõsilio ciuitatẽ muro ab arce distinguere & communire decernit, ne quis metus à Romanis, arcẽ occupantib. Tarentinis, in posterũ relinqueretur. Igitur ciuitatẽ primũ uallo præmunire aggreditur, correspondente mœnijs arcis & tumulo qui est ante arcẽ. Quoniã aũt certò sciebat nõ quieturos hostes, sed eo loco uires suas ostẽsuros, sufficiẽtes copias adhibuit: arbitratus nihil magis in futurũ ad hoc fore necessariũ ut Romani absterrerentur, & Tarentinorum animi confirmarentur. Romanis uerò mox atq; uallum initio struebatur, confidenter & audaci conatu aduersarios inuadentib. Annibal parũper cum illis congressus, prouocat eos ad pugnam. Et quoniam plures extra tumulũ prorumpebant, hortatus suos ad pugnam, confligit cum hoste. Cum autem pugnaretur acriter, quantum loco angusto & muris cincto fieri poterat, tandem circa finem conflictus uiolenter repressi Romani retrocedunt, & multi ex illis incidũt in manus Numidarum: maior uerò pars repressa, & in fossam præceps data perijt. Posthac igitur Annibal absque discrimine ciuitatem uallo communit, & rebus ex animi sententia gestis, tranquillitate potitur. Hostes enim cõclusos intra muros iam nõ sibi tantũ, sed & arci metuentes, manere coegit. Ciuibus uerò tantum indidit animi, ut se iam citra Carthaginensium subsidia Romanis resistere posse putarent. Deinde modico interstitio à uallo urbem uersus relicto, fossam molitur, uallo ac muro arce correspondentẽ,

unde

unde per uices ad murū ciuitatis coaceruatio fiebat. Præterea & uallo adhuc ei fossæ impositō, contigit ex ea munitionem fieri haud multum muro infirmi orem. Præter hanc quoq; internè uersus ciuitatem interstitio commensurato relicto, murum extruere aggreditur, facto illius initio ab ea parte quam seruatricem uocant usq; ad eam quæ profunda dicitur: sic ut etiam sine uirorum subsidio munitiones illæ structuris suis ad hoc sufficerent, ut Tarentini securè habitarent. Relicto itaq; unà cum necessarijs suis sufficienti equitum subsidio, ad ciuitatis ac muri custodiam, castrametatur loco ab urbe stadijs quadraginta distāte, ad fluuium, quem nonnulli Galæum, plurimi uerò Eurotā uocant. quod cognomimis ab eo fluuio accepit, qui Lacedęmona præterfluēs, et ipse Eurota uocatur. Sunt autem huiusmodi cognomina Tarentinis tam in agro quàm in ciuitate multa, propterea quod & coloniam & cognationem à Lacedæmonibus indubitanter acceperunt. Muro autem confestim, cùm propter Tarentinorum diligentiam ac sedulitatem, tum propter Carthaginensium cooperationē absoluto, deinceps Annibal arcem etiam excindere ac demoliri cogitat. Cum autem ad obsidionem illius iam propè structuras absoluisset, Romani auxilio in arcem per mare ex Metapontio accepto, parumper recreati, noctu inuadunt Annibalis structuras, & cunctos operum illius & machinarum apparatus destruunt. quo facto, de obsidione quidem arcis desperat Annibal: muris uerò ciuitatis absolutis, Tarentinos congregat, illisq; declarat, summopere ne cessarium esse aduersum præsentis temporis incommoda, ut mare in suam potestatem occupent. Etenim cum locus quo naues portum ingrediuntur, in potestate arcis esset, sicut & antea dixi, Tarentinis quidem haudquaquam liberum erat nauibus uti pro arbitrio, aut è portu nauigare: Romanis uerò secundè quæ necessaria erant adserebantur. quod cum fieret, nunquam fieri poterat, ut ciuitas firmam libertatem consequeretur. Hæc considerans Annibal, Tarentinos instruxit, futurum ut qui arcem tenent, si spem commoditatis, quę ex mari erat, amitterent, confestim ipsis ultro cedēies, arcem relinquerent, et locū traderent. Hęc audientes Tarentini, assentiuntur quidem dictis: quomodo uerò perfici possent, in præsenti neutiquam intelligere poterant, nisi classis à Carthaginensibus missa aduenisset: id quod tum temporis fieri non poterat. Qua propter conijcere nequibant, quò respiciens Annibal hæc ipsis proponeret. Illo uerò affirmante, posse, ipsos suapte opera citra auxilium Carthaginensium, maris potestatem consequi, magis adhuc stupebant, mentem illius assequi nō ualentes. Ille cum plateam bene dispositam cerneret, eam uidelicet, quæ intra murum quidem erat, ducebat uerò iuxta murum ex portu in externū mare, illic cogitabat naues è portu ad australe latus trajici posse. Hoc consilij cum Tarentinis aperuisset, confestim non modò consentiunt, sed & uirum hunc mirū in modum extollunt: intelliguntq;, nihil illius uincere posse industriam & confidentiam. Mox autem confectis rotis, paratur nauibus iter, & opus dicto citius absoluitur, eo quòd ad propositum hoc & animi propensio, & multitudo operantium cooperarentur. Tarentini itaq; naues suas hoc pacto ad externū mare transferunt: & securè illos obsident, qui ex arce externa ipsorum subsidia intercipiebant. Annibal uerò relicta ciuitate, castra cum exercitu metatur, & tertio die ad uallum initio structum reuertitur, & reliquam hyemē partē illic degens, in eo loco manet.

NONI LIBRI POLYBII EPITOME HISTORIARUM, *Vuolfgango Musculo interprete.*

Esta itaq; eorum quæ sub prædicta Olympiade, & quadriennij spacio quo Olympias censeri debet, comprehenduntur, illustrissima & celeberrima sunt hæc, de quibus duobus libris disserere conabimur. Haud clam me est autem, usuenire nostris commētarijs, ut austerum quiddam habeant, & uni duntaxat auditorum generi sese accōmodent, culpentur uerò propter uniformem narrationis

narrationis seriem. Nam alij historiographi propè omnes, uel certè plures, omnibus historiæ partibus utentes, multos ad commentariorum suorum lectionem attrahunt. Etenim genealogicus dicendi modus audiendi cupiditatem excitat, curiosum ac uanũ delectat, qui de * peregrinationibus, possessionibus et cognatione, qualis apud Ephotum est, dicitur. Politicũ uerò, quo de gestis gentium, ciuitatum ac potentatuum differitur, cui nos simpliciter accõmodantes, ac de hisce rebus totum tractatum constituentes, ad unum quoddam dicendi genus, sicut antea dixi, propriè adaptamur. Maiori autem auditorum parti lectionem paramus minus delectabilem. Qua uerò de causa reliquis historię partibus reprobatis, hoc pacto de rebus gestis scribere uoluerimus, alibi pluribus à nobis est dictum. Nihil uerò impedit, quo minus etiamnum auditorem, summatim, perspicuitatis gratia huius admoneamus. Cũ enim multa sint, & multis modis, de genealogijs, fabulis, & colonijs, adhuc & de cognationibus & possessionib. recensita, aut aliena deinceps, tanquã propri, adicenda sunt ei qui de illis commentari uoluerit, idquod omniũ turpissimum fuerit: aut si hoc nolit, palàm inani studio laborandũ, dum ea commentari se & curare profitetur, quæ per antecessores sufficienter posteris sunt declarata ac tradita. Hæcita ob hasce sunt à nobis & plures alias causas relicta. pragmaticus uerò modus probatus, propterea quòd dum res nouæ frequenter occurrunt, noua etiam narrationis serie opus est, quod in principijs narrationũ nõ accidit, ad hocut subsequẽtes à nobis actiones recenseãtur. Deinde & ob id, quod ille modus omniũ utilissimus, & antea & nũc existit, quo rerum experientia & artificia usq; adeò promouerunt apud nos, ut quicquid cursu temporũ contingit, quasi methodo quadã uti queant illo ij qui cognoscendarum rerum studio tenẽtur. Quapropter nos non ita delectationẽ spectantes eorum qui commẽtarios nostros lecturi sunt, atq; utilitatem auscultantium, relictis alijs, ad hanc partem concessimus. De his autem, qui commentarios nostros accurratè considerant, omniũ certissimè testificabuntur. Annibal itaq; cum uallum Appij undiq; circumdedisset, primũ quidem uelitationibus & tentationibus utitur, hostes ad pugnam prouocare uolẽs. cum autem nemo prodiret, tandem eos obsidione cingit, quod institutũ perinde atq; prius cadit: equitibus quidẽ alis suis turmatim eos inuadentib. & cũ clamore tela in castra eiaculantib. pedinibus uerò per cohortes irruentibus, et uallũ dirimere conãtib. uerùm ne sic quidẽ Romanos à proposito suo permouere possunt, qui per robustiores irruentes in uallum reprimebãt, et graui armatura cõtra in iecta tela muniti, cum signis in castris manebant. Annibal cuncta hęc molestè ferens, quòd nec Romani in urbem incidere poterant, cõsultabat quid nã in rebus præsentib. fieri oporteret. Mihi uerò non solos Carthaginẽses, quę tum accidebãt, hæsitabũdos reddidisse uidentur, sed & alios homines, ad quorum ea cognitionẽ uenerunt. Etenim quis nam non hæreat, si audiat, quomodo Romani multis conflictibus à Carthaginensibus uicti, in conspectum quidem aduersariorum prodire & congredi nõ audentes, cedere tamen, & declinare ex apertis ac sub dio constitutis castris nequiuerint. Et præcedenti quidem tempore semper ad radices tantum montium aciem contra hostem duxerant: tum uerò in planicie & loco Italiæ apertissimo constituti, & robustissimam ciuitatẽ obsidentes, circumquaq; ab hostibus impugnabantur: in quorũ conspectum ut prodirent, ne cogitare quidem audebant. Et Carthaginenses quoq;, quamuis indesinenter pugnando uincerent, nihilotamẽ secius aliquando ægrè uictis utebantur. Videtur autẽ mihi causa huius fuisse, quòd utriusq; partis institutum, utrinq; ab ipsis consideraretur. Quod uidelicet ordo equitũ qui cum Annibale erant, in causa esset, quòd Carthaginenses uincerent, Romani uincerentur. Quapropter inferiores exercitus post pugnas in hostes educti. confestim ad illos pertingebant. Talibus enim locis acies dirigebat, in quibus ab hostiũ equitatu lędi non possent: & quæ tum temporis ad Capuam acciderunt, meritò utriq; parti contigerũt. Etenim Romanorum exercitus ad pugnã quidem egredi non audebat, quòd hostium equitatu absterreretur, manebat

Vel, de colonia.

uerò in castris cõfidẽter, certò sciẽs innoxiũ sibi fore equitatũ, à quo in cõflictu uincebaẽ. Carthaginẽses rursus haud præter rationẽ, neq; cũ tanto equitatu militãtes diutius hęrere poterãt: ꝓpterea quòd Romani cunctũ eius regionis pabulũ eandẽ ob causam dissipauerãt, nec fieri poterat ut tãto equitatui, ac tot iumẽtis fœnũ aut ordeũ, tanto itineris spacio, tergo aduehereẽ, neq; sine equitatu militãtes hostes uallo ac fossa munitos obsidere audebãt: cõtra quos etiã equo discrimine sine equitatu pugnãdo, dubiã fortunã experiebanẽ. Deniq; uerebãtur, ne qui Romanis obediebãt, suppetias illis ferentes unà militarent, ac plurimũ ipsis difficultatis necessariũ cõmeatũ intercipientes crearẽt. Horũ cõsideratione Annibal impossibile fore ratus, ut obsidionẽ illam manifestò dissolueret, ad aliud consiliũ conuertitur. Cogitat enim futurũ, ut si occultè profectus locis Romę uicinis subitò immineret, aliquid forsan, quod rebus Carthaginensiũ cõmodũ esset, inhabitatorib. illius rei insolentia perculsis, efficeret, uel si id nõ succederet, saltem eos qui cũ Appio erãt, cogeret uel obsidionẽ soluere, ut patriæ succurrerent: uel exercitũ diuidere, ut & ij qui patriæ suppetias ferrent, & qui in obsidione relinquerẽtur, facile uinci possent. Hæc animo perpendẽs, tabellarium Capuã mittit, Libycũ quendã hominem, cui persuasit, ut ad Romanos trãsfugeret, & ab illis ad ciuitatẽ: hoc pacto prouidè curãs, ut literæ securæ rederentur. Etenim metuebat admodũ, ne Capuani, ubi ipsum abisse uidissent, abiecta spe ad Romanos conuersi, deditionem facerẽt. Quapropter scripris ad eos literis instruit eos de consilio suo, cuius gratia Libycũ hominẽ post castrorum motionem mittit, ut cognito proposito ipsius ac discessu, obsidionẽ magno animo sustinerẽt. Cum aũt ij qui Capuã obsidebant, Romam incolẽtibus de eo supplicalsent, quòd exercitus ipsorũ ab Annibale obsiderenẽ, erãt cuncti animis suspensi ac meticulosi, quod præsens causa summã rerũ peteret. unde & cũcti crebris legationibus & conatibus ad uniuersam hanc partem pertinentib. nutabãt ac propendebãt. Capuani uerò acceptis per Libycũ tabellariũ literis, cognitoq; Carthaginensium consilio, sustinent aduersarios, hanc quoq; spem experiri statuẽtes. Annibal itaq; post quintũ aduentus sui diem facto cõuiuio, relictisq; rogis ardentibus, sic castra mouit, ut nemo ex hostibus ꝗd fiebat sentiret. Vius aũt itineribus per Saunitidem operosis & continuis, & loca uiæ uicina præmissis equitibus indagans & præoccupans, cũ animi eorũ qui Romæ erant, de Capua adhuc, & rebus quæ ibi gererẽtur, suspẽsi essent: clanculum Anniõnẽ fluuiũ trajicit: & usq; adeò appropinquat, ut nõ amplius quadraginta stadijs Roma distans castra locaret. Quo facto, cũ Romã inuaderet, accidit ut qui in urbe erant, prorsus turbarentur, et metu percellerentur, propterea quòd res ista subitò & præter ullam expectationẽ accidisset, nec Annibal unquam antea urbem tam è propinquo inuasisset. Simul & hæc cogitatio animis illorum occurrebat, fieri nõ potuisse, ut tantopere urbi & tam confidenter appropinquaret, nisi exercitus ipsorũ Capuam obsidentes interissent. Viri itaq; muros urbis et loca ante urbem cõmodiora prẽoccupãt, mulieres uerò delubra circũeunt, dijs supplicãt, & pauimenta templorũ capillis suis lauant. Hoc enim facere solebãt, si quando exitiale periculũ patriã corripiebat. Cum igitur exercitus Annibalis iam castrametatus esset, cogitaretq; urbem sequẽti die inuadere, accidit admirabilis quidã & fortuitus casus, Romanis ad cõseruationẽ faciens. Caius enim & Publius unius quidẽ iam exercitus cõscriptione facta, milites iureiurãdo obstrictos habebãt, ut illo die armati Romã uenirent, alteri us uerò cõscriptionẽ & explorationẽ tũ obibãt. unde euenit, ut multitudo militũ cõstituto tempore Romã ultrò cõuolaret. Hos duces cõfidenter educunt, & castris ante urbem locatis, impetũ Annibalis cohibẽt. Carthaginenses enim primũ quidẽ sic irruebãt, ut de urbe uiolẽter capienda haud quaq; desperarẽt, uerùm cũ aduersarios castrai psos appositse cernerẽt, & cõfestim ex captiuo quodam quid accidisset cognouissent, capiendæ quidẽ urbis conatũ ponũt, regionem uerò illius peruagando exagitãt, & ædificia igni tradũt: & primùm innumerabilẽ prædæ multitudinẽ undequaq; correptã castris inferũt, tanq; qui deeiusmodi uenationem uenerãt. ad quam nemo unq; hostiũ uenire se posse [illegible] rauit.

sperauit. Postea cum cõsules sumpta audacia castra undecim stadiorũ spacio castris hostiũ opposuissent, Annibal licet multam prædã coaceruasset, simul tamẽ capiundę ciuitatis spem amisit, & quod maximũ erat, supputatis dieb. in quibus secundum cõsilium initiò captũ, Appiũ sperauerat, ubi de periclitatione urbis audisset, aut obsidionem prorsus soluturum, & Romanæ ciuitatis rebus succursurũ: aut aliqua exercitus parte relicta, sumpta maiore, sedulò opem suis allaturum: ex quibus alterutrum fieret, tectè res suas habituras putauerat, exercitum è castris matutino crepusculo educit. Publius uerò pontibus dicti fluuij diruptis, cogit illum exercitũ per ipsa fluenta traducere, & in transitu Carthaginensibus imminet, ac multum negocij facit. Nihil quidem illis potuit inferre exitij, propter equitum multitudinem, & Numadum dexteritatẽ quolibet loco commodam: magna tamẽ prædę parte recuperata, & circiter trecentis hostibus interceptis, ad castra rediit. Postea uerò, quoniam Carthaginenses metu perculsos festinanter discedere putabat, insectabatur eos à tergo prouocando & uellicando. Annibal uerò primùm properabat, contendens ad propositum. post quintum uerò diem, cum annũciatum ipsi esset, manere Appium in obsidenda Capua, substitit. mox uerò acceptis qui sequebantur, nocturnis irruit in exercitum illius, ac multos interimit, reliquos castris eijcit. Sequenti uerò die cum Romanos in tumulum quendam munitum ac firmum secessisse uideret, iam illis quidem potiri se posse despetat: facta tamen per Dauniam & Brettiã expeditione, loca Rhegio uicina sic improuisus inuadit, ut propè ciuitatẽ ipsam cepisset: quotquot tamen ex illa egressi fuerant in agrum, intercipit, & quamplurimos Rheginos illo aduentu in potestatem suam accipit. Videtur autem mihi haud immeritò hisce temporibus Carthaginensium pariter & Romanorum uirtutem & æmulationẽ in rebus bellicis esse obseruandam. Quemadmodum enim Epaminondam Thebęorum Imperatorem cũcti admirant, ob id, quod cum una cum socij bellis Tegeam uenisset, & Lacedęmonios tam ipsos cum uniuerso populo Mantiniam uenisse cũ socios eorum ad eandem ciuitatem cõgregatos, ut contrà Thebęos aciem dirigerent deprehendisset, suis denũciauit, ut conuiuium ad horã pararent. atq; ita exercitum nocte iam ingruẽte eduxit, quasi instruendæ aciei gratia opportuna quædam loca præripere satageret. Cum uerò multorũ animis huiusmodi suspicionẽ indidisset, ipsam Lacedæmoniorũ ciuitatem inuasurus prorupit: Hanc ubi circa tertiã horã præter expectationẽ occupasset, reperisset; Spartam illam desertam ac destitutã auxilio, cepit quidem ac tenuit eam locis illis quibus ad fluuiũ usq; strata erat. Vbi uerò aduersa incidit fortuna & rerũ mutatio, & nocturnus transfuga quidam Mantiniam euasisset, ac regi Agesilao quod acciderat indicasset, socijq; ad recuperandam Spartã opportunè properarẽr, eam quidem retinẽdæ ipsius spem amisit. postea uerò, cum ad Eurotã fluuium conuiuatus esset, & exercitũ post tolerata discrimina recollegisset, eodem rursus itinere cõuersus Mantiniam cõtendit, futurũ reputans, ut quoniã Lacedæmonij & illorũ socij Spartæ succurrerãt, Mantiniã ab illis relictam ac desertã deprehenderet: id quod & contigit. Quapropter Thebęos adhortatus, & nocturna eaq; operosa expeditiõe usus ad Mantiniã prorsus auxilio destitutam circa meridiẽ peruenit. Atheniẽses uerò, qui per id tẽporis in bello aduersum Thebęos Lacedæmoniorũ cõsortes existebant, auxilij gratia aderãt. Cũ aũt priores Thebæorũ copię ad templũ Posidonis, ante ciuitatẽ itinere septem stadiorũ siti peruenissent, ueluti data opera simul cõtigit & Atheniẽses apparere in tumulo, qui Mantiniæ ciuitati imminet. quos cũ uidissent, qui adhuc in ciuitate reliqui erant, tandẽ sumptis animis muros ascenderũt, ut Thebæorũ impetum cohiberent. Haud immeritò itaq; historiographi dictarũ iam gesta reprehendunt, ab imperatore quidẽ perfectũ esse dicentes, quicquid cordato duci et præstãtiori quam fuerint aduersarij, cõpetere possit: ipsum uerò Epaminondã à fortuna fuisse uictũ. Cõsimile & Annibali quispiã accidisse rectè dixerit. Etenim hostes aggressũ per particularia certamina obsidionẽ conari sol-

Factum Epaminondæ.

uere: deinde ubi conatus ille non succeſſit, ipſam inuadere Romam: poſteà neq; hoc propoſito propter fortuitos rerum euentus ſuccedente, rurſus conuerſum copias ſuas ſe ſequentes ſimul amandare, & competenti ratione hoſtem inuadere, & tentare an eos perturbare poſſet qui Capuam obſidebant. tandem uerò, cum propoſitum non conſequeretur, ad hoc reſpicere, ut hoſtibus incommodaret, & ſolos tamen Rheginos ſubuertere: quis non dictum imperatorem obiſta obſeruans admiretur? Quanquam Romanos quiſquam hoc tempore, Lacedæmonijs forſan meliores eſſe iudicauerit. Etenim Lacedæmonij cum primam quidem annunciationem accepiſſent, unà effuſi Spartam liberarunt: Mantiniam uerò, quantum per ipſos ſtabat, amiſerunt. Romani uerò & patriam conſeruarunt, & obſidionem Capuanam non ſoluerunt: ſed immoti & firmi in propoſito manſerunt, ac deinceps Capuanos confidenter aggreſſi ſunt. Hæc autem non tam ut Romanos uel Carthaginenſes exiolam dixi (nam illos iam antea ſæpe numero inſignes eſſe oſtendimus) quàm propter imperatores utrinq; exiſtentes, & qui futuri ſunt utriuſq; Reipublicæ moderatores, ut illorum memores, & iſta ob oculos habentes, æmulationis ſtudio & ipſi non quidem proiectæ ac periculoſæ temeritatis animum, attamen audaciam cautam, induſtriam admirabilem, propoſitum bonum & nunquam obliuioni obnoxium habeant, & in mente rectè geſta pariter & fruſtra tentata retineant. Romani ob hanc cauſam ea quæ iam diximus ſeligere, & in patriam ſecum referre, nec quicquam ex illis relinquere decreuerunt. Hoc an rectè, & ipſorum commodo, uel diuerſum, fecerint, prolixam explicationem requirit: imò magis, an hoc factum & antea & nunc ipſis conueniat. Etenim ſi ex talibus orti, patriam prouexiſſent, manifeſtum eſſet, haud immeritò illos in ſuum uſum ea tranſtuliſſe, per quæ creuiſſent. Si uerò frugaliſſima ac ſimpliciſſima uita uſi, & alieniſſimi ab hac abundantia & magnificentia, illorum facti ſunt domini, apud quos frequenter talia fuerunt & plurima & optima, quomodo quod ab illis factum eſt, non peccatum eſſe cenſeri debet? Quod enim mores eorum reliquerunt qui uicerunt, & eorum qui uicti ſunt æmulationem in ſe receperunt, ac ſimul inuidiam iſta concomitantem incurrerunt, id quod prærogatiuis & eminentijs omnium maximè timendum eſt, pro cõfeſſo dici poterit, quòd iſta facientes delinquant. Etenim qui ſic cõparatus eſt, nunquam eos felices prædicat, qui aliena poſſident, quibus inuidet. Denicq; quis eorum miſerebitur, * qui principatu cadunt? Si uerò rerum etiam ſucceſſus adſpirauerit, & cuncta quis ad ſe, quę aliorum ſunt, coaceruauerit, & ad hæc eos qui ſpoliati ſunt ad ſpectandum quodammodo conuocauerit, duplici nomine malum eſt quod facit. Haud enim ad miſericordiã mouentur iam proximi qui iſta ſpectant, ſed ſeipſos calamitatum ſuarum admonẽt: unde non modò inuidia, ſed & ira quædã aduerſus fortunatos accendit. Recordatio ſiquidem propriarum calamitatum, quaſi iritatio quędam eſt ad odiendum illarum authores. Itaq; quod aurum quidem & argentũ ad ſe coaceruarunt, habet forſan aliquid rationis. Haud enim ſummam rerum uindicare ſibi potuiſſent, niſi potentiam alijs ademptam ſibijpſis comparaſſent: quæ uerò extra dictam ſunt potentiam, poterãt locis, in quibus antea fuerunt, unà cum inuidia relinquere, & patriam ſuam illuſtriorem reddere, nõ imaginibus & typis illam, ſed honeſtate & magnanimitate decorãtes. Verùm iſta propter eos dico, qui potentatus ſibi perpetuò uindicãt, nę dum ciuitates deprædantur, alienorum calamitates patriæ ſuæ putent eſſe decus & ornamentum. Admodum quidem neceſſe eſt, ut quæ circa belligerandi ſtudium accidunt, diligenter inſpiciãtur. poteſt autem fieri, ut in ſingulis ipſorum rectè collimetur, ſi quis animo præſenti quod proponitur faciat. Quod uerò in bellicis rebus minoris ſint momenti, quæ manifeſtè & cum uiolentia perficiuntur, quàm quæ cũ dolo & opportunè fiunt, facile poteſt, ſi quiſquã uelit, ex illis quæ iam facta ſunt, cognoſci. Deinde quòd in illis quæ opportunè geruntur plura ſint per errorem quàm rectè facta, ne id quidem ex his quæ contingunt, difficile

* uel, qui ab origine ſua degenerant.

fuerit

fuerit intelligere. Etenim nemo dubitat plurima errata per Imperatorũ committi ignorantiam & socordiam. Itaq; quis sit eiusce modi constitutionis modus, iam est considerandum. Quæ sine certo proposito in rebus bellicis accidunt, haud quaquam conuenit ut gesta dicantur, sed magis fortuiti euentus & casus. Illa, propterea quòd certa ratione nõ nituntur, relinquenda sunt: declaranda uerò, quæ destinato geruntur proposito. de quibus nunc loquimur. Quoniam uerò quodcunq; factum determinatum habet tempus, spacium, & locum, egetq; occultatione, & certis cõstitutionibus, deniq; refert per quos, cum quibus, & quo pacto fiat: manifestum est, quòd qui singula hæc recte considerat, à scopo non aberret: si uerò ex illis aliquid neglexerit, uniuerso proposito fraudetur. Sic enim natura, ad infortunium consiliorum caussandum, ex singulis partibus unam, eamq; uulgarẽ & quamlibet, si negligatur, efficacẽ reddit: ad hoc uerò ut quid recte perficiatur, uix cunctę illius partes adhibitæ sufficiunt. Quapropter non debent imperatores aliquid ex huiusmodi conatibus & consilijs negligere. Principium autem eorum quæ diximus, silentium est: ut neque propter gaudium, si spes quædam inopina affulgeat, neq; propter metum, neq; ex consuetudine, uel amico affectu, cuipiam extero, sed solis illis de conatu suo communicent, sine quibus quod propositum est, ad finem perducere nõ poterunt: & his quoq; non, nisi dum uniuscuiusq; necessitas cogit. Silendum autem est, non lingua tantum, sed multo magis & animo. Etenim multis hoc accidit, ut consilia sua, quæ uerbis celarunt, aliquando demonstratione iudiciorum, nonnunquam & factis manifestarint. Deinde necesse est, ut diurna & nocturna itinera, & quomodo illa nõ modo per terras, sed & per mare conficiantur, non ignorent. Tertium, & maximum est, ut opportunitatem temporis ex circumstantijs cognoscant, possintq; illam cum iudicio coniecturare. Quin neque modus agendi, modici faciendus est. Per hunc enim plerunq; accidit, ut quæ impossibilia uidentur, possibilia: & quæ possibilia esse solent, impossibilia fiant. Postremò contemni non debent pacta, & quæ pactis sunt annexa, & delectus, per quæ & cum quibus quod decretum est perficitur. Prædictorum uerò alia exercitio, alia ex historijs, alia per experientiam methodicam considerantur. Optimum quoque fuerit, & uias, & locum, quò sit proficiscendum, deniq; & loci naturam non ignorare. Præterea per quos, & quibuscum sit agendum: deinde & accurate rem ipsam uidere, nec quibuslibet credere. Hi uerò qui ducuntur ac reguntur, in talibus semper credere debent illis, à quibus ducuntur. Hæc quidẽ & hisce similia poterunt forsan imperatores usu militaris exercitij consequi, alia ex proprio labore, alia ex historijs, rebus scilicet spectatis, alia per experientiam. Opus autem est & cognitione mathematum ac theorematum, & maximè astrologiæ & geometrices: quarum opus quidem haud multũ ad hunc usum confert, usus uerò magnopere & magnificè ad prædictas rerum mutationes cooperari potest. Summa autem illius necessitas, circa nocturnas & diurnas theorias uersatur. Etenim si illas perpetuò pares esse contigisset, nihil prorsus negocij res ista postularet, sed omnibus communis esset illius scientia. Verùm quoniam prædicta non modo inter se, sed & in seipsis differentiam habent, necessarium esse liquet, ut utrinque quæ sint incrementa & quæ diminutiones cognoscatur. Etenim quomodo profectiones, & tam nocturnæ quàm diurnæ adimpletiones cognosci poterunt, nisi prædictorum differentia consideretur? Atqui nihil ex his quæ temporis competentiam concernunt, assequi quisquam poterit, sine horũ experientia: sed necesse est, ut iam tardius, iam citius quàm par sit, agat. Maiorem autem defectum habet, in hisce duntaxat rebus, citius, quàm tardius rem aggredi. Etenim qui determinatum tempus excedit, spe quidem sua fraudatur: at quod factum est, post aliquod interuallum cognoscens, adhibita cautione resarcire potest: qui uerò tempus opportunum præuenit, accedens & innotescens, non solum non consequitur quod uolebat, sed & de tota rei summa periclitatur. Dominatur

quidem occasio in cunctis rebus humanis, maximè uerò bellicis. Debet igitur dux exercitus perspicuè cognoscere solstitiũ æstiuale, & æquinoctia, & intermedias dierum ac noctium tam auctiones quàm diminutiones. Sic enim duntaxat secundũ rationem commensurare potest, quæ tam mari quàm terra perficienda ueniũt. Quin & singulos dierum ac noctiũ articulos scire necesse est, ut simul sciatur etiã quando castra sint erigenda, ac rursus mouenda. Haud enim fieri potest, ut finem ritè consequatur, qui de principio nõ rectè coniecit. Articulos autem dierũ ex umbris uidere, impossibile non est, dum sol adhuc in cursu suo est, & interstitia per eum in hoc mundo fiunt: noctium uerò difficile, nisi quis in astris cœli dispositionem & ordinem duodecim zodiacorũ signorum sequatur & obseruet. Nam & hoc facile illis est qui stellas cœlestes accuratius considerant. Quamuis enim inæquales sunt nocles, in qualibet tamen nocte de zodiacis signis sex reuolui contingit, ut necesse sit iisdem cuiusque noctis partibus æquam duodecim zodiacorum partem reuolui. Cum autem de sole constet, quantam diei partem contineat, uidelicet tantã, ut eam quæ diametri est discindere ualeat: necesse deinceps est, ut quantum reliqua pars post illã producto zodiaco exorta apparet, tantũ semper de nocte sit absumptũ. Cognitis uerò zodiaci signis, tam multitudine, quàm magnitudine, talia fieri postea contingit & singula noctis tempora. Noctibus uerò nubilis, luna est obseruanda. Nam propter magnitudinẽ lumẽ illius semper & in uniuersum appatet, quocunque tandem mundi loco fuerit. Et aliquando ex Orientis, aliquando ex Occidentis temporibus & locis indagandũ est: cum sit circa hanc quoq; partẽ noticia, usque adeò, ut diurnas simul Orientis differẽtias consectetur. Est autem modus etiam circa hanc notitiam consideratu facilis. Finis enim unus est, quasi in typo, & eiusmodi ad sensum sunt omnes. Et Poetam quis ob id rectè laudauerit, quod Vlyssem præstantissimum principem, ex astris non solum de nauigatione dirigenda, sed & de rebus terra gerendis coniecturas sumentem, inducit. Possunt enim & ea quæ præter expectationem fiunt, exactè præsciri, licet multum indigentiæ frequenter efficiant: ut pote imbrium & fluuiorum inundationes, glaciei et niuium excessus, deinde fumosus ac nubilus aer, & alia consimilia. Si uerò etiam illa negligimus quæ præuideri possunt, quomodo non meritò plurimis rebus nostro uicio destituimur? Nihil itaque prædictorum contemni debet, ne in eiusmodi inconsiderantiam incidamus, in quam & alios complures incidisse ferunt: de quibus à nobis etiam nunc est exempli gratia dicendum. Aratus Achæorum dux, ciuitatem Cynætheorum dolo adoriri conatus, diem illis constituit, qui ipsi ex ea ciuitate cooperabantur: in qua illum oportebat noctu ad fluuium, inde à Cynætha labentem profectum, unà cum exercitu manere & moras nectere: eos uerò qui in ciuitate erant, occasione circa meridiem accepta, unum ex ipsis pallio indutum tacitè per portam emittere, iubereq; que, ut accedens staret ante portam in tumulo illic congesto: reliquos autem manus dormientibus principibus iniicere, qui circa meridiem portam custodire consueuerant. Hoc facto, Achæos ex insidijs aciem ad portam dirigere. His ita ex pacto constitutis, cum tempus destinatum adesset, Aratus quidem uenit, & iuxta flumen occultè, pacti seruans, mansit. Circa quintam uerò diei horam, uir quidam oues habens debiles, ex illis quæ circa ciuitatem pasci solent, cum necesse illi esset, ut iuxta temporis rationem de uictu pastoris sui percontaretur, per portam pallio uestitus egressus est: stansq; in tumulo supradicto, de pastore circumspexit. Aratus symbolum sibi dari ratus, properè cum suis omnibus ad ciuitatem cõtendit. Verùm porta subitò ab illis occlusa, qui ad illius erant custodiam deputati ac præsentes, propterea quòd nihil dum ab illis qui intus erant paratum esset: accidit ut Aratus nõ solum proposito fraudaretur, sed & cooperatoribus suis qui in ciuitate erant, maximarum calamitatum causam daret. Etenim deprehensi, confestim eiecti sunt, & occisi. Quam igitur euentus huius causam fuisse dicemus? Quod uidelicet dux ille pactum

De Arato Achæorum duce.

hoc

hoc ſimplicius quàm neceſſe erat expediuit, iuuenis adhuc, & geminorum pactorum, & quæ pactis annexa ſunt, accuratam ſcientiam non habens. Ad hunc modum res bellicæ in modico differentiam momenti ad utrunq; euentuum latus nutantis habent. Et Cleomenes quoq; Spartiates cum Megalopolim ciuitatẽ per praxim capere propoſuiſſet, ijs qui murũ cuſtodiebant pactus eſt, quòd noctu cum exercitu ad portam quam * Pholeam uocãt, circa tertiam cuſtodiam uenire uellet. Nam id temporis murum illi cuſtodiebãt, qui partes illius iuuabant. Quoniã uerò nondũ præuiderat, quod circa Pleiadis ortũ breues omnino cõtingit eſſe noctes, exercitũ demũ mouit ex Lacedæmone, cum ſol iam occideret. Cum autem in tempore accurrere non poſſet, ſed tandẽ orto iam die adueniret, uim inanem & citra rationem inferens, turpiter multis amiſsis, ac de ſumma rerum periclitatus, reiectus eſt: qui ſi iuxta quod conſtitutum erat, ad tempus deputatum rectè collimaſſet, & tum cum cooperarij illius intromittendi ipſum facultatem habebãt, exercitum adduxiſſet, propoſito ſuo fraudatus non fuiſſet. Conſimiliter & Philippus Rex, ſicut & ſuprà dixi, cum occultã machinationẽ ex ipſa ciuitate Meliteorum inſtituiſſet, duobus modis errauit. Nã & ſcalas non ſatis longas attulit ſicut neceſsitas requirebat, deinde & tempus non ſeruauit. Cum enim circa mediam noctem uenturum ſe conſtituiſſet, ubi iam cuncti obſoporati eſſent, ante competens tempus exercitum è Lariſſa mouit, & in agrum Melitæorũ intempeſtiuius uenit: ideoq; quoniam nec manere illic ueritus, ne ciuibus aduentus ipſius patefieret, nec clanculum reuerti poterat, ciuitatem aggreſſus eſt habitatoribus illius adhuc uigilantibus. Vnde nec per ſcalas ad murorum faſtigia niti, quòd illæ neceſſariam commenſurationẽ non haberent: nec per portam ingredi potèrat, quòd coniurati, quos in ciuitate habebat, tempore excluſi, opem illi ferre nequiuerant. Tandem cum ciues iritaſſet, ac multos ſuorum amiſiſſet, cum dedecore re infecta reuerſus eſt: cunctos etiam alios hoc facto admonens, ne ſibi quiſquam in poſterum fidem haberet, ſed caueretur. Quin & Nicias Athenienſium dux, cum exercitum circa Syracuſas ſeruare poſſet, & commodam latendi occaſionem, ne ab hoſtibus adeſſe ſciretur, noctu accepiſſet, ad locum ſecurũ ſeceſsit: & poſtea cum luna deliquium pateretur, quaſi illa periculum aliquod portenderet, ſuperſtitioſe à motione caſtrorum abſtinuit. Et hoc accidit omnibus, cum poſtea ſequenti nocte caſtra moueret, & id hoſtis præſentiſceret, ut & exercitus & duces in manus Syracuſanorũ inciderent. Atqui poterat hiſce de rebus ex illis cognoſcere, qui experti erant, non debere temporũ commoditatem propter talia negligi, ſed illius magis cooperationẽ uſurpari, propter hoſtium ignorantiam. Etenim imperitia proximorum, maximum compendium perficiendarum rerum exhibet expertis. Aſtrologia itaq; de prædictis rebus accuratè conſulenda eſt: de commenſuratione uerò ſcalarum, talis quidam conſiderationis modus exiſtit. Quod ſi per aliquem ex coniuratis altitudo muri ſignificata fuerit, in promptu cognoſci poterit, quæ debeat ſcalarum eſſe commenſuratio: ut ſi murus alicuhi decem pedum altitudinem habuerit, illic ſcalæ opus habebunt, ut in duodecim pedum altitudinem largiter aſſurgant. Gradus aũt ſcalarũ medietatem ſcalę ad commenſurationem aſcendentium requirunt, ut neq; nimis diſtantes, propter aſcendentium multitudinem facile frangãtur: neq; rurſus plus æquo erecti, ſi ad modum applicentur, labiles ijs qui accedunt exiſtant. Si uerò fieri nequit, ut menſura capiatur, uel ad murum propinquetur, ex interſtitio totius altitudinis magnitudo eorum quę erecta ſubiectę planicici imminent, capiatur: qui cõprehenſionis modus poſsibilis, imò facilis illis eſt, qui animum adhibent, ut à Mathematicis iſta cognoſcant. Quocirca rurſus liquet, neceſſarium illis eſſe, qui rectè ad propoſitum & res gerendas collimare uolunt, ut geometricandi ſcientiam teneant, ſi non perfectè, hactenus ſaltem, ut intelligentiam proportionum, & theoriam ſimilitudinis habeant. Haud enim in iſtis tantum, ſed & circa ſchematum comprehenſiones in caſtrorum metationibus, neceſſarius eſt hic modus ad

* id eſt paleſtrã, uel lauebram.

hoc,ut aliquando,dum uniuersam disposition em castrorum mutamus,eandē commensurationem eorum quæ in castris comprehenduntur, seruare queamus:nonnunquam uerò,si easdem castrorum formas retinuerimus,locum castris comprehensum uel extendere uel coartare possimus, idq; semper iuxta rationē pręcognitorum, uel ex castris discedentium: quæ ubi de instruendis aciebus commentati sumus, exactius declarauimus. Haud enim arbitror esse quempiam,qui hoc studium nostrum immoderatè ferat:quòd multa quędam militiæ imponimus, iubentes illius affectatores astrologiæ ac geometriæ scientiam non contemnere:Ego sanè ut ea quę ex superfluo & inani redundant, propter argutiam & nugacitatem in singulis studijs, & pariformiter ea quæ ultra necessarium usum tendunt,admodum reprobo: sic in præcipiendis necessarijs summopere ac studiosè contendo. Est enim absurdum,eos qui orchesticam uel tibiæ cantum exercent, pręparationem circa rhythmos & musicen, adhuc & circa palæstram,ob eam causam amplecti, quòd id studij ad utriuisq; exercitij finem facere uidetur:eos uerò qui sibi militiam uendicant,ægrè ferre si externa studia aliquò usq; admittere debeant:sic,ut qui circa mechinacas artes occupantur,magis seduli sint & studiosiores,quàm qui circa honestissima & augustissima excellere uolunt.quorum nihil negabit, quisquis animo non destituitur. At de his quidē hactenus.Quamplurimi uerò ex ambitu ac rotunditate magnitudinem iam dictorum conijciunt.Deinde,quando ciuitas Megalopolitarum quinquaginta,Lacedęmoniorum autem quadraginta & octo stadiorum ambitu contineri,magnitudine uerò Lacedæmoniorū ciuitas Megalopolim duplo excedere dicitur, uidetur hoc illis esse incredibile. Quod si quis hanc illis dubitationem auctiorem quoq; reddere uolens,posibile esse dixerit,ut ciuitas,uel castrorum uallum,quadraginta stadiorum circuitum habens,duplo excedat eam quæ centum stadijs comprehenditur, insanum illis hoc dictum uidebitur.cuius rei causa est, quod non recordamur ea,quæ in humanioribus disciplinis per geometriam nobis sunt tradita. De his igitur dicere aggressus sum, propterea quòd non solum uulgares multi, sed & aliqui ex illis qui Rempublicam administrant,& ex imperatoribus ac ducibus,cum stupore admirantur,quomodo fieri possit,ut maior sit Lacedęmoniorum ciuitas, & multo maior quàm Megalopolis, cum minorem habeat ambitum: deinde multitudinē uirorum coniectura ex castrorum circuitu sumpta colligunt. Et alius etiam cōsimilis error est, qui in describendis ciuitatibus committitur.Etenim multi eas ciuitates quæ anfractibus & collibus refertæ sunt,plures domos continere putant,quàm eas quæ in plano sunt sitæ.hoc autem sic non habet,propterea quòd ędificiorum domus non in accliui pauimento,sed in subiecto plano rectæ ædificantur, unde & tumulos prouenisse cōtingit: id quod ex eo cognosci potest,quòd in planicie conspicuum est. Etenim si eas domos consideres, quæ in sublime sunt extensæ, & in climatibus sitæ, sic ut cunctæ sint æqualiter altæ, manifestum est, quod tectis illarum in unam planiciem redactis, par sit & æqualis distantia tam illarum quæ tumulis subiacēt,quàm quæ ad fundamenta murorum in planicie sitæ sunt. De his itaq;,qui præesse alijs,&,Respublicas administrare uolentes,ista ignorāt,& cum dicuntur,stupent & admirantur,hactenus dictum sit.

Ciuitatis Agrigēti descriptio.

Ciuitas autem Agrigentum, non modo quòd attinet ea quæ diximus,plurimis est ciuitatibus præstantior, sed & propter munitionis robur, & maximè propter uenustatem, & structuram. Est enim à mari decem & octo stadijs condita, ut nemo sit qui commoditatis illius particeps esse nequeat. Mœnia illius & naturali situ, & structuris excellenter sunt munita. Murus enim petræ sublimi ac præruptæ partim ex natura,partim structura impositus est. Deinde & fluminibus circūdatur. Ab australi namq; latere fluuius labitur ciuitati cognominis: ab occidente uerò & Aphrico alius fluit,qui Hypsas appellatur. Arx ciuitati imposita est ad orientem æstiualem. Ea ad externum aspectum uallem habet inaccessam, ad internum uerò unū tantum ex ciuitate aditum.In uertice templum Mineruæ & Iouis

Iouis Atabyrij cõditum est, quemadmodũ & apud Rhodios. Cũ enim Agri gentum coloniam habeat à Rhodijs, rectè Deus eandem illic appellationem habet, quam habet apud Rhodios. Est autem & aliàs ea ciuitas magnificè templis ac stationibus ornata. Et templum Iouis Olympiaci preciosos quidem sumptus non accepit, eminentia tamen & magnitudine nullis alijs quæ sunt in Hellade, inferius esse uidetur. Iouis Atabyrij templum.

Oratio Chlæneæ, legati Aetolorum, ad Lacedæmonios.

Quod quidem, ô uiri Lacedæmonij, potentatum Lacedęmoniorum Græcis principium seruitutis fieri contigerit, sic uerum est, ut neminem esse persuasus sim, qui aliud dicere ausit. Potest autem hoc pacto cõsiderari, quę multitudo eorum Gręcorum sit qui in Thracia sunt, quos Atheniẽses & Chalcedonij in coloniam deduxerunt, quæ maiorem & statum & potentiam habuerit quàm ciuitas Olynthiorum. Hanc ubi Philippus captiuam reddidit, & paradigma constituit, non solum Thraciæ ciuitatum factus est dominus, sed & Thessalos sibi metu perculsos subiecit. Paulo pòst cum & Athenienses bello deuicisset, successu illo magnificè est usus: non ut Athenienſibus benefaceret; quod procul abfuit, sed ut beneficijs erga illos declaratis alios ad se traheret, quoad imperata ipsius facienda animum inducerent. Vestræ ciuitatis autem authoritas alijs Græcis cum tempore * patrocinari uidebatur. Quapropter quidlibet prætexens cum exercitibus irruit, & terram populando uastauit, si mul & domos tandem & uestram regionem populatus partem distribuit Argijs, partem Tegeatis, partem Megalopolitis, partem Messenijs: cunctis uolẽs etiam prę terquam conuenit, benefacere, ad hoc tantum, ut uobis incommoderet. Principatum ab illo accepit Alexander. Hic quoq; modicũ quoddam Helladis fomentũ in ciuitate Thebęorũ supereſſe ratus, quomodo illam uastarit, cunctos uos scire puto. Quid aũr attinet singula eorum facta recensere, qui illi succesſerunt, & quomodo Gręcis sint abusi referre? Nemo enim sic negligẽs est earum rerum quæ geruntur, ut nesciat quomodo Antipater Græcis bello circa Lamiã uictis, calamitosis Athenienſibus pariter & alijs pessimè sit abusus, & adeò cõtumelioſus & iniquus factus sit, ut profugorũ inquisitores constituerit, & ad ciuitates aduersum eos miserit, qui ipsi uel contradixerant, uel aliqua in re honorẽ Macedonũ læserant: quorum alij è templis uiolenter abducti, alij ab ipsis aris abrepti, supplicio affecti sunt & occisi. alij profugi, ex Hellade propulsati sunt. Nullũ enim erat asylũ nisi unicũ dũtaxat, in gente Aetoliæ. Quę designata sint autem à Cassandro, Demetrio, adhuc & Antigono Gonata, quis est qui ignoret? Etenim quoniam sine ullo prætextu facta sunt, cognitionem eorum luculentam fieri contigit. Horum alij custodias ciuitatibus imposuerunt, alij tyrannos implantarunt, atq; ita nullam ciuitatem reliquerunt quæ nominis huius seruitutis expers manserit. Verùm hisce relictis, redeo ad finem Antigoni, ne ex uobis aliqui, dum actionem meam ex eo simpliciter considerant, putent se gratiæ Macedonum esse obnoxios. Antigonus enim non ut Achæos seruaret, bellum uobis intulit: neq; quòd Cleomenis tyranni de offensus, Lacedæmonios in libertatem asserere cuperet, (& admodũ sanè stolidum fuerit, si quispiã ex uobis hac sit opinione præditus) sed quoniã potentatum suum haud firmum fore uidebat, si ex uestra potestate principatus Peloponnesiorum disponeretur, adhæc & Cleomenem industrium, & fortunam uobis luculenter adspirare cernebat, simulq; et metuebat & inuidebat: uerùm non Peloponnesijs opem laturus, sed spes uestras abrepturus, & excellentiam uestram humiliaturus. Quapropter non tam sunt amandi Macedones, ciuitati huic dominantes, quam diripuerunt: quàm pro inimicis habendi & odio prosequendi, eo quòd cum uos Helladi imperare possetis, id sæpenumero impedierunt. De Philippi aũt iniquitate quorsum attinet pluribus dicere? Etenim huius erga deos impietas, per cõtumelias tẽplis in Therma illatas, sufficienti est hypodigmate declarata: atrocitas uerò erga homines, præuaricatione illa & pacti uiolatione erga Messenios est expressa. Soli autem Aetoli

* uel, impetrare

toli ex Græcis palàm testiterunt Antipatro, ut securi essent illi qui per iniuriã adfligebantur: soli impetum Brenni & Barbarorum qui cum illo erant, repressérunt: soli cum accersérentur, unà ad hoc decertarunt, ut patriũ Græcorũ principatũ uobiscũ assererent. Itaq; de his quidẽ hactenus. De præsenti uerò cõsultatione, decernendũ & ordinandũ aliquatenus est, tanquam illis qui de bello consultant. Est aũt hoc bellum secundũ ueritatẽ censendũ. Et Achæos quidẽ, tanquã inferiores, nõ solũ non debere uestræ incõmodare regioni, sed magis etiã magnas agere diis gratias iudico, si suam conseruare queant: siquidem bellum illis ab Eliis & Messeniis propter societatẽ nobiscum initã, & cũ illis, à nobis quoq; instat. Philippus uerò, sicuti persuasus sum, cœpto suo finẽ faciet, terra ab Aetolis, mari à Romanis & rege Attalo impugnatus. Est aũt admodũ in promptu, ex iis quæ iam facta sunt rationẽ inire de futuris. Etenim si cũ solis Aetolis bellum gerens, nunquam illos subigere potuit, quomodo ad instans bellum sufficiet? Hæc mihi secundum primum dicta sint propositum: ut notum sit omnibus uobis, oportuisse uos non ex præcipitatione, sed integro consilio, magis Aetolis quàm Macedonibus ferre auxilium. Si uerò de illis præoccupastis, & iam antea statuistis, quæ poterit esse reliqua ratio? Si uerò pacti nobiscum estis præsens hoc auxilium, antequam beneficijs ab Antigono afficeremini, meritò inquirendum est, an conueniat ut succedentibus beneficijs acquiescentes, priora, quibus antea potiti estis, contemnatis. Quoniam uerò libertate hac & salute, admodum decantata, ab Antigono absoluta, sunt qui singula horum uobis impingunt ac uitio uertunt, sub ista consultantes, & frequenter uobiscum rationem ineuntes, Aetolicis ne rebus an Macedonicis communicare debeatis. consortes illorum in multis esse uoluistis, quibus in hisce rebus fidem dedistis, & à nobis uicissim accepistis, & unà nobiscum præteritum bellum aduersus Macedones gessistis. Quis autem meritò de istis hæsitare poterit? Iam id negocij quod uobis est cum Antigono & Philippo, humanitatis titulo palliatur. Deinceps autem, uel propter Aetolorum iniuriam, quid necesse est id quod uobis postea factum est, declarare? uel propter Macedonum beneficentiam, uel aliud quippiam quod istis successit: quomodo, quibus obsecundandum non esse antea rectè & syncerè consuluistis, nunc mutati pacta & iuramenta cum illis quæ maximam apud homines contestationem & obligationem obtinent, instauraturi estis? Chlæneas igitur cum de his disseruisset, sicq; dixisset, ut contradici nõ posse uideretur, finem dicendi fecit. Post hunc Luciscus legatus Arcananorũ ingressus primùm quidẽ sese cohibuit, cum multos inter se de ijs quę dicta erant colloquentes uideret: pòst uerò, cum tandem siluissent, ad hunc ferè modum dicere cœpit.

Oratio Luciſci legati Acarnanorum.

Nos huc, uiri Lacedæmonij, à Republica Acarnanorum ad uos missi aduenimus. quoniam autem ferè semper eiusdem spei consortes cum Macedonib. fumus, arbitramur hanc quoq; legationem & nobis & Macedonibus esse communem. & sicuti periculis, propter excellentiam & amplitudinẽ uirtutis Macedonũ ut illorum uiribus securi simus, unà cum illis inuoluamur: ita etiam secundum legationum labores Acarnanorum commoditas Macedonum iure continetur, & implicatur. Quapropter nõ est quod miremini, si plu ribus uerbis de Philippo & Macedonibus dixerimus. Chlæneas itaque cum orationem suam terminaret, breuem quandam recapitulationem adiecit iuris eius quo ipsis sitis adstricti. Dixit enim: Siquidem aliquid postea, postquam auxilium ipsis pacti estis, factum est uel noxium & molestum ab Aetolis, uel per louẽ, humanũ à Macedonibus, meritò præsens hoc consiliũ syncerã habet considerationẽ. Si uerò nihil tale factũ est, ea quæ Antigonũ concernunt proferentes, quæ antea à uobis certò sunt comprobata, persuasi sumus esse uos omnium stolidissimos, si iuramẽta nũc & pacta instaurauer itis. Ego uerò, siquidem nihil secundum huius uerba postea factum est, sed manẽt res Græcorum, quales fuerũt antea cum societatem cum Aetolis iniretis, affirmo

uos

uos omniũ esse stolidissimos, ac uanas inituros rationes. Si uerò causa hæc admodum diuersam dispositionem habet, quemadmodum in progressu sermonis euidenter ostendam, arbitror manifestum futurum, me quidem aliquid uobis dicere, quod commodum sit, Chlæneã uerò illud ignorare. Ob hoc ipsum itaque aduenimus, persuasi ad hoc nobis esse dicendum, ut id demonstremus. Quocirca & conuenit uobis, & conducit, si quidem fieri poterit, ut ubi audieritis de calamitate quæ Græcis imminet, id consiliũ capiatis, quod & honestum sit, & uobis conueniens, ac eiusdem spei nobiscum consortes sitis. Si uerò id fieri non poterit, in præsenti quiescatis. Quandoquidem autem illi è longin quo domum Macedonum ausi sunt accusare, necessarium mihi uidetur ut ea de re paucis differentes, ignorantiam illorum animis adimamus, qui fidem his quæ dicta sunt præbuerunt. Dixit igitur, Chlęneas Philippum Amyntæ filium per infortunium Olynthiorum Thessaliæ dominium esse adeptum. Ego uerò per Philippum nõ modò Thessalos, sed & reliquos Græcos seruatos esse iudico. Quo nanq; tempore Nomarchus & Philomalus Delphos profecti, impiè & iniquè dominium sibi in pecunias Dei usurparũt, quis uestrũm ignorat, quantam tum potentiam instituerint, contra quam nemo Græcorum ne hiscere quidem palàm poterat? luxtà uerò, dum impij essent in Deũ, simul & totius Helladis dominum rapere moliebãtur. Illis temporibus Philippus ultro uires suas impendens, tyrãnos sustulit, & quæ templi erant, secura reddidit, ac simul Græcis libertatis causam præbuit, quemadmodum res ipsa etiam posteris testificatur. Etenim Philippum, non tanquam qui Thessalis iniuriam intulerit, sicut hic ausus est dicere, sed tanquam benefactorem Helladis, principem & terra & mari delegerũt cuncti: quam dignitatem utiq; nemo mortalium antea sortitus est. Verùm cum exercitu Laconicam uenit? Non est hoc ex ipsius factum sententia, sicuti uos scitis: sed uocatus, & frequẽter nominatim ab amicis ac socijs quos in Peloponneso habebat, accersitus, ægrè obtemperauit. Et cum illò uenisset, quomodo rebus illis usus sit, ô Chlænea, considera. Cum enim simul uicinorum impetu, tam ad regionis illorum uastationem, quàm ad ciuitatis humiliationem, uti, idq; cum maxima gratia facere posset, illi quidem se proposito non accommodauit: uerùm & illos perterrefecit, & istos, & disceptationẽ qua inter se contendebant, utrosque ad communem utilitatem terminate coegit: nec scipse iudicem in ea controuersia, sed ex cunctis Græcis delectum iudicium cõstituit. Est ne factum hoc probro & uituperio dignũ? Rursus id Alexandro acerbè opprobrasti, quòd Thebæorum ciuitatem per iniuriam usus est adfligere. quod uerò supplicium sumpsit de Persis, ut contumeliã Græcis omnibus communiter inflictam ulciscereturi, eius rei mentionem nullam fecisti, nec quod uos omnes magnis malis eripuit, dũ Barbaros seruituti subiecit, & subsidia illorũ sustulit, quibus usi Græcos uastabãt, nunc cõtra Athenienses & illorum maiores, nunc aduersum Thebæos certantes, & bellum inferentes, ac tandem Asiam Græcis subiectam reddidit. De successoribus uerò quomodo mentionem facere audet? Illi siquidem suorum temporum calamitatibus, alijs bonorum, alijs malorum causa frequenter extiterunt: contra quos alij forsan causam habent, ut memoriam seruent iniuriarum. uobis autem hoc nequaquam conuenit, quibus nihil unquã boni, mala uerò multa, & sæpenumero, auerterũt. Qui nã illi sunt, qui Antigonum Demetrij filium ad subuertendum Achæorum gẽtem aduocarunt? rursus, qui cum Alexandro Epirota iuramẽta & fœdera sanci uerũt ut Acarnania uastaretur, & diuideret? Nonne uos? Quí nam contra publicum tales duces miserunt, quales uos misistis? qui etiam sacris asylis manus iniecere non sunt ueriti. Sicuti Timæus & Neptuni in Tasmaro, & Artemidis in Lusis tempum deprædatus est. Pharycus uerò & Polycritus, ille Iunonis delubrũ in Argo, iste Neptuni in Mantinia diripuit. Quid Lacrabus & Nicostratus? An nõ erga Panegyrim Pambiotarũ fœdera ruperunt, & Scytharũ Galatarũq; feritatẽ exercuerunt, quorũ nihil est à successoribus factum? Et cum nihil istorum excusate possitis, de eo gloriamini, quòd impetũ Barbarorum aduersum

sum Delphos irruentium cohibuistis, & Græcos ob id uobis gratiam debere dicitis. At si propter unam hanc commoditatem gratia debetur Aetolis, quo & quanto honore digni non sunt Macedones, qui maiorem uitæ suæ partem incessanter huc conferunt, ut ad retinendam Græcorum securitatem aduersum Barbaros certamina sustineant. Etenim quis est qui ignoret, res Græcorũ perpetuò magnis fuisse periculis obnoxias, nisi Macedones nobis & regũ ipsorum magnificentia, muti uice fuissent. Est autem huius id maximum argumentum. Simulatq; Galatæ Ptolemæum cognomento Ceraunum contemptis Macedonibus uicerunt, confestim Brenni in mediam Helladem cum exercitu uenerunt. quod frequenter fieri contigisset, nisi Macedones moderationi rerum præfuissent. Verùm licet de precedentibus gestis multa dicere queam, ista tamen sufficere puto. Dum autem inter ea quæ Philippus gessit, impietati deputant, quod templum destruxit: non addunt contumeliam ipsorum & iniquitatem, quam exercuerunt in templa & delubra deorum quæ in Dio sunt & Donona, qua de re primùm dicere oportebat. Vos autem quæ passi estis, narratis, illaq; plus æquo exaggeratis: quæ uerò priores, eaq; multiplicia, fecistis ipsi, silentio transitis: perspicuè scientes, quòd quicquid iniuriarum & detrimenti infertur, cuncti in eos reijciant, qui manibus iniustis priores in lędendo fuerunt. De illis uerò quæ Antigonũ cõcernunt, tantisper mentionem facere uolo, donec quæ facta sunt, non uideantur esse contẽnenda: nec obiter inspiciendũ tanti momenti factum. Ego beneficium maius, quàm quod ab Antigono in uos est collatum, uisum non esse iudico. Mihi nanq; id tam uidetur esse amplum, ut excellentius esse nequeat: id quod inde cognosci poterit. Bellum uobiscum gessit Antigonus. Pòst ducta in uos acie, armata manu uictoriam obtinuit. factus est & regionis pariter, & ciuitatis dominus. Debebat agere pro iure belli. uerùm tam abfuit ut mali quicquam uobis inferret, ut præter alia eiecto tyranno, & leges uobis & patrium ciuitatis ius restituerit. cuius rei uos ipsi in publicis panegyribus Græcorum testimonium statuentes, benefactorem ac seruatorem uestrum Antigonum prædicastis. Quid itaq; faciendum uobis erat? Dicam id, quod apparet uos dicentem patienter ferre. faciam enim id nunc haud citra rationem, nõ ut probro uos impetam, sed quod ipsa me rerum qualitas cogit, ut dicam ea quę publico conducunt. Quid itaq; dicturus sum? Quod uidelicet bello præterito non cum Aetolis, sed cum Macedonibus societatem inire debebatis: & nunc quoq; dum ad id uocamini, cum Philippo magis quàm cum illis coniungi debetis. At fœdera transgredieminí, si id feceritis. Verum dicite, utrum maius malum commissuri sitis, iura cum Aetolis seorsum inita negligẽtes, an ea transgredientes quę Græcos omnes concernentia columnæ sunt insculpta & consecratæ? Quomodo eos aspernari tam religiose detrectatis, à quibus nullam gratiam accepistis: Philippo uerò & Macedonibus nihil reuerentię exhibetis, per quos hanc ipsam cõsultandi facultatem habetis? Aut putatis, amicis quidem debere sua seruari iura? Atqui tam sanctum non est, fidem scripto comprehensam seruare, quàm prophanum & impium, in ipsum publicum corpus inimicando & bellando peccare: id quod nunc Aetoli præsentes à uobis requirunt. Verùm de his hactenus: quæ ab illis qui contentiosius animati sunt, extra præsentem causam dicta esse iudicabantur. Redimus igitur ad continuationem & propositum causę. Id autem est: Si tes nunc præsentes, in eo statu sunt, quo erunt tum temporis, cum societatem cum istis iniretis, manendum est uestræ optioni in proposito, quod initio fuit. Si uerò mutatæ sunt prorsus, æquum est etiamnum, uos syncero animo de his quę petuntur consultare. Interrogo itaq; uos ô Cleonice & Chlænia, quos tum socios habebatis, cum istos ad belli communicationem aduocaretis? An non Græcos omnes? Cum quibus autem nunc spei uestrę communicationem habetis? Aut ad quam societatem istos inuitatis? An non Barbarorum? Putatis ne res istas præsentes easdem esse cum præcedentibus & non diuersas? Tum enim principatus et gloriæ gratia cum Achæis & Macedonibus cognatis & Philippo illorum principe con-

pe cõtendebatis: nunc uerò seruitutis gratia ab alieni genis hominibus bellum imminet Græciæ, quos uos aduersus Philippum attrahi putatis: ignoratis autem, quod illorum copiæ aduersum uos ipsos & uniuersam Helladen accersuntur. Quemadmodum enim qui in casibus bellicis graviores custodias ac fortiores ipsorum uiribus, in ciuitates suas securitatis gratia inducunt, simulatque metu hostium liberantur, seipsos amicorum potestati, subiectos reddunt: hoc ipso pacto cogitant nunc & Aetoli. Dum enim Philippum uincere, & Macedones humiliare uolunt, non animaduertunt quomodo sibijpsis tantam nebulam ex Hesperia superinducant, quæ forsan in præsenti Macedonibus primùm caliginem allatura est, consequenter uerò Græcis omnibus magnorum malorum causam adferet. Est itaq; cunctis quidem Græcis imminens hoc tempus prouidè obseruandum, maximè uerò Macedonibus. Alioqui quam putatis, ô uiri Lacedæmonij, progenitoribus uestris fuisse causam, quòd cum Xerxes misso ad uos legato aquam peteret ac terram, eum qui aduenerat in puteum deturbarunt, terramq; superiniecerunt: ac rursus dimisso mandarunt ut Xerxi nunciaret, haberet ipsum apud Lacedæmonios iuxta condictum & terram & aquam? Rursus, qua ratione suapte sponte & palàm proruperunt hi qui cum Leonide existentes occisi sunt? An non ob eam causam, ut non solum pro sua ipsorũ, sed & pro aliorũ Græcorũ libertate periclitari uiderentur? Cogitate itaque, an talium uirorũ posteros existentes, nunc societatẽ cum Barbaris ineundo, militare cum illis conueniat, & bellũ gerere aduersus Epirotas, Achæos, Acarnasseos, Bœotas, Thessalos, imò ferè cunctos Græcos: nec quicquã sibi turpe ducere, modò lucri aliquid accedat. Et quid illis expectandum est, qui hæc faciunt? Quoniam Romanorũ societas accessit, alij uerò opem ab Illyrijs & auxilium nacti, per mare uim inferre, & contra Pylas præuaricari conati sunt, terra uerò ciuitatẽ Cliteriorũ obsederũt, & eam quæ Cynatheorũ est uastarunt. Et primum quidẽ, sicut & suprà memini, cum Antigono propter Achęos pariter & Acarnanos fœdera pepigerunt: nunc uerò cũ Romanis contra uniuersam Helladẽ pacta ineunt. quæ cum audiuntur, quis est qui accessum Romanorum non habeat suspectum? Aetolorum uerò dementiam detestetur, quòd eiusmodi sancire fœdera sunt ausi? Iam Acarnanorum * Oeniadas & insulam diripiunt, & antea Talaneorum ciuitatem & Anticyram occuparunt, illamq; unà cum Romanis uastarunt, & liberos quidem & uxores abducunt Romani. quos ea pati uerosimile est, quæ illis solent accidere, qui in potestatem alienigenarum deueniunt: ipsum uerò infelicium territorium possident Aetoli. Honestum scilicet est, & pro animi sententia, eos qui Lacedęmones sunt, eiusmodi sortiri societatem: qui Thebæos, quos solos Græcorum, cum Persæ irruerent, necessariò quescere uoluerunt: decreuerunt autem uota dijs facere, quo Barbaros bello uincant. Honestatem itaque uestram & decus concernit, ô uiri Lacedæmonij, ut maiorum uestrorum memores, & Romanorum accessum uerentes, ac Aetolorum malum studium suspectum habentes, atq; ea potissimum recordantes quæ ab Antigono sunt gesta, etiamnum malorum societatem detestemini, & Aetolorum amicitiam auersemini, Achæis uerò & Macedonibus eadem spe communicetis. Si uerò nonnulli potentiores apud uos reluctantur, saltem quietem apprehendatis, nec uos iniuriæ istorum consortes reddatis. Etenim amicorum quidem propensio, si commodè fiat, magnum adfert emolumentum: si uerò coacta sit, & tandem tarda ac deficiens, uanum habet subsidium. Itaque uidendum, an non uerbis tantum, sed & ipsis operibus societatem cum ipsis seruare uelint.

* Forte, uineta

Fragmentum de fluuio Euphrate.

Eupbrates enim initium sumit ex Armenia: ac per Syriam & ulteriorem locum labitur, tanquam Babyloniam uersus: & ut mihi uidetur, in mare rubeum influit. Signum huius est. Absumitur fossis subterraneis, in agrum tendentibus, antequam in mare sese exonerans desinat. Quapropter

& diuersam illum naturam ab alijs fluuijs habere contingit. Nam aliorū quidem fluminum fluxus augetur, secundum quòd per plura loca labuntur: & hyeme sunt maximi, bumillimi uerò tempore æstatis. Hic autem, & maximus redditur ad ortum caniculæ, & maximus est in locis Syriæ, & progressu perpetuo fit minor. Horum autem causa est, quòd incrementum accipit nō ex concursu imbrium hyemalium, sed ex colliquatione niuium: diminutionem uerò ex eo quod in agrū egreditur, & in irrigationes telluris diuiditur.

DECIMI LIBRI HISTORIARVM POLYBIJ Epitome, Vuolfgango Musculo Interprete.

CVm inde à freto & ciuitate Rheginorum Tarentum usq; stadia sint plusquam duo millia, ipsum tamen Italiæ latus prorsus portu destituitur, demptis illis qui sunt Tarenti. Auertitur autem latus illud ad mare Siculum, & uergit ad loca Helladis. Barbaras gentes habet populosissimas, & illustrissimas Græcorum ciuitates. Etenim Bretij & Leucani, & non nullæ Saunitarum partes: adhuc & Calabri, & plures alij eam Italiæ regionem incolunt: sicut & ex Græcis ciuitatibus Rhegium, Caulona, Locri, & Croton. Præterea & Metapontij & Thurij eam maritimum partem occupant. Itaq; & Siculi, & qui ex Hellade ueniunt, quando ad aliquem ex dictis locum nauigant, necessitate ad portus Tarentinos feruntur, & in ea ciuitate mutua cōmercia & œconomias cum omnibus lateris illius incolis facere coguntur. Poterit autem quisquam conijcere, loci illius commoditatē ex uberta te ac felicitate prouenire, quam habent Crotoniatæ. Illi siquidem, cum æstiuales stationes, & prorsus exiguum quendam pròuētum, nihilo tamē minus magnam sibi felicitatem uendicare uidētur, haud aliunde quàm ex locorum fertilitate, quæ ne conferri quidem potest ad Tarentinorum portus & loca. Est autem & commoditas eius loci etiam ad portus Adriaticos, nunc quidē magna, maior uerò fuit ante hęc tēpora. Etenim quotquot ex superiore Apulia ad Sipuntas usq; è regione nauigabant, & ad Italiam ferebantur, Tarentū diuertebant, illaq; ciuitate ad faciendos contractus & permutationes, quasi quodam emporio utebantur. Tum enim Bretesinorum ciuitas condita nondum erat. Quapropter Fabius eam diuertendi commoditatem magni faciēs, relictis alijs, huius partis studio incumbebat. Hunc quidem omnes alij tanq; fortunatum quendam, & qui frequenter & maiori ex parte citra rationem & casu propositum suum perfecerit, adducunt, arbitrantes eiusmodi uiros quasi diuiniores esse, & magis admirandos, quàm eos qui omnia & singula secundum rationis ductum obeunt: simul autem ignorantes, quòd ex hisce dictis illud quidem laude dignum, hoc uerò beatum & felix esse contingit: & rursus, hoc etiam uulgaribus commune, illud uerò proprium est uirorū prudentissimorum ac mente præditorum: quos & diuinissimos & dijs amicissimos esse censendū est. Mihi sanè uidetur Publius cōsimilem Lycurgo Lacedæmonū legislatori habuisse naturā, & animi propensionē. Neq; enim putandū est, Lycurgum sic fuisse superstitiosum, ut in omnibus Pythiæ obsequundans, Lacedæmoniorum Rempublicā cōstituerit: neq; Publiū somnijs ac diuinationib. motū, tantū acquisiuisse patriæ potentatū: sed quoniam uterq; multos mortales uidebāt, nec paradoxa facile amplecti, nec res graues ac periculosas audete sine spe deorū aggredi: ideo Lycurgus perpetuò quidem consilijs suis famā ex Pythia contractā adhibens, reddebat illa & acceptiora & certiora: Publius quoq; cōsimiliter multis hanc de se opinionem indidit, quod propositū suum diuino quodā consilio exequeretur, atq; ita cōfidentiores & alacriores ad tes arduas obeundas subditos suos teddidit. Quod autem singula competenti ratiocinatione & prudentia perfecerit, ideo'que cuncta illius gesta rationi conuenientem exitum sortita sint, pstebit ex his quæ dicturi sumus. Nam quod ille quidem beneficus & magno animo præditus fuerit, in confesso est:

De Publio Romano.

quòd

quòd uerò & industrius & sobrius fuerit, & animũ propositõ intentũ habuerit, nemo concedet, nisi ex ijs qui unà cum illo uixerũt, & naturã ipsius propius inspexerunt: quorũ unus fuit Caius Lælius, qui inde à puero omniũ illius operũ & sermonũ ad mortem usq; consors extitit, & istam nobis sententiã de illo indidit: propterea quòd uerosimilia et gestis illius cõsona dicere uideret. Dicebat primum hoc Publij factum illustre fuisse, cum pater ipsius equestrẽ pugnam ad Padum fluuium aduersus Annibalem constituisset. Tunc enim, ut apparet, annos decem & septem natus, primùm in apertum belli campũ egressus, eximiorum equitum turmã custodiæ gratia acceperat à patre. Cum autem parentem in discrimine positum, & ab hostibus cum duobus aut tribus equitibus circumuentum, ac periculose uulneratum esse cerneret, primũ quidẽ eos quos secũ habebat adhortari cœpit, ut patri succurrerent. illis uerò propter circunstantium hostium multitudinem trepidantibus, ipse temerè, ut uidetur, & audacter irruit in circumfusos hostes. Postea uerò, cum & alij hostibus congredi cogerentur, hostes metu perculsi, à conflictu destiterunt. Publius senior præter spem seruatus, primus ipse cunctis audientibus filium Seruatorem appellauit. Cum autem illi, propter dictum factum, fortitudinis ac dexteritatis fama ex cõfesso nata esset, deinceps sese prorsus tempore subsequenti in præcipua pericula iniecit, quoties id summa patriæ spes necessariò exigebat: id quod non est animi fortunæ credentis, sed imperatoris mentem habentis. Postea cum seniorem fratrem haberet Lucium, & ille ad ædilitiam dignitatem adspiraret, quæ apud Romanos propè illustrissimum habebat iuuentutis principatum, ac consuetudo esset, ut duo ex patricijs constituerentur ædiles: tum autem plures ad eam dignitatem contenderent, diu nõ est ausus fratri illam petere. Cum autem in uicino esset illius constitutio, coniecturamq; ex multitudinis propensione sumpsisset, quòd ægrè ad eum principatum peruẽturus esset frater: cerneret uerò magnam esse erga se populi beneuolentiam, ac solus cogitaret, posse & illum proposito suo potiri, si ex consensu simul eam causam aggrederentur, in huiusmodi cogitationem incidit. Cum matrem templa circuire, & pro fratre dijs sacrificare, ac prorsus magnã spem futuræ rei, quam unicè curabat, alere uideret, pater uerò tum temporis in Iberiam dux exercitus in bello supradicto constitutus, abnauigasset, dixit ad matrem, iam bis se idem uidisse somnium: uisumq; sibi esse quòd unà cum fratre ædilis factus, è foro tanquam domum iturus redierit: ipsa uerò ad fores usq; occurrerit, & utrumq; amplexa salutauerit. His dictis, cum mater muliebri animo affecta esset, & nescio quid respõdens subiecisset, O si mihi diem illum uidere contingeret: Vis, inquit ille, ut rei huius periculũ faciamus? Illa assentiente, quòd iudicaret eum non ausurum rem tantam aggredi (erat enim adhuc admodum iuuenis) quasi ludens, eo illi tempore præclaram rogam confestim parari petijt. Sic enim uestiri solent, qui petitores sunt principatuum. Et mater quidem in animo non habebat quod dixerat. Ille uerò quam primum atque splendidam uestem nactus esset, matre adhuc dormiente, processit in forum. Cum autem multitudo illum cùm propter inexpectatam rei nouitatem, tum propter beneuolentiam, qua in eum antea fuerat propensa, cum stupore excepisset, & postea ad locum determinatum progressus iuxta fratrem staret, multi eum principatum non Publio tantum, sed & fratri propter illum adiudicarunt: atq; ita ambo ædiles constituti, domum reuersi sunt. Cum id mater repentè resciuisset, alacriter ad fores occurrit, & adolescentes præsenti animo ac cum fiducia salutat. Itaque ex hoc facto Publius omnibus illis qui de somnio illius audierant, non solum inter dormiendum, sed & interdiu magis et uigilans colloquium inire cum dijs uidebatur, cum tamen somnia nihili faceret. Sed quoniam beneficus, liberalis, & alloquio acceptus erat, multitudinis erga se beneuolentiam obseruasset, ac deinde populi simul ac matris tempus competenter adaptasset, non modò propositum perfecit, sed & uisus est illud cum diuina quadam inspiratione expediuisse.

Et enim qui nec occasiones, nec causas, neq; dispositiones singulorum uel uitio naturæ, uel per insciti am & socordiam accuratè considerare possunt, causas eorum quæ per industriam & prudenti ratione facta sunt, ad Deos & fortunam referũt. Hæc propter eos dixi, qui audiunt, ne per errorem in uulgatã de hoc uiro opinionẽ prolapsi, quæ in illo sunt augustissima & optima, dexteritatem uidelicet & industriam, missa faciant. Hoc autem quod de uiro hoc prędico in ipsis illius gestis eluceſcet. Tunc itaq; collectis exercitibus, hortabatur eos, ne expaueſcerent propter præteritum rerũ euentũ. Neq; enim Romanos unquam à Carthaginenſib. ſuperari uirtute, ſed proditione Celtiberorũ, & temeritate ducũ, à ſe inuicem propterea diſtantiũ, quòd prædictorũ ſocietati fidẽ habuiſſent: quæ utraq; tum apud boſtes reperiri aiebat. Etenim prę terquam quòd multũ à ſe inuicem diſtantes militarẽt, etiam ſocijs cõtumelioſe uterentur, & cunctos à ſe alienarent, & hoſtes redderent: & ob eam cauſam alios iam ad ſuos dimitti, alios uerò quamprimũ ipſi cõfidenter agerent, ubi ipſos flumen traijcere cernerent, cupidè aduenturos, non tam erga ipſos beneuoli, quàm Carthaginenſiũ erga ſe petulantiã ulciſci ſatagẽtes. Et quod maximũ eſſet, hoſtiũ duces inter ſe diſſidere, nec hoc fore animo ut cõgregati aduerſum ipſos confligerent, diuiſos uerò periclitaturos, et facile in ipſorum manus uenturos. Quocirca hortabatur eos, ut iſta cõſiderantes fluuiũ confidenter traijcerent, ac reliqua conſequentia ſe curaturũ promittebat. Cum hęc & alijs ducibus dixiſſet, Marcũ collegã tria millia peditũ & quingẽtos equites habentem circa traiectũ fluminis reliquit, ut ſocijs intra fluuiũ exiſtentib. præſtò eſſet: ipſe uerò cum reliquo exercitu traiecit, ac cunctos propoſitũ ſuũ celauit. Statuerat enim ea facere, quorum quidem nihil cum multis communi cauit. Erat aũt illi propoſitum, per incurſionẽ ciuitatem Carchedonem in Iberia ſitam obſidione cingere: quam rem et primũ poterit quiſquam intelligere, & maximum eſſe indicium eius exiſtimationis quam ſuprà de hoc uiro dixi. Cum enim annos haberet uigintiſeptem, primùm quidem prorſus illis rebus ſeſe tradidit, quæ multorũ iudicio deploratæ erant, propter magna quæ præceſſerant detrimenta: deinde quæ uulgaria & manifeſta erant, omnibus reliquit: quæ uerò neq; hoſtibus ipſis poſsibilia uidebãtur, ea facere cogitauit ac propoſuit, quorũ nihil nõ exactiſsimam prudentiã requirebat. Cum enim initio adhuc Romę degeret, & de proditione Celtiberorũ ac diſſidio exercituum diligenter percontatus ſecum ipſe reputaret, quid inde accidere poſſet, & quis caſus circa patrem cõtigiſſet, nihilo tamẽ exhorruit Carthaginenſes, neq; animo concidit, ſicuti multis uſuuenit. Poſtea uerò cum ſocios belli intra fluuiũ Iberiæ conſtitutos, in amicitia ipſorũ manere, duces uerò Carthaginenſium à ſe inuicem diſſidere, & ſubditos contumelia afficere percepiſſet, confidenti animo ad exitum belli anhelauit, nõ fortunę fidem habens, ſed prudentibus conſilijs. Cum itaq; ueniſſet in Iberiã, cunctos excitat, & ab unoquoq; de rebus boſtiũ percontatus, intelligit Carthaginenſiũ exercitus in tres partes eſſe diuiſos, & ex illis Magonẽ intra columnas Herculis, in Conijs, ſic dictis, morari: Aſdrubã Sonis filiũ ad oſtium fluminis iuxta Luſitaniã, & alterum Aſdrubam ciuitatẽ quandã in Carpetanis obſidere: nec eſſe ex his locis quempiã, qui nõ à ciuitate Cenetarũ multorũ dierum ſpacio diſtet. Reputãs igitur, ſi cum hoſtibus confligere deceruet, ſi cum omnibus ſimul, periculũ fore ne prorſus caderet, cùm quòd præceſſoribus ſuis id cõtigiſſet, tũ quòd numeroſæ eſsent hoſtiũ copiæ. ſi uerò cum uno dimicare ſatageret, metuendũ, ne illo pugnã detrectante, alij exercitus ſuperuenirent, atq; ita cõcluderetur: & in eoſdẽ caſus incideret, in quos antea ceciderãt Caius auunculus ipſius & Publius pater. Hac itaq; cõſilij parte reiecta, cũ de Carchedone ſuprà dicta audiſſet, quòd illa maximo eſſet hoſtib. uſui, plurimũq; ipſi in eo bello quod imminebat incõmodatura, ſingula illius dum apud Eilotas hybernat, perſcrutatur. Cum aũt principio audiuiſſet, quòd ea ciuitas portus haberet qui propè claſsi ac naualib, copijs eorũ qui ex Iberia eſſent, manſionẽ darent, & quod

Redit ad hiſtoriam.

ſitum

ſitum haberẽt, ſpaciũ maritimũ propter nauigationẽ quæ ex Libya eſt, Carchedonijs accõmodum: deinde quòd pecuniarũ copia, & cuncta exercituum impedimẽta in ea Carchedoniorũ ciuitate, unà cũ uniuerſis totius Iberiæ obſidibus retinerent: & quod maximũ erat, quod circiter mille tantũ bellici uiri arcẽ cuſtodiũt: eo quòd nemo unq; ſuſpicatus ſuiſſet, futurũ aliquẽ, qui eam ciuitatẽ, Carthaginenſib. uniuerſam propè Iberiã obtinentib. obſidere conaretur: denicq; quòd reliqua multitudo admodũ multa quidẽ in ciuitate illa eſſet, uerũ collecta ex opificib. banauſis ac piſcatorib. & maxima ex parte nullã bellicarũ rerum experientiam habẽs, cui acceſſum ſuum aduerſus ciuitatẽ inopinũ & ſtupendũ fore cogitauit. Necq; ignorabat, quis eſſet Carchedonis ſitus, quæ ſtructuræ, quæ diſpoſitio ſtagni quo cingit: ſed iſta ex piſcatorib. qui locorum illorũ uſum habuerãt, expiſcatus fuerat, quòd uidelicet ſtagnũ illud per omnia quidẽ lutulentũ, ut plurimũ tamen peruiũ eſſet, & quòd magna ex parte quotidie circa ueſpertinũ crepuſculũ diſcederet illius unda. Vnde colligẽs, ſi uoti compos fieret, nõ ſolũ hoſtibus intõmodaret, ſed & ſuis rebus magnam acceſsionem cõpararet: ſi uerò propoſitũ nõ aſſequeretur, ſubditos ſuos ſeruare poſſet, propterea quòd maris poteſtatem haberet, ſi ſemel exercitum cõmuniuiſſet. Et hoc facile erat, propterea quòd hoſtiũ copiæ ab eo loco procul aberant. Ad hunc modũ relictis alijs conſilijs, in hunc apparatũ inter hyemandum incumbit. Et cum hoc aleret propoſitũ, & ea eſſet ætate, qua dixi, cunctos conſiliũ ſuum celat, dempto Caio Lælio, tantiſper donec ipſe illud manifeſtandũ eſſe iudicaret. Quamuis aũt cõmentatores de conſilijs iſtis teſtificentur, ubi tamen ad finem facti ueniũt, neſcio quomodo tam egregiũ factũ non uiro huic, illiusq; prudentiæ, ſed dijs ac fortunæ acceptũ ferunt, idq; ſine ueroſimilibus argumẽtis, & eorũ teſtimonio qui unà conuixerunt: cum ipſe Publius in epiſtola ad Philippum perſpicuè declaret & exponat, quod iſtis conſilijs uſus quæ nos ſuprà recenſuimus, & in uniuerſum res Ibericas et ex parte obſidionem Carchedonis ſit aggreſſus. Cæterum Caio Lælio tum temporis de claſſe ſecretò præcipiens, in mandatis dedit, ut ad dictam ciuitatem nauigaret. Solus enim ille conſcius erat ipſius propoſiti, ſicut & ſuprà dixi. Ipſe uerò aſſumptis pedeſtrib. copijs, diligenti ſtudio profectus eſt. Habebat autem in pedeſtri exercitu multitudinem circiter duarum myriadum & quinq; millium, equites uerò bis mille & quingẽtos. Cum autem ſeptimo die ad ciuitatem peruenisſet, caſtrametatur ad ſeptentrionalem illius partem, & caſtra duplici aggere & foſſa iuxta externum aſpectũ de mari ad mare cingit, ciuitatem uerò uerſus planè relinquit operta. Nam ipſa loci illius natura, ſatis habebat munitionis. Expoſituri autem, quomodo ciuitas iſta & obſeſſa ſit, & capta, neceſſarium iudicamus, & uicina illius loca & ſitum aliquouſque deſcribere. Sita eſt igitur in Iberia, circa mediã maritimam regionẽ, in ſinu ad Aphricam uergente, cuius profunditas eſt ſtadiorũ circiter uiginti, latitudo in principio circiter decem. Totus autem ille ſinus diſpoſitionẽ portus accipit propter huiuſmodi cauſam. Inſula in illius eſt faucibus ſita, breuem quandam adnauigationẽ ex utraq; parte admittens. Hęc ubi marinos fluctus accipit, totũ ſinum tranquillũ eſſe cõtingit, niſi quantũ Aphrici flatus in utranq; adnauigationẽ irruentes, tempeſtatem excitant: ab alijs uerò uentis omnium minimè turbatur, propter Epirũ qua circundat. In receſſu uerò ſinus prominet mons Cherrhoneſizus, in quo ſita eſt ciuitas: mari ab Oriente & meridie circũdata, ab occidẽte uerò & ſeptentrione lacu cincta, ſic ut reliquus locus ad utrumq; maris uſq; latus, quo & ciuitas Epiro cõiungitur, haud prolixior ſit duobus ſtadijs. Ipſa autem ciuitas medietatem habet concauã, & à meridionali latere planũ habet à mari acceſſum: in reliquis occupatur tumulis, quorum duo montoſi ſunt & aſperi, reliqui tres admodũ quidem humiles, at ſalebroſi, et tranſitu difficiles, è quibus maximus ab Oriente adiacet, prominẽs in mare, in quo ſtructum eſt templum Aſclepij. è regione huius ab Occidente alius eſt ſitu conſimilis, cui impoſita eſt regia magno ſumptu, quam Aſdru-

bam, Monarchicam poteſtatem affectantem, ſtruxiſſe ferunt. Reliqui excellentijs minorum collium ſeptentrionale latus continent. Vocatur autem ex tribus ille, qui ad Orientem reſpicit, Phæſti: huic uicinus, Aleti. Videtur uerò ille argenteorũ metallorũ fuiſſe inuentor, & honores diuinos ob eam cauſam adeptus. Tertius Croni appellatur. Lacus autem mari adiacẽs, humano labore confluens eſt factus, propter piſcatores, ac reliquos qui maris uſum habent. Ad interciſionem uerò litoris, quo & lacus & mare dirimuntur, factus eſt pons, ut per illum iumenta & currus ea quæ neceſſaria ſunt, ex agro aduehant. Cum hic aũt ſitus eſſet iſtorum locorum, munita ſunt Romanorum caſtra interno aſpectu, ſine ullo apparatu, tam à lacu quàm à mari, utroq; latere. Spaciũ uerò, quod intermediũ eſt, & ciuitatem cum Epiro coniungit, uallo nõ cinxit, quòd in medijs illius eſſet caſtris: uel ut ciuitatem perterrefaceret, uel, ut ad faciendum impetum & incurſum eſſet accommodum, & ſine ullo impedimento egredi ac regredi ad caſtra liceret. Mœnia uerò ciuitatis primùm non ultra uiginti ſtadia continebant (Quanquam haud ignoro, multos dixiſſe quadraginta, id quod falſum eſt. Nos enim nõ ex auditu, ſed quoniam ſpectatores fuimus, ex certa ſcientia loquimur) nunc uerò adhuc amplius connectuntur. Publius itaque, adhibita etiam ad opportunum tempus claſſe, multitudinẽ cõgregat, illam' que adhortari incipit: nec alijs utitur argumentis & rationibus, ſed ſimpliciter ea ipſa proponit, de quibus ex parte iam antea diximus, oſtenditq; poſsibilem eſſe hunc ipſius conatũ: & recapitulans priora facta, interim res ſuas extenuat: deinde coronas aureas pollicetur ijs, qui primi in muros aſcenderint: & conſueta donaria reliquis, qui manifeſtè fortiter ſe ac uiriliter geſſerint. Et tandẽ Neptunum ſibi initio in ſomnis adſtitiſſe dicit, & hunc inuadendæ ciuitatis conatum monſtraſſe: deinde pollicitum, circa oppugnationis tempus ſic ſe perſpicuè cooperaturum, ut toti exercitui efficacia ipſius auxilij manifeſta ſit futura. Adhortationis itaque huius uerba iam euidentibus rationibus, iam autearũ coronarũ promiſsione, & ſuper hæc omnia, prouidentia Dei ſic attemperauit, ut uehementẽ animi impetum & alacritatem iuuentuti indiderit. Die craſtino, locis ad mare iacentibus naues adhibuit uarijs iaculis inſtructas, illarumq; curam Gaio cõmendauit. Terra uerò, robuſtiſsimos uiros, bis mille, unà cũ ſcalarũ baiulatoribus uſurpans, oppugnationem circa tertiam horam aggreditur. Magon uerò, cui ciuitas illa commiſſa fuerat, diuiſa millenariorum acie, dimidiam partem arci relinquit: cum alijs uerò in tumulo qui uerſus Orientem eſt, caſtra figit, alios circiter bis mille robuſtiſsimos, armis quæ in ciuitate aderant inſtructos, portę adhibet, quæ ducit ad Iſthmum, & caſtra hoſtium: cæteris mandat, ut ad omnes mœniorum partes pro uiribus defendendas ſuccurrerent. Mox autem atque Publius clangore tubæ oppugnationis tempus indicabat, Magon armatos per portam emittit, futurum perſuaſus, ut hoſtes perterrefaceret, & oppugnationem illorum prorſus impediret. Cum autem illi fortiter cum his, qui ex caſtris ad Iſthmum aciem ducebant, dimicarent, oritur quidem pugna illuſtris, & ſtrenua utrinq; acclamatio, cùm illis qui ex caſtris, tum alijs qui ex ciuitate erant, ſuos utrinq; incitamantibus. uerùm quoniam auxiliantium accurſus haud par erat utrinq;, propterea quòd Carthedonij per unam tantum portam, deinde duorum ferè ſtadiorum ſpacio, Romani uerò in promptu & multis locis accurrebant, impar propter eam cauſam reddebatur conflictus. Publius enim ſtudio ſuos circa caſtra retinebat, ut hoſtes longius à ciuitate prouocaret: certò futurum ſciens, ut ſi eos deleret, qui multitudinis in ciuitate quaſi acies quædam erant, cõſequenter omnia ſub uerteret, nec quiſquam amplius ex ciuitate portam egredi auderet. Contigit autem, ut conflictus aliquandiu par eſſet: propterea quòd utrinq; ex delectu ij primũ cõmiſſi erant, qui optimi ac magis ſtrenui habebantur. tandem uerò Carthedonij grauitate eorum qui ex caſtris accurrebant, repulſi terga obuertunt: & multi quidem ex illis pugnæ tempore, & inter recedendum pereunt: plures uerò

ad por-

ad portam inter sese collisi desiderantur. Quo facto, plebs ciuitatis sic uniuersa consternatur, ut & ij qui in muris erant, fugerent: parumq; abesset, quin Romani unà cum fugientibus irruerent. Verùm scalas ad murum diligenter apponunt, & Publius seipsum in discrimen tradit: facit autem hoc cautè. Habebat enim secum tres uiros, scuta gestantes. Hi superimpositis scutis, aspectum desuper à muro impediebant, ac sic tectum Publium communiebant. Hoc pacto ad latera & loca difficiliora subnixus, multum ad expugnandam ciuitatem contulit. Cum enim simul quod fiebat cerneret, & ipse conspicuus esset omnibus militibus decertantibus, plurimum indidit alacritatis. Vnde & accidit, ut nihil quod periculosum esset, omitteretur: sed quicquid illi occasio ad propositum ostendebat, id semper alacriter, sicuti conueniebat, unà cum alijs obibat. Cum autem primi confidenter admotis muro scalis ascenderent, non tantum multitudo defendentium, oppugnationem reddidit periculosam, quãtum murorum magnitudo. Quapropter etiam qui in muris erant, confirmatiores reddebantur, difficultatem eorum quæ accidebant cernentes. Nam ex scalis aliquæ frangebantur, eo quòd multi propter illarum magnitudinem, simul conscendebant. Qui uerò primi ascendebant, sic corripiebantur oculorum caligine, propter scalarum sublimitatem, ut si uel modica defendentium resistentia accessisset, seipsi de scalis præcipitassent. quãdo autem tale quid occurrebat, murorum se fastigio injicere conabantur, simul cuncti ad terram decidentes deferebantur. Verùm quamuis talia contingebant, tantum tamẽ non ualebant, ut Romanorum inuasionem & impetum cohiberent: sed cum adhuc primi delaberentur in loca deserta, mox qui uicini erant, ascendebãt. Quoniam uerò dies iam admodum progressus, & milites propter oppugnationis laborem defecti & attriti erant, dux eos qui ciuitatem oppugnabant, clangore tubæ reuocat. Itaq; qui in ciuitate erant, perinde lætabantur, ac si periculũ iam propulsassent. Publius uerò tempus expectans, quo maris unda recedere solebat, ad lacũ quingẽtos uiros cum scalis ordinat. Ad portã uerò & Isthmũ recentes milites collocat: factaq; adhortatione, tradit illis plures scalas quàm antea, quò continuè pluribus muros ascendere liceret. simul itaq; ac bellicum cecinit, et scalis muro adpositis undiq; ex omni parte milites cõfidenter ascendũt, magna perturbatio et mutatio accidit inter eos qui in ciuitate erant. Cũ enim se iam calamitate liberatos esse putarent, rerum suarum discrimen rursus ex alio incursu renouari cernunt. Vbi uerò & iaculis iam destituuntur, & multitudine eorum qui peribant contristantur, ægrè quidem quod fiebat patiuntur, nihilo tamen minus sese potenter defendunt. Relapsus autem maris oritur, cum certamen per scalas uigeret, & stagni superiora undis recedentibus breui relinquuntur: fluxus enim per fauces ad continuum mare collectus ac multus ferebatur, sic ut incredibile uideretur illis qui id incõsideratè uidebãt. Publius uerò, cum paratos ductores haberet, iubet eos ingredi, & confidenter agere, quos in eum usum parauerat. Erat enim appositus & industrius, si quisquam alius, ad hoc, ut animos militum confidentes, & quos hortabatur affectibus percitos redderet. Obedientibus itaque illi militibus, & per cœnum stagni certantibus, uniuersus exercitus id quod accidebat, diuina quadã prouidentia fieri iudicabat. Vnde memores eorum quæ de Neptuno audierant, & promissionis à Publio inter exhortandum factæ, usq; adeò animis incitantur, ut condensati ac uiolento cursu ad portam contenderent, ac fores illius scutis & ascijs extrinsecus excindere conarentur. Alij uerò per loca cœnosa ad murum propinquantes, ac fastigia illius deserta reperientes, non modò scalas sine ullo discrimine apponunt, sed & murum citra negocium ascendentes occupant. Erant enim ciues in alia loca distracti, maximè ad Isthmum & portam quę illic erat: nec putabant unquam futurum, ut hostes per lacum muros inuaderent. Deinde hoc quoque potissimum accidebat, quod præ incondito clamore, & confuso strepitu, nihil eorum quæ gerebantur, uel audire uel uidere possent. Romani uerò occupato muro, primum ad id se conferunt,

ut hostes inter ascendendum sursum trahant: ad quam rem usus armorum illis plurimũ contulit. Deinde ad portã perueniunt, ubi alij descendẽtes uectes amputant, alij extrinsecus irruũt. Qui uerò per scalas ad Isthmũ cõtenderant, deuictis iam ijs qui muros defenderãt, fastigia inuadunt, & hoc tandẽ pacto muri occupantur. Tumulum aũt qui ad Orientẽ est, ij qui per portã ingressi fuerant, fugatis ex illo custodibus, capiunt. Publius cũ eos qui ciuitatẽ ingressi iã erant, satis multos ac sufficientes esse iudicaret, plurimos ex illis pro cõsuetudine ipsorũ in eos mittit, qui in ciuitate erãt: mandatq; ut in quoscunq; incideret, interimerẽt, nec ulli parcerẽt, nec ad prędã aduolarẽt, donec symbolũ daret. Videntur aũt hoc illi terroris gratia facere. Vnde & frequẽter uidere est, quando Romani ciuitates capiunt, non homines modò occidi, sed & canes dissecari, & aliorum animantiũ membra truncari. Tunc itaq; & in hac ciuitate talia multa contigerunt, propter captorum multitudinem. Ipse uerò Publius sumptis ad se circiter mille uiris, arcem inuadit. Ad hanc cum appropinquaret, Magon illã initiò quidem defendere conatur: postea uerò ubi ciuitatẽ certò captam esse cognouit, mittit ad tractandum de sua ipsius securitate, atq; ita arcem tradit. Quo facto, datoq; symbolo, cessant à cęde, & ruunt ad prædam. Nocte autem superueniente, alij manẽt in castris, quibus id constitutum erat: dux uerò cum mille uiris in arce pernoctat. Reliquos per millenarios ex ædibus euocatos, rapinam in forum ad signa compottare, illicq; dormire iubet. Velites uerò ex castris ad tumulum uocatos, Orientalibus immittit. Et ad hũc modum Carchedonem Iberiæ occuparunt Romani. Sequenti die comportatis in forum Carthaginensium militum impedimentis, ac ciuium & operariorũ substantijs, pro cõsuetudine illorũ partiti sunt ea millenarij in suos exercitus. Est aũt Romanis circa captas ciuitates huiusmodi œconomia. Nonnunquam singulis dieb. ad hanc praxim uiros secundũ ciuitatis magnitudinẽ recenient ac diuidũt, aliquando partiuntur eos iuxta signa. Nunquã plures dimidio ad hanc rẽ deputant. Reliqui custodię gratia manẽt in acie, aliquando extra, quandoq; intra ciuitatẽ, ut semper ad iudicia sint parati. Diuiso aũt exercituad summũ in duo Romana, et duo sociorũ castra, et rarò quatuor hisce in unũ congregatis, quotquot deputati sunt ad direptionẽ, prędã singuli ad sua castra deferunt. Quo facto, millenarij cunctis ex æquo diuidũt, nõ modò illis qui in statione & acie manẽt, sed & illis qui tẽtoria custodiũt, & ægrotis quoque, & ijs qui ad ministerium aliquod publicum exequẽdum amandati sunt. Cum aũt primũ in castra ad militiã egressuri colliguntur, iurant omnes, nihil se ex prędа defraudaturos, sed fidem secundum datum sacramentum seruaturos. At hac de re copiosius diximus, ubi de politia loquuti sumus. Cæterũ, dum sic diuisi pars ad prædandum conuertitur, pars custodiæ gratia in acie manet, nunquam Romanis aliquid discriminis in uniuersum auariciæ uicio oboritur. Cum enim nemo inter eos spe lucri fradatur, sed dum alij prædantur alij constanter in acie permanentes istos custodiunt. nemo aciem deserit: id quod alijs potissimum incõmodare consueuit. Quandoquidem enim plurimi mortalium damnum accipiunt, & periclitantur lucri gratia, manifestum est, quòd ubi illius occurrit occasio, ægrè abstineant & sese cohibeant, qui in acie uel castris relinquuntur: propterea quòd plerunq; prædа omnis in potestate eius est qui dominatur, si is omnino sit monarcha: si uerò dux, licet accuratè in commune cuncta lucri gratia comportentur, nihilo tamen minus cuncti pro suo deputant quicquid abscondi ac defraudari potest. Et quoniã plurimi prædæ inhiant, atque ita uictoriam plenam obtinere nequeunt, fit ut de summa rerum periclitentur. Multis hoc accidit, ut licet facti sint uoti compotes, & uel in castra hostium irruerint, uel ciuitates ceperint, attamen non solũ eiecti sint, sed & totius causę periculum ac detrimentũ incurrerint: ob nullam uidelicet aliam quàm dictam iam causam. Quapropter nihil tantopere curandũ ac prouidè disponendũ est ducibus, atq; hoc ipsum de quo loquimur, uidelicet, ut quantum fieri potest, spes ista apud plerosq; maneat. quod si eiusmodi incidat

di incidat occasio, cunctis certa sit æqualis lucri partitio. Itaq; millenarij qui dem tum spolia disponebant: ipse uerò Romanorum dux, cum coacta esset multitudo captiuorũ, quæ paulo minor numero millenario erat, præcipit pri mùm separari ciues, cum uxoribus ac liberis illorum, deinde manuarios opifi ces. Quo facto, ciues hortatur ad beneuolentiam erga Romanos, & ut benefi cij accepti memores essent, ac sic cũctos ad domos suas dimittit. Illi propter insperatam salutem partim illachrymantes, partim gaudentes, cum se corã du ce incuruassent, discedũt. Ad manuarios autem opifices in præsenti dicit, esse eos iam publicos Romanæ ciuitatis ministros. uerùm si se beneuolos & ala cres in suo quisq; artificio exhibeant, pollicetur illis libertatem, si bellum cõ tra Carthaginenses susceptum prosperè successerit. Et quæstori dat in manda tis, ut nomina istorum conscribat: constituitq; curatores ex Romanis trigin ta. Erat enim uniuersa hæc multitudo circiter duo millia. Ex reliquis uerò cap tiuis robustiores, aspectuq; & ætate uegetiores selegit, & ad supplementum classiarijs adiunxit: ac cunctis nautis numero hemiolijs, respectu priorum cõ stitutis, etiam captiuas naues impleuit, sic ut cuiusq; nauis uiri propè duplo plures essent quàm antea. Erant enim captæ naues numero decẽ & octo. Pri mæ uerò fuerant triginta quinq;. Consimiliter aũt & istis libertatẽ promisit, si beneuolentiã & alacritatẽ ostenderent, & ipsos eo bello Carthaginenses uin cere contingeret. Itaq; cum talem se erga captiuos exhibuisset, ciues cùm er ga se tum erga Rempublicam Romanã, admodũ beneuolos & fideles, & opi fices quoq; spe libertatis plurimũ alacres reddidit. Cumaũt supplementũ clas sis per occasionem pro sua prudentia hemiolion constituisset, consequenter Magonẽ & Carchedonios separat. Erant enim comprehensi ex senatoribus duo, & ex cœtu consilij quindecim. Et hos commendat Caio Lælio, mandãs illi, ut comperentẽ illorum uirorũ curam gerat. Præterea conuocat etiam ob sides numero plus quàm trecentos. Et pueros singulatim accedens, & demul cens, bono iubet esse animo, quòd postpaucos dies uisuri essent parentes suos. Cõsimiliter & reliquos omnes cõfidere hortatur, & ad suas ciuitates ami cis ac necessarijs scribere. primùm quòd salui sint, & bene agãt: deinde quòd Romani ipsos omnes domum securos restituere uelint, si ipsi necessarij societatem cum illis inire uelint. Cum hæc dixisset, ex spolijs quæ ad exercitum commodiora erant, singulis pro genere & ætate secundum conuenientiam largitur, puberibus quidem conos & armillas, ad olescentibus uerò cultros, & machæras. Cum uerò ex captiuis mulieribus uxor Mandonij, qui frater erat Andobali regis Lechetarum, coram ipso procidisset, & obortis lachrymis pe teret, dignaretur meliorem honestatis ipsius gerere curam quàm Carchedo nij fecissent: compassione motus percontatur quã nam in re necessarijs desti tueretur. Erat enim mulier natu grandior, & speciem habens primariæ alicu ius dignitatis. Illa tacente, uocat eos quibus mulierum erat cura cõmissa. His comparentibus, & affirmantibus quòd Carchedonij mulieribus cuncta com petentia largiter procurassent: rursus illa genua ipsius contingens, eadem uer ba repetit. Publius eam magis considerans ac cogitans quod ij quibus illa cu ra concredita fuerat, tanquam negligentes & in præsenti mẽdaces apparerẽt, bono animo iubet esse mulieres: curaturum enim se, ut alij procuratores con stituantur, ne quid ipsis rerũ necessariarum desit. Illa parumper sese cohibẽs: Non rectè, inquit, ô Dux, uerba nostra accipis, si nos iam opem tuam uentris gratia implorare putas. Tum Publius mulieris animum intelligens, & in fa cie uigorem filiarum Adobuli, ac plurimi aliorum potentium obseruans, co gitur ad illachrymandum, quod ea mulier paucis efficaciam calamitatis ostẽ deret. Quocirca cum manifestum esset, quòd mulieris dictum intelligeret, ap prehensa illius dextera hortatur, eam & alias consimiliter esse animo bono: polliceturq; habiturum se illarum rationem perinde ac sororum & liberorũ ac uiros fideles, iuxta promissum, ordinaturum qui curam ipsarum gererent. Postea omnem pecuniam quæstoribus tradit, quæ in publico Carchedonio-

Hemiolios est, quando numerus totum cũ dimidio continet.

rum

ijs quæ mandata fuerant: deinde, an ij qui magistratus gerebāt in ciuitatibus, in eo constantes essent, ut & sapienter & decenter subditis mandarent. Iudicabat enim, ad uerum ac rectum regiminis statum nihil magis esse necessarium, quàm experiētiam singulorum præsidum & ducum. Hisce sic ordinatis, equites è ciuitatibus in unum quendam locum cōtrahit: ac per seipsum motiones exequitur, & totum armandi usum & exercitum ipsis ostendit. Haud præcedebat ante omnes, id quod nunc duces faciunt, primum in progressu locū ducis esse putantes. Est enim id tale quid, quod duci experientiam & cautionem adimat. Videtur quidem ab omnibus subditis, ipse uerò neminem illorum uidet. Haud enim militaris potestatis, sed imperatoriç experientiæ pariter & potentiæ specimen magistrum equitū præferre oportet, sic ut inter armatos nūc cum primis, nunc cum extremis, aliquando cum ijs qui in medio sunt, incedat: id quod dictus iam uir faciebat, iuxtà equitans, & cunctos considerans, simulç sicubi hæsitabaī, prēmonstrans, & mox initio quodcunq; erratū corrigens, id quod modicè ac rarò accidebat, propter præcedentē singulorū curā & diligentiam. Demetrius tale quid, * quatenus uerbis fieri potuit, ostendit, cum dixit, quòd quemadmodum in ædificijs, ubi uno tecto & uno uinculo comprehenduntur ædes, id quod consutum est, magis durat: sic & in exercitu, ubi uiritim & secundum manipulos cuncta diligenter procurantur, uniuersus exercitus firmus constituitur. Esse enim id quod nunc fit, œconomiæ & usui acierum simillimum. In illis enim quæ leuia sunt & agibiliora exercitus, cū primis in uniuersum periclitantur ac pereunt: descriptionem uerò exeuntiū & grauem armaturam phalanx complectitur. Nunc autem Aetoli quidem cō similiter ante alios periclitantur, & Peloponnesij, istorum in bello socij: Romani uerò imminent, phalangis dispositionem habentes. Et si quando isti cadentes & è negocio reuertentes pereunt, Romani illæsi discedunt: uincentibus autem illis, quod dij auertant, unà cum istis & alios quoque Græcos sibi ipsis subijcient.

* ἐως λόγῳ

De Media, *fragmentum.*

Est autem Media, secundum regionis magnitudinem, amplissima inter Asiæ potentatus, propter multitudinem ac uirtutem uirorum pariter & equorum. His enim animātibus propè uniuersa necessariorum suppeditatio Asiæ constat: eo quòd & regia equorum armenta, quæ aluntur & educantur, Medis felicitatem suppeditant. Incolitur autem & Græcis ciuitatibus, quas Alexander custodiç gratia propter conterminos Barbaros subinduxit, demptis Ecbatanis, quorum ciuitas ad Septentrionales quidem Mediç partes condita est, imminet tamē partibus Asiæ Mæotim & Euxinum contingentibus. Erat autem initio regia Medorum, & opibus ac structuris precioſis plurimum reliquas ciuitates excellens. Sita est igitur sub montanis Oronti uicinis, nec muros habet, sed arcem, opere manuario mirandis modis munitam ac robustam. Sub ista regia Persarum est. Perplexum autem est, sit'ne de illa uel singulatim dicendum, uel silendum. Etenim illis quidem, quorum propositum est ac consuetudo stupenda narrare, & quædam cum additamento ac transgressione proferre, optimum argumētum dicta iam ciuitas exhibet: alijs autem, qui caute quicquid propter communem sensum dicitur admittunt, hæsitationem generat & perplexitatem. Habet tamen ea regia amplitudinem et ambitum propè septem stadiorum, & sumptuositatem singularum structurarum talem, quę magnam rerum abundantiam eorum ostendat, qui initio fundamenta illius iecerunt. Cum enim uniuersa lignea structura cedrina sit & cupressina, nullam tamen nudam reliquerunt, sed & trabes, & laquearia, & columnas, tam in testudinibus, quàm peristylijs, partim argenteis, partim aureis laminis obduxerunt: urceos autem omnes argenteos fecerunt. Maximam istorum partem ad ingressum Alexandri & Macedonum decorticari ac spoliari conti

gitreliqua uerò sub potentatu Antigoni, & Seleuci Nicanoris, cōsimiliter & aduentu Antiochi, cum adhuc templum Aenæ nuncupatum, columnas haberet

beret circumquaq; deauratas, & urceos, quorũ in illo quàmplures erant: denicq; & lateres quosdam aureos, paucos tamen, argenteos uerò plures. Ex omnibus autem iam dictis numisma signatum in regiam coaceruatum erat, paulo minus quatuor millium talentorum.

De Antiocho, & expeditione eius in Hyrcaniam.

Ad hæc igitur usq; loca peruenturum se sperat Antiochus: Arsaces uerò putat eum solitudinem istis præiacentem non ausurum cum tanto penetrare exercitu, maximè propter aquarum penuriam. In dictis enim locis in superficie quidem apparet aqua: uerùm plures fossæ sunt profundos puteos per solitudinem habentes, incognitos tamen inexpertis. De illis autem uerus quidem sermo ab indigenis fertur, quòd uidelicet, quo tempore Persæ Asiam occupabant, quibusdam locis, ubi antea nihil fuerat irrigui, regio illa fontaneas aquas quinq; generationibus acceperit: unde cum Taurus multa & copiosa aquarũ fluenta habeat, plurimum sumptus & laboris impenderunt, ut è longinquo fossas implerent, sicut etiamnum accidit: nec ij qui aquis illis utuntur, fossarum exortus, unde affluxus habeant, sciunt. Verùm cum uideret eum Arsaces iter per solitudinem ingredi, puteos illos obturare ac corrumpere fatigit. Rex uerò cum id ipsi annunciatum esset, mittit è Nicomedia nonnullòs cum mille equitibus qui Arsacem inuenerunt cum exercitu recessisse, relictis quibusdam equitibus, qui puteorum ora obturarent. Hos mox aduentu suo abigunt, & fugere compellunt: ipsi uerò ad Antiochum reuertuntur. Rex confecto solitudinis itinere, ad ciuitatẽ Hecatompylon, sic dictam, uenit, quæ in media Parthyena sita est. Accepit autem hoc nominis ab eo, quòd illic transitus concidunt, ad cuncta circumiacentia loca ducentes. Recreat hic exercitum, ac secũ reputat, cogitans: quòd si Arsaci possibile fuisset decertare ac confligere secũ, haudquaquam regione sua relicta discessisset, nec alia loca exercitibus suis ad pugnandum commodiora, quàm ea quæ circa Hecatompylon sunt, quæsiuisset. Quoniam autem discessit, manifestum est, factum hoc rectè considerantibus, quod aliud cœperit cõsilium. Statuit igitur expeditionem facere in Hyrcaniam. Cum autem Tagas uenisset, & indigenas percontatus, difficultatem locorum cognouisset: quos ad cacumina montium usque transire oportebat, quæ ad Hyrcaniam tendunt: & quod Barbari per loca illa difficultates regionis occuparent, multitudinem robustiorum uirorum disponere, ac duces illorum diuidere proponit, ac præcipere singulis, quomodo iter hoc conficere debeant. consimiliter & publicos ministros ordinare, qui iuxtà incedentes eũ locum quò sortes uiri proficiscerentur, & legionarijs copijs & iumentis peruium facerent. Huiusmodi consilio capto, primam aciem tradit Diogeni, adijciens illi sagittarios & fundibularios: & ex montanis, iaculare & lapidare ualẽtes, qui quidem in acie ipsa non erant, semper tamen loco & tempore præsenti uiritim periculum subibant, & efficacissimũ usum in locis difficilibus exhibebant. Illis associat Cretenses scutatos, circiter bis mille, quibus præerat Polyxenidas Rhodius. Postremos cõstituit armatos & scutigeros, quorũ duces erant Nicomedes Cous, & Nicolaus Aetolus. His ad anteriora progredientibus, cõtigit locorum illorum asperitatem & angustiam difficiliorẽ esse, quàm rex putarat. Etat enim tota ascensus illius prolixitas stadiorũ circiter trecentorum. Et maxima illius portio per profundũ torrentis alueum, in quẽ ex locis præruptis petræ & arbores ultro deciderant, atq; ita inuium illius iter reddebant. Barbari uerò ad hanc partẽ plurimũ cooperabantur. Etenim arborũ impedimenta continuè inijciebant, & multos lapidũ aceruos congerebant, ac simul per totam uallem opportuna cacumina, & aliquid munitionis præstantia occupantes seruabant: sic ut nisi conatu suo frustrati essent ac defecissent, Antiocho uiribus prorsus destituto, cœpto desistere necesse fuisset. Cũ enim hostibus cunctis necessarium esset, ut per uallem illam iter facerent, & ascenderent, sic ad ea loca uenerunt, illaq; appararunt. Illud uerò non uiderant, quòd impossibile esset legiones cum impedimentis iter illac facere, nisi cum

illi

illi primùm ascendissent. Haud enim fieri poterat, ut isti ad uicina montium accederent. Sed & leuis armaturæ militibus, & robustis, impossibilis erat ascensus per Leucopetras, unde simul atq; ad primam custodiã coniungerẽtur Diogeni, qui extra torrẽtem ascendebat, cõstitutio mutatur. Confestim enim facta congressione, reipsa docente, ij qui cum Diogene erant, cunctanter ad transuersa loca accedentes, hostibus admodum grauirer imminent, & iaculis manuarijsq; lapidibus utentes Barbaros uehementer urgent, & fundis maximè ex interuallo iaculantes, multum illis incõmodi inferunt. Cum autẽ primis illorum uiolenter ejectis locum eorum occupassent, publicis administris id operis tribuebatur, ut ulteriora loca repurgarẽt, ac diligenter & cautè compla narent: quod & festinanter propter operantium multitudinẽ est effectũ. Hoc itaq; pacto, fundibularijs, sagittarijs, & iaculatoribus superioribus locis sparsim incedentibus, & nonnunquam collectis etiam, & opportuni ora loca occupantibus, scutatis uerò imminentibus, & iuxta torrentem in acie ac pede tentim iter facientibus, Barbari in statione non manent, sed relictis locis illis ad cacumina montium congregantur. Hi uerò qui cum Antiocho erãt, sẽ eurè quidem difficilia loca ad eum modum transeunt, tardè tamen & difficulter. uix enim octoni ad fastigium supereminentiũ locorum perueniunt. Barbaris autem illic collectis, & persuasis, posse se hostes impedire, ne fastigium illud occuparent, certamen admodum strenuum exoritur. Barbari uerò hisce causis repelluntur. Cõuersi dimicabant aduersus legionarios in faciem, & alacriter. Noctu uerò ij qui robustiores erant, iampridem circumeũtes, sublimiora, & à tergo iacentia loca occupant. Quo uiso, Barbari confestim consternati, in fugam sese abripiunt. Rex uerò impetum suorũ hostes persequentium magno studio cohibet, reuocans eos per clangorem tubæ, eo quòd uellet eos collectim & ordine seruato ascendere in Hyrcaniam. Profectione itaq; illa, sicuti uolebat, disposita, ad Tambracen ciuitatẽ usq;, muris quidẽ destitutam, regiam tamen habentem, & amplam, peruenit, ac castra aduersus eam figit. Cum uerò plurimi cùm ex pugna, tum ex ea regione ad ciuitatem Syringen dictam aufugerent, (aberat illa haud procul à Tambrace, eratq; ueluti regia Hyrcaniæ, tam propter munitionem, quàm propter rerum felicitatem) statuit illam ui subuertere. Assumpto igitur exercitu progreditur: locatisq; circumquaq; castris, obsidionem eius ciuitatis orditur. Erat autem conatus illius maiori ex parte in conficiendis aggeribus in morem testudinum. Fossæ siquidem triplicatæ erant, habebantq; latitudinem circiter triginta, profunditatem uerò quindecim cubitorum. In littoribus aggeres duplicati prominebant: postremò, & antemurale erat firmum & robustum. fiebant igitur continuæ congressiones inter operandum, in quibus indesinenter utrinque & mortuos & uulneratos reportabant: propterea quòd non modò supra, sed & infra terram, per subterraneos meatus pericula alacriter subibantur. Verùm cùm propter operantiũ multitudinem, tum propter regis energiã eueniebat, ut & fossæ celeriter tellure obruerẽtur, & muri suffossionibus ad ruinã impulsi prolaberentẽ. Quo facto, Barbari cõfusi, ac metu prorsus perculsi, Græcos qui in ciuitate erant occidunt, uasaq; illustriora secũ abripiunt, & noctu secedũt. Rex ubi hoc uidit, Hyperbasen cũ stipendiarijs militibus mittit: cũ quo Barbari intro conflictu, proiectis tandẽ impedimẽtis, rursus in ciuitatem fugiunt. Scutigeris uerò militibus potenter urgentibus, casum illũ non ferentes, abiecta spe iese tradunt. Volentes autem primores exercitus conclusas hostiliũ castrorũ partes in tumulo perspicuè spectare, ijs qui in uallo erãt, ut in loco manerent denunciant. ipsi uerò duabus equitum alis, uelitibus, & triginta lictoribus assumptis, loca illa inspecturi procedunt. Numadum uerò nonnulli, iaculationibus assueti, & prorsus ex hostium uallo insidiandi gratia progredi soliti, casu quodã è tumulis sese subduxerant: quibus cum ab indice significatum esset, adesse quosdam in uertice collis, sublimiores ipsis, surgentes, & in transuersum incedentes, duces illos à castris suis dirimũt, & intercludunt:

οἱ τῆς χωρίας στιχιλάται.

dunt: ac Claudium quidem in primo conflictu, unà cum nonnullis alijs capiunt, reliquos uerò uulneratos per præcipitia alios aliò fugere compellunt. Quo uiso, qui in castris erant, haudquaquam poterant periclitantibus succurrere. Dum enim adhuc uociferantur, & propter euentum illum consternantur, alijq; frena equis inijciunt, alij arma rapiunt, absolutum iam erat id factū. Et filius quoque Claudij ægrè & præter opinionem uulneratus ex eo discrimine euasit. Itaque Marcus quidem, filio suo simplicius' ne, uel magis secundum imperatorium exercitium usus, in ista discrimina incidit. Ego uerò per uniuersum hunc Operis nostri tractatum, lectorem de huiusmodi euentibus admonere cogor, ubi non modò militaris disciplinæ uiros, sed & ipsos duces deliquisse uideo: etiamsi id per manifestam sit ignorantiam factum. Quod enim emolumentum esse poterit cius principis, aut ducis, qui non singula discrimina intelligit, à quibus ducem potissimum abesse oportet, ne simul cum eo uniuersa rerum summa periclitetur? Quis nanq; ignorat, quòd si quando temporū necessitas aliquid singularium rerū facere cogit, multis qui unà cō prehenduntur occumbendū est, priusquā malū eos contingat, qui supremas tenēt? Debet enim, ut in prouerbio est, experientia subitò fieri, non in duce. Quod nanq; dici solet, non putaram, &, quis' nam hoc futurū speraſſet? maximum mihi uidetur habere insciitæ ducis ac tarditatis argumentū. Quapropter & Annibalem multis nominibus inter bonos duces numero, qui ob id potissimum celebrari potest, quòd & multum temporis in bellicis rebus conuersatus est, & multis uarijsq; occasionibus usus, hostes sæpenumero in particularibus negocijs suapte industria frustrauit: ipse uerò in tot ac tantis certaminibus nunquam frustratus est, tanta uidelicet prouidentia, ut apparet, sibi cauit. Et ualde meritò. Etenim duce illæso ac saluo, etiamsi aliquando reliqua cuncta cadant, multas tamē occasiones fortuna sub ministrat, quibus detrimenta ex calamitosis euentib. accepta resarciri possunt: si ille uerò, perinde ac in naui gubernator, ceciderit, etiamsi reliquæ multitudini fortuna uictoriam aduersus hostes largiatur, nihil tamen inde commodi prouenit, propterea quòd omnis omnium spes à ducibus pendet. Hæc mihi aduersus eos dicuntur, qui uel propter inanis gloriæ studium, uel iuuenili seditione siue per imperitiam, uel per contemptum in huiusmodi inconsiderantiam incurrunt. Oportet enim unam ex istis, huiusmodi calamitatum & casuum esse causam.

Annibal laudatur.

De Publio, & bello Romanorum aduersus Carthaginenses.

In Iberia uerò Publius Romanorum dux, cum in ciuitate Taraconiorum, sicut & antea declarauimus, primùm Iberos ad amicitiam & fidem erga se per hoc induxisset, quòd obsides singulos suis ad quos pertinebant restituerat, ad eam rem ultroneum coadiutorem Edeconem, potentem primatem accepit: qui simulatque Carchedo capta esset, uxorq; ac liberi ipsius in potestatem Publij uenissent, confestim considerata penes se Iberorum mutatione, primum se illius authorem exhibere constituit, maximè cum crederet hoc se pacto & uxorem & liberos recuperaturum, uidereturq; Romanis se coniungere non ex necessitate, sed ex animi sententia: id quod & fieri contigit. Cum enim exercitus recens ad hybernandum dimissi essent, Taraconem unà cum amicis uenit. Admissus autem ad colloquium à Publio, hanc se dijs maximam debere gratiam aiebat, quòd primus ad ipsum ex primoribus ac potentatibus eius regionis uenisset. Alios enim ad Carthaginenses mittere ac respicere, & interim manus ad Romanos protendere: se uerò aduenisse, non modò ut se, sed & amicos & cognatos in fidem Romanorum daret. Quapropter si censeretur ab eo amicus & socius, magnam se ipsi non in præsenti tantum, sed & futuro cōmoditatem adferre posse dicebat. Iberos enim mox atque uisuri essent, quod & in amicitiam ab ipso assumptus, & quæ petijsset consequutus esset, cunctos consimiliter ad ipsum esse uenturos, ut necessarios suos reciperent, & Romanorum societate potirentur. Deinde & in futu-

in futurum, si huiusmodi bonore & philanthropia animi eorum præoccuparentur, ad reliqua ipsi negocia operas suas certatim esse impensuros. Petebat igitur, ut uxorem ac liberos suos recipere, & in amicitiam suscepto domum redire, & ea occasione accepta competentem tam suam quàm amicorum beneuolentiam, cùm erga Publium ipsum, tum Romanorum Rempulicam ostendere liceret. Hisce dictis Edecon obticuit. Publius uerò, cum iam dudum in hancrem propenderet, & consimilia his quæ ab Edecone dicta erant, cogitaret, uxorem illi ac liberos tradit, & amicitiam paciscitur. Præterea cum præsens esset, uarijs modis Iberum hominem pellexit, & omnibus ad illum pertinentibus magnam futurarum rerum spem præscripsit, atque ita illum domum remisit. Cum res ista confestim innotuisset, accidit, ut cuncti Iberi intra fluuium habitantes, qui antea amici non fuerant, quasi uno proposito Romanis partibus accederent. Et hæc quidem Publio ex animi sententia successerunt. Post horum autem discessum, nauticas copias dimittit, quoniam nihil aduersi imminere per mare uidebat. Seligit autem ex illis eos, qui magis poterant esse usui, & signis adijcit, quo pedestres copias redderet auctiores. Andomalis uerò & Mandonius, maximi tum temporis inter Iberos potentatus, cum syncerissimi baberentur Carthaginensium amici, iam dudum tamen occultum in pectore rancorem gerentes, opportunitatis occasionem obseruabant: ex eo, quòd qui cum Asdrubale erant, fingentes se fidem illis non habere, & magnam pecuniarum summam, & uxores ac filias earum obsides exegerant, qua de re & suprà mentionem fecimus. Quoniam autem tum se opportunam occasionem nactos esse putabant, assumptis è castris Carthaginensium copijs suis, noctu in loca quædam munita, in quibus tuti esse poterant, discedunt. Quo facto, & alij quamplurimi Iberi Asdrubalem deserunt, iam olim quidem Carthaginensium superbia grauati: eam uerò primam occasionem nacti, qua quo animo erga eos essent, patefacerent: quod & à multis iam erat factitatum. Quamuis enim magni sit momenti, sicuti sæpenumero diximus, res amplas perficere, & uictoriam ab hostibus pugnando referre, multo tamen maiorem peritiam & cautionem requirit, ut quæ præclarè gesta sunt, rectè & commodè usurpentur. Qua re fit, ut plures sint, qui prærogatiuis potiantur, quàm qui prærogatiuis rectè utantur: id quod & Carthaginensibus tum temporis accidit. Postquam enim Romanas copias uicerant, & utroscp illarum duces Publium & Caium occiderant, putantes iam Iberiam nulli esse controuersiæ obnoxiam, incolis eius regionis arrogantes utebantur. Itaque pro socijs & amicis subditos habebant hostiliter erga se animatos. Et hoc illis haud immeritò contigit. Putabant, alia ratione acquirendos esse principatus, & alia rursus seruandos. Ignorabant eos demum optimè seruare supereminentias, qui eandem uoluntatem & mentem optimè retinent, qua primum potentatus sunt adepti. Atqui palàm est, & iam in multis obseruatum, sic comparatos esse homines, ut sicubi prosperitas quædam occurrit, beneficos se erga proximos ostendant, & spem bonam polliceantur: ubi uerò quòd appetebãt, consequuti sunt, tum demum male faciant, et subditis dominorum more imperent. Vnde & haud immeritò subditorum animi unà cum mutatione principum suorum mutantur: quòd & Carthaginensibus tum accidit. Asdrubal igitur in huiusmodi casibus multa & uaria consilia de rerum istarum euentu capit. Contristabat eum defectio Andamalis: contristabat etiã, quòd alios quoque duces aduersos & abalienatos haberet: denicp anxius erat propter aduentum Publij, quem iam iam contra se cum exercitu uenturum expectabat. Cum aũt ab Iberis desertum se, ad Romanos uerò cunctos unanimiter deficere cerneret: huiusmodi quoddam consilium animo concipit. Cogitat, sibi paratis & instructis copijs pro uiribus confligendum esse cum hostibus. Si fauente fortuna uictoriam consequeretur, tum se de consequentibus tutò & cautè consulturum: si uerò illa fuerit inter pugnandum aduersa, unà se cum ijs qui è cõ-

flictu seruati essent, abiturum in Galliã, indeq; multitudine Barbarorum assumpta excursurum in Italiam, & cum fratre Annibale eadem spe communicaturum. Asdrubal itaq; hæc cogitans, ad id se cõsiliũ parat. Publius uerò cum Caium Lælium recepisset, ac senatus consulta audisset, assumptis ex hyberna tione copijs progreditur, occurruntq; illi in transitu Iberi, ac simul prompto & alacri animo proficiscuntur. Andobalis uerò iam pridem ad Publium miserat. Tum autem, cum locis illis appropinquaret, uenit ad eum è castris, unà cũ amicis, & inito colloquio, apologiam instituit de amicitia quæ ipsi antea cum Carthaginensibus fuerat, simulq; exponit quid commoditatis & quam fidẽ illis exhibuerit: deinde & iniurias & contumelias exponit, à Carthaginensibus sibi ac suis illatas, oratq; Publium, ut ipse dictorum iudex esse uellet: & si Carthaginenses immeritò accusare uideretur, posse ipsum certò cognoscere, quod ne Romanis quidem fidem seruare posset: si uerò multarum iniuriarum respectu necessario & coactus beneuolentiam erga illos abiecerit, bona se spe duci, quòd iam Romanis partibus accedens, firmam sit erga eos beneuolentiam seruaturus. Cum huiusmodi plura dixisset, finem dicendi fecit. Ad hæc Publius respondens, dictis illius fidem se dare inquit: maximè uerò cognitam habere Carthaginensium contumeliam, qua erga alios quoq; Iberos, & lasciuiam, qua erga uxores ac filias eorum uti essent: quas ipse non in obsidum, sed magis captiuorum ac seruorum conditione ac dispositione constitutas ubi accepisset, sic in fide seruarit, ut ne ipsarum quidem parentes ad eum modum illas seruassent. Cum Andobalis unà cum suis assentiri se confessi, facta incuruatione regem eum salutassent, præsentes quidem dicta obseruãt: Publius uerò pudore suffusus, iubet eos bono esse animo, pollicitusq; quòd sensuri essent Romanorũ benignitatem, filias illis confestim ac promptè reddit, & sequenti die cum illis paciscitur. Erat aũt id pactorum caput, ut Romanos principes sequerentur, & mandatis illorum obedirent. Hisce sic gestis, ad castra sua redeunt: & acceptis inde copijs suis, ueniunt ad Publium, simulq; cum Romanis militantes egrediuntur cum illis aduersus Asdrubalẽ. Dux autem Carthaginensium tum circa Castalonam ad ciuitatem Babylam, haud procul ab argenti fodina degens, cum de Romanorum aduentu audisset, castra mouet, sic ut à tergo munitionis gratia fluuius esset, à facie uerò ad latus uallí, locus planus, & supercilium prominens, & profunditas ad munitionem sufficiens, deinde et prolixitas ad componẽdã aciem in subiectis locis. In supercilio aũt continuas collocauerat stationes. Publius uerò cum appropinquasset, paratus quidẽ erat ad faciendũ dimicationis periculũ: hæsitabat tamen, cum cerneret, quàm cõmodis & munitis locis hostium castra essent locata. Verùm cũ duos dies sese cohibuisset, metueretq; ne si Magon & Asdrubal Gesconis superuenirent, ab hostibus undiq; cingereẽ, confligere cum hoste & periculum facere statuit. Parato itaq; alio exercitu, uallum oppugnare satagit, uelites uerò & selectiores pedites ad oppugnandum supercilíũ mittit, iubetq; illos hostiũ stationẽ inuadere & explorare. Cum ista illi alacriter facerent, dux Carthaginensiũ initio quidem expectat euentũ. uerũ cum suos per audaciã Romanorũ premi & periclitari cerneret, exercitũ educit, & circa supercilíũ sese interponit, fiducia locorũ ductus. Eo temporis articulo Publius robustos quos habebat omnes ad succurrendũ periclitantibus mittit: reliquos uerò paratos retinens, dimidium illorum ipse assumit, & supercilíũ ad læuam hostium partem inuadit, ac cum Carthaginensibus congreditur: reliquos Lælio dat, iubetq; illum consimiliter hostes ad dexterã inuadere. Quod cum fieret, Asdrubal exercitum è castris educit. Hactenus enim sese continuerat, locis munitis cõfisus, persuasusq; nõ ausuros hostes ipsos inuadere. Quoniã igitur ista Romanorũ irruptio præter opinionẽ accidebat, tardius quàm oportebat aciem componit. Romani uerò periculũ pugnæ faciẽtes, cum hostes ad cornua nondum uenissent, non modò sine discrimine supercilíũ inuadunt: sed accedentes, dum hostes adhuc in pcinctu & motu essent, occidunt

eos

eos qui ex transuerso irruebant: eos uerò qui aciem adornabant, & in faciem ducebant, fugere compellunt. Asdrubal uerò, cum secundū id quod initio cogitauerat, copias suas declinare & in fugam auerti cerneret, ad extremū usq; spiritum & spem ultimam dimicare detrectat. acceptis autem pecunijs, & bestijs, & quotquot ex fugientibus contrahere poterat, secedit ad fluuium Tagum, & ad cacumina Pyrenæorum montiū, illicq; habitantes Gallos. Publius uerò ut uestigio fugientem insectaretur, haud iudicabat commodū, quòd aliorum ducum aduentū metueret, uallum aūt hostium militibus suis diripiendum tradit. Sequenti die collecta captiuorum multitudine, quorū pedites myriaden, equites uerò supra duo millia constituebant, dispositione illorū occupatur. Ex Iberis uerò, quotquot dictis iam locis Carthaginensiū tum temporis socij fuerant, ueniunt, ac se fidei Romanorū commendant. Cum aūt ad colloquiū admitterentur, Publiū regē salutabāt. Et hoc primus fecit Edecon, cum se ante illū incuruaret: & post hunc Andobalis, cum suis. Et tunc quidē uerba eorū Publius silendo, ac sine animaduersione transiuit. cum uerò post pugnā Rex salutaret ab omnib. mouebatur eo facto, ut animaduersionē adhiberet. Collectis igitur Iberis, regiū quidē uelle se aiebat, et dici ab omnibus, & cū ueritate esse: regē uerò nec esse, nec dici à quoquā. quib. dictis, mandabat ut dux appellaret. Et hic forsan haud immerito quisquā uiri huius magnanimitatē celebrauerit, qua cū admodū iuuenis esset, & fortuna ipsi usq; adeò faueret, ut cūcti subditi tantū existimationis de illo conciperēt, & tam eximia appellatione salutarent, nihilo tamē minus sese continuit, ac eiusmodi uoluntatem subditorū ac phantasiā detrectauit. uerùm multo amplius excellentiā magnanimitatis in hoc uiro admirabit, quisquis ad extrema uitæ ipsius tēpora respexerit: quādo præter ea quę in Iberia gesit, Carthaginēses q̄q; euertit, plurimasq; & optimas Libyę partes ab aris Phileni ad colūnas Herculis usq; patriæ suę subiecit. Euertit aūt & Asiā, & reges Assyriorū: deniq; & optimā ac maximā orbis partē Romanis obedientē reddidit. Accepisset itaq; satis occasionis & opportunitatis regiū usurpandi potentatū in locis illis orbis, quæ inuasit & occupauit, modò uoluisset. Hæc aūt contemnere, id quòd Publius sanè fecit, nō humanā dūtaxat, sed & diuiniorē naturā superat. Et hęc magnanimitas tanto reliquos homines excellit, quanto maius bonum à dijs petere nemo ausit: de regno loquor, quod tamē ille frequēter à fortuna sibi datū respuit, pluriscq; & patriā & fidē patrię debitā fecit, q̄q illustrem & felicissimū regij honoris potentatū. Selectos itaq; tunc Iberos sine redemptionis pecunia cunctos ad patriā suam reuerti permisit, demptis trecentis equis, quos Andobalem eligere iussit: reliquos tradidit illis qui equis carebant. Cæterū cū iam Carthaginensiū castra occupasset, ipse quidē, ppter locorū fertilitatē illic mansit, relictos Carthaginensiū duces expectans. Misit autem ad cacumina montium Pyrenæorum copias, Asdrubalem obseruaturas. Postea cum tempestiuum esset, Taraconam cum exercitu illic hybernaturus secedit.

Redit ad historias Græcorum.

Itaq; Aetoli, cum recens spe ac fiducia Romanorum, & aduentu Attali erecti essent, cunctos terrefaciunt, & quibus uis terra imminent: sicut & Attalus & Publius mari. Quapropter Achæi Philippum ut succurrat implorant. Etenim non Aetolos tantum metuebant, sed & Machanidē, propterea quòd Argiorum montana cum exercitu occupasset. Bœoti uerò classem hostium metuentes, imperatorem & auxilium petunt. Euboeam inhabitantes prouidentiam aliquam aduersus hostes impensissimè flagitabant. Consimiliter & Acarnanes. Aderat autem & ab Epirotis legatio. Nunciabatur præterea, & Cerdilaidū & Pleuratum copias educere, adhuc & Thraces ad Macedoniā aspicientes, & maxime Maedos Macedoniam inuadere conari, si rex uel pauxillum aliò distraheretur. Aetoli autem angusta Thermopylarū iam occuparant, illaq; fossis, uallis, & grauibus custodijs communierant, sperantes se Philippum posse concludere, & prorsus impedire, ut socijs intra Pylas succurreret.

curreret. Videntur autem huiusmodi euentus haud citra rationem obseruandi esse, & legentibus considerandi, in quibus uera est experientia & exploratio principum iuxta corporales uires. Quemadmodum enim in uenationibus bestiæ pro uiribus excitantur & efferantur, quando imminenti malo undiq; circundantur: sic accidit & principibus. id quòd tum possimum uidere licuit in Philippo. Legationes cunctas dimisit, quibus quæ possibilia essent, facturum se pollicitus, in bellum undiq; animum intendit, expectans, quorsum & aduersus quem primùm irruere oporteret. Cum autẽ per id temporis copiæ Attali aduersus ipsum uenissent, & insulam Peparœthon inuasissent, illò mittit qui ciuitatem custodirent. In Phoceã uerò et Bœotiam Polyphantam cum mediocri exercitu, in Chalciden & aliam Eubœam Menippum, unà cum mille scutatis & quingentis Agrianis amãdat: ipse uerò expeditionem Scotusam uersus facit, ad quam ciuitatem & Macedones occurrere iubet. Cum audisset autem exercitum Attali Nicæam uersus nauigasse, Aetolorum uerò principes Heracliæ ad hoc congregari, ut ibi de rebus imminẽtibus inter se cõsultarent, acceptis ad se è Scotusa copijs, properat ad dirimendum illorum conuentum. Itaq; tardius quidem uenit, quàm ut conuentum illorum impedire posset: segetes tamen disperdit, & captis qui ad sinum Aeneam habitant, reuertitur. & exercitũ quidẽ Scotusæ relinquit: cum robustioribus uerò & ala regia ad Demetriaden diuertit, illicq; manet, hostiũ incursum expectãs. Ne aũt quicq; eorũ quę gererent ignoraret, mittit ad * Peparœthios, & eos qui in Phocide erãt, cõsimiliter & ad Eubœos, illisq; præcipit ut cũcta sibi quę fierẽt indicio flammarũ in Tisęo, hoc est, mõte Thessalię indicarẽt, qui cõmodè ad prædictorũ locorũ aspectũ situs est. Quoniã aũt genus hoc indicij, quod p ignẽ fit, maximũ usum in reb. bellicis habet, cũ anrea inusitatũ fuerit, cõmodũ uidẽ ut nõ transeã, sed competentẽ illius mentionẽ hoc loco faciã. Quòd opportunitas et occasio magnã quidẽ partẽ in quibuslibet reb. maximã uerò bellicis ad perficiẽdos conatus habeat, nemini obscurũ est. Maximã uerò efficaciã inter ea quę huc conducũt, habẽt accensi ignes. Iam primũ quidẽ accendũtur, uerũ opportunitatẽ quandã gignunt, ut scire possis quid agaẽ, cui id curę est, etiãsi triũ uel quatuor, siue etiã pluriũ dierũ itinere distet, ut reb. auxiliũ poscentib. per accẽsi ignis indiciũ ex insperato succurri possit: cũ id ante hæc tẽpora modici fuerit momẽti æstimatũ, ꝓpterea q; plerũq; inutiliter usurparetur. Debebat enim usus illius certis ac determinatis pactis cõstitui ac perfici. Vbi aũt res significãdę determinatę nõ sunt, usum indicis flãmæ plerũq; nõ recipiũt, quale est quòd nũc dicimus. Si nanq; classis uel in Oræon, uel Peparœthõ, uel Chalciden uenisset, poterat illis significari, qui buscũ ea dere cõstitutũ erat. Si uerò ex ciuib. aliqui ad defectionẽ aspirasset, uel ꝓditionẽ moliti fuissent, uel cędes in ciuitate, aut aliud quidpiã eiusmodi cõtigisset, quę quidẽ frequẽter usuueniũt, præsciri tamẽ omniũ minimè possunt (ea aũt potissimũ, quę prẽter opinionẽ eueniũt, et cõsilio et auxilio iuxta occasionẽ opus habẽt) omnia eiusmodi usum indicij, quod per ignẽ est, refugiũt. De quib. enim prę cogitari nõ potest, de illis neq; pactũ cõstitui poterit. Aeneas aũr huiusmodi ambiguitatẽ ac perplexitatẽ corrigere uolẽs, quæ de instituẽdis ducib. cõmentatus fuerat, paucis quidẽ protulit, eorũ tamẽ quę requirũtur summã ad intellectũ abundẽ satis cõplexus est: id quòd hinc sciri poterit. dicit enim, Oportet eos qui ignis accensi indicio aliquid graue & urgẽs inter se significare uolunt, uasa figulina parare, quę cùm latitudine, tũ profunditate accuratã habeãt magnitudinis æqualitatẽ: sintq; maximè profundita. te triũ cubitorũ, latitudine uerò unius cubiti. Deinde phelos facere latitudine breues, intra fauces. In medio istorũ infigere tridactylia æqualia: & in singulis partib. circũferennã esse satis obseruabilẽ, in quib. exarata sint quæ præcipua & uniuersaliora in bellicis rebus accidũt. Vt pote, mox in prima parte, quod equites irruerint in regionẽ: in secunda, quòd adsint pedestres ac graues copiæ: in tertia quod uelites, consequenter in alijs, quod pedites cum equitibus,

Exemplar Augustanũ habet, Permithios.

quitibus, uel classes: deinde quòd frumentum adsit. Ad hũc modum in cunctis scribendum est, quæ singulis regionibus uero similiter secundum prouidentiam, et imminentibus temporibus ex bellicis motibus usuuenire solent. His ita factis, iubet dictus Aeneas seruare uasa diligẽter, ut aulisci pares sint, & ex æquo effluant. deinde ubi aquis impleta sunt, imponere phelos, habentes baculos: deinde sinere ut aulisci simul effluant. Vbi hoc accidit, manifestum est quòd necessariò cum cuncta sint paria, quantum unda effluit, tantũ pheli descendant, & baculi in uasis abscondantur. Cum autem prædicta ubi illis utendum est, æqualiter disposita & consona sunt, tum ad loca portari, in quibus utriq; faculas indices obseruaturi sunt, & utriq; uasi imponi debent. Deinde in quodcunq; inciderit aliquid ex his quæ in baculo sunt, facem extolli iubet, ac manere donec respondeant deputati. ubi uerò utriq; manifesti facti sunt, unà cum facibus sustolli, deinde confestim sinere ut aulisci fluant. Quando uerò descendente phelo ac baculo, id quod ex inscriptionibus manifestare propositum est, iuxta marginem uasis uenerit, faculam leuari iubet: reliquos uerò confestim apprehendere aulscos, & uidere quid in margine sit ex illis quæ baculo sunt inscripta. Erit autem hoc, quando quæ manifestantur, pari celeritate cuncta utrinq; mouentur. Hæc autem parumper quidem in facula, ex pacto ad indicium erecta, cognitionem sortiri possunt, si non sint indeterminata. liquet enim impossibile esse, ut cuncta futura præuideantur, uel quòd præuidetur baculo inscribatur. Cæterùm quando aliquid improuisum per occasionem acciderit, manifestum est, quod per hanc adinuentionem declarari non poterit. Adde, quòd neque ex his quæ in baculo sunt scripta, aliquid determinatum est. Quot enim equites, aut quot pedites, & quo regionis loco, & quot naues ueniant, & quantum frumenti adferatur, indicari non potest. De quibus enim antequam fiant, sciri non potest, de illis etiam aliquid antea constitui non potest. Hoc cõsequens est. Quomodo enim poterit aliquis inire consilium de ferendo auxilio, cum nesciat, quot & ubi sint hostes? Quomodo confidenter agere, aut contrario, uel quomodo omnino excogitare aliquid poterit, qui quot sint hostium naues, aut quantum frumenti à socijs hostium allatũ sit, ignorat? Postremus modus per Cleoxenem & Democritum est excogitatus. is uerò qui uulgaris est, & sedulus in usu, per nos est determinatus, qui quicquid urgentet sciendum est, exactè significare potest. Vbi autem usurpandus est, diligentiam & obseruantiam accuratam requirit: & est talis. Elementorum multitudinem ex ordine acceptam in quinque partes iuxta quinq; literas diuidere oportet: desiderabitur autẽ in fine unum elementum, id quod usui isti nihil incommodabit. Postea quinq; tabellas parare debent, qui faces indices alterius sunt usurpaturi, & partes ex ordine in singulis tabellis inscribere, ac deinde inter se pacisci, quod primas quidem faces leuare debeat, qui aliquid indicaturus est, ac simul duas, manereq; donec alter respondeat. Hoc autẽ ad id facit, ut per hanc facem certi reddantur inuicem, & ostendant quòd animaduertant. Illis uerò sublatis, primas ex sinistris ostendere opottet, & per tabellam declarare, quænam debeant obseruari. Vt pote, si prima tabella erigatur, unum: si altera, duo significentur, & sic consequenter. Alteras uerò à dextris secundum eandem rationem leuare, ut significetur quæ literæ è tabella sint scribendæ ab eo, qui facem accipit. Quando autem qui de istis inter se pacti sunt, utriq; ad locum accedunt, primùm dioptram, diauliscos habentem, habere debent, ut qui facem è regione leuaturus est, cùm dextrũ tum sinistrum locũ uidere queat. Circa dioptrã uerò tabellæ figendę, sunt erectæ & ex ordine: deinde dexter ac sinister locus decempedali spacio separandi, profunditas uerò secundum statuam uiri facienda. Ad hæc, ubi faces erigũtur, curandum est, ut exactè uideri queant: ubi demittuntur, ut sint diligenter absconditę. His aũt utrinq; ad hũc modum paratis, quando aliquid indicare uolunt, utpote quod ex militibus circiter centũ ad hostes defecerint, primùm eligendę sunt dictiones quæ per

hem decernit, amissa spe propositi. Cum uerò abesset à fluuio trium dierũ itinere, biduo quidẽ mediocriter proficiscitur: tertio uerò die cũ cõuiuatus esset cum aliis, simul cũ luce castra moueri iubet. Ipse assumptis ad se equitib. acrobustioribus militibus, simul cũ myriade scutatorũ noctu iter properè facit. Audierat enim hostiũ equites interdiu quidẽ ad litus fluuij esse in statione, noctu uerò in ciuitatem quandam secedere, haud minus uiginti stadiis disitã. Noctu igit̃ itinere hoc quod reliquũ fuerat cõfecto (nã cãpi illi equitabiles erãt) fluuiũ ad ortum lucis cum maiore exercitus sui parte traijcit. Equites uerò Bactrianorum, cum ex speculatorũ indicio quid factũ esset cognouissent, exclamant, & in itinere cum hostibus conflígunt. rex cum cerneret primum sibi esse excipiendum hostium impetum, adhortatus eos qui circa ipsum periclitari solebant, nempe bis mille equites, aliis mandat, ut cum signis & cateruis sese interponerent, & confuetam quisq; aciem usurparet: ipse uerò cum dictis iam equitibus cum Bactris qui primi occurrebant, congreditur. Videtur autem Antiochus eo discrimine strenuè magis decertasse, quàm ij quos secum habebat. Itaque multi quidem utrinq; ceciderunt ac perierunt. Vicerunt tamen primam equitum alam, ij qui cum rege erant: cum uerò & altera & tertia irrueret, reprimebantur, ac turpiter discedebant. Cum uerò illo temporis articulo Aetolus maximam equitum partem, quæ iam tota instructa erat, adduci iussisset, & regem & eos qui cum illo erant, periclitantes liberat, & Bactrianos præter ordinem incedentes, mutatis uicibus consternatos reddit, & fugere cogit. Igitur illi quidem cum ab omnibus Aetolis impeterentur, haud prius steterunt, quàm dum Enthydemo quãplurimis amissis iungerentur. Equites uerò regis cũ multos occidissent, & multos uiuos cepissent, discedunt, ac tunc quidẽ illic ad fluuiũ castrametãtur. In eo autem periculo Menippũ uulnerari ac mori, percussũq; denres quidẽ aliquot ex ore amittere, omnino uerò fortitudinis famã tũ potissimũ acquirere contigit. Euthydemus itaque animo perculsos, unà cum exercitu ad ciuitatẽ Zariaspam, quę Bactrianorũ est, discedit.

VNDECIMI LIBRI HISTORIARVM POLYbij Epitome, Vuolfgango Musculo Interprete.

Asdrubali uerò nihil horum probabatur. Quoniã autem nulla dum dabatur rerum conuersio, cum hostes in acie existentes ac progredientes cerneret, cogebatur ad se trahere Iberos, & qui cum ipso fuerant, Gallos. Propositis itaq; bestijs, numero decem, & aucta ordinum densitate ac prolixitate, totoq; exercitu exiguo temporis spacio composito, & præterea medium se in acie iuxta beluarum stationem constituens, hostes ad læuam partẽ aggreditur, prægogitans, aut uincendum sibi in eo esse discrimine, uel morien dum. Liuius igitur magno animo hostibus occurrit, & inito conflictu fortiter cum copijs suis dimicat. Claudius ad dexterum cornu ordinatus, nec prodire in apertam pugnam, nec hostem circundare poterat, propter locorum difficultatem. quibus confisus Asdrubal, hostes ad læuam inuaserat. Itaq; cum hęsitaret ac perplexus esset, ob id quod nihil efficere poterat, didicit quid sibi faciendum esset. Assumptis à dextera parte militibus suis, iuxta locum pugnæ à tergo situm, & lęuam partẽ, castra sua superegreditur, & Carthaginenses iuxta cornu eo, loco ubi beluæ erant, inuadit. Et hactenus quidem victoria erat ambigua. Etenim utrinq; uiri ex æquo periclitabant, propterea quod nec Romanis nec Iberis et Carthaginẽsib. reliqua salutis spes erat, si proposito frustrarent: & beluæ quoq; communẽ usum exhibebãt in pugna. Etenim in medio cõprehensæ & iaculis petitæ tã Iberorũ quàm Romanorũ acies disturbabant. Mox aũt atq; ij qui cum Claudio erãt, hostes à tergo adoriebant, reddebatur cõflictus impar: aliis in faciẽ, aliis à tergo Iberos prementib. unde & cõtigit ut plurimi Iberorũ in ipso pugnæ articulo trucidarent. ex beluis aũt sex unà cum uiris qui impositi erant ceciderũt, reliquæ quatuor acies penetrarũt, & postea Indis destitutæ ac desolatæ, captæ sunt, Asdrubal uerò cum & antea & ad extremum

tisq; regitur & subiectæ syluæ consumptione, ac sæpenumero ipsum incensorem cum primis præter expectationem corripit. adeum modum & bellum si semel à nonnullis excitatum exarserit, tum quidem illos primùm perdit: postea uerò fertur inuste singula quæ incidunt perdens, agitatum temeritate, & ab ignorantia accedẽtium ueluti à uentis inflatum. Quapropter ò uiri Aetoli, cogitantes & Insulanos frequentes, & Græcos Asiam inhabitantes, coràm uos precari, quòd bello repudiato pacem eligatis, propterea quòd & uos quæ fiunt, concernunt: ad mentem redite, & adhortantibus uos cum reuerentia morem gerite. Etenim si cum fortuna quadam bellum gereretis, & utile & commodum, si quidem hoc, ut plurimum, in quouis bello spectatur, deinde & glorioſum, & secundum primum propositum ac iuxta epigraphen euentum, meritò quis ignosceret uobis tanquam magnificè animatis. Cum uerò bellum hoc sit & omnium turpissimum, & multa ignominia ac maledictione refertum, an non res ista magnam cunctationem ac protractionem requirit? Est enim quod uidetur, libere dicendum: uos si sapitis, cum silentio dicentem sustinebitis. Multo nanque satius est, ut cum opprobratione tempestiua seruemini, quàm quæ grata sint audientes, paulo pòst & ipsi primùm, deinde & requi Græci pereant. Ponite itaq; ob oculos uestram ignorantiam. Dicitis quidem pugnare uos aduersus Philippum pro Græcis, quo seruati non faciant quod ab illo est mandatum: pugnatis uerò ad uastationem & exitium Helladis. Etenim hæc fœdera uestra dicunt, quæ cum Romanis pepigistis, quæ primum quidem in literis erant, nunc uerò in factis uisuntur. Et tum ipsæ literæ dedecori uobis erant, nunc uerò id ipsis operibus ob oculos ponitur & manifestatur. Cæterum Philippus quidem belli huius nomen & prætextum sustinet. nam nihil aliud illi quod graue sit accidit, uerùm cumsocij illius sint Peloponnesiorum plurimi, Bœotæ, Euboei, Phocei, Locri, Thessali, & Epirotæ, contra illos fœdera pepigistis, hac conditione, ut & corpora & quæ mobilia bona sunt Romanis, ciuitates uerò & regio Aetolis cedant. Et cum ipsi ciuitatis huius domini sitis, haud sustineretis si quis liberos contumelia afficiat, aut ciuitates incendat, putantes illud & crudele esse & barbaricum: & tamen eiusmodi fœdera iniuistis, per quę Græcos reliquos omnes, tanquã dedititios, Barbaris ad turpissimã contumeliã & iniquitatem tradidistis. Et hæc initiò quidem non intellexistis, nunc uerò per Oritarũ & infeliciũ Aeginetarũ calamitatẽ omnibus facti estis manifesti: eo quòd fortuna uestrã ignorantiam data opera quasi in exostram quandam constituit, & uisendam proposuit. Itaque principium quidem belli huius, & quæ nunc accidunt, eiusmodi sunt. si uerò finaliter omnia uobis ex animi sententia cesserint, quid expectandum est? an non Græcis omnibus magnorum malorum initium? Quando enim Romani bellum quod in Italia est excusserunt, id quod breui futurum est, Hannibale exiguis Britanniæ locis concluso, deinceps omnibus uiribus impetum suum in Helladen transferent, eo quidem prætextu ut Aetolis contra Philippum succurant: reipsa uerò, ut cunctam Helladen sibijpsis subijciant: id quod admodum clarum erit. Etenim siue bene ac honeste facere constituerint ubi uictores fuerint, illorum erit & gratia & censura: siue male, erit illorum & emolumentum ex his quí peribunt, & potestas in eos qui reliqui erunt. Vos uerò tum deos testes inuocabitis, quando succurrere uobis nemo deorum uolet, nemo mortalium poterit. Oportebat igitur cuncta initio præuidere: id enim uobis primum licebat. Verùm quoniam multa futura humanam prouidentiam fugiunt, nunc saltem, quandoquidem rerum istarũ euentũ uidistis, meliora de futuris inire consilia debetis. Nos sanè nihil eorũ quæ in præsenti & dicere & facere erga uiros amicos cõuenit omisimus, & de futuris quę prænoscẽda uidenti, libere diximus. Vos aũt oramus & hortamur ut nec uobismetipsis, nec alijs Græcis libertatẽ & salutem inuideatis. Vbi huius oratio multorum animos, ut appatebat, aliquatenus cõuertisset, ingressi sunt post illum legati Philippi. Illi relictis quæ particulariter dici poterãt, duo se in

sunt. Præterea ad dextrũ cornu Achaicos equites ordinat, quos Aristænetus Dymæus ducebat: ad læuam uerò peregrinos milites omnes, diuisis inter se ordinibus, ipse habebat. Simul autem ac hostium exercitus aduenies appropinquasset, accedit cohortes legionum, & breuibus quidem, at efficaciter, de præsenti periculo admonet. Et maxima quidem dictorũ pars obscura fiebat. Nam propter beneuolentiam, qua erga eum afficiebantur, & uehementem turbarũ ad eiusmodi impetum propensionem, multitudo in promptu sic urgebat, ut exercitus uicissim quasi enthusiasmo quodam percitus, satagere ipsum, & audere admoneret. Hoc autem in summa diligenter declarare, si tempus accepisset, conabatur, quod præsens periculum illis propter turpem ac probrosissimam seruitutem, istis uerò propter semper memorandam & illustrem libertatem esset exortum. Machanidas uerò primùm aciei suæ ostendit, quam orthiã uocant, quod cum dextero hostiũ cornu congredi deberet. Deinde appropinquat, & mediocre interstitium nactus, exercitum reflectit ad hastam, & extendit, cornuq; suum dexterũ sinistro Achæorum coæquat. Scutatos uerò seruato aliquo intestitio toti exercitui præponit. Philopœmen uiso illius conatu, quod per scutatos milites in cohortes legionum irruere, uirosq; uulnerare, ac tumultũ in toto suo exercitu excitare cogitaret, nullas moras nectit amplius, neq; differt, sed per Tarentinos efficaciter principio periculi circa templũ Neptuni loco plano & equitibus commodo utitur. Machanidas uiso quod fiebat, paria facere cogitur, & Tarentinos quos secum habebat committere. Itaq; initiò confligebatur ab illis fortiter. Cum uerò parumper qui robustiores erant, præualerent ijs qui premebantur, admodum breui temporis spacio cõtigit, ut ab utriusq; partis peregrinis militibus congressus fieret. Cum autem conflictus illorum cõdensatus esset, uiritimq; prolixo temporis spacio fieret, pari discrimine certabatur, sic ut reliquæ copiæ expectantes, quonam pugna illa inclinaret, confligere nequirent eo quidem, quod utriq; frequenter inter pugnandum per primam pugnæ stationem discurrerent. Aliquandiu uerò postea, stipendiarij milites qui cum Tyranno erant, & multitudine & dexteritate bellandi propter habitum & usum inualescebant. Id autem haud præter rationem tum quoq; usuueniebat. Quanto namq; multitudo in Democratijs, in bellicis certaminibus alacrior est, quàm sint hoibiles Tyrannorum subditi, tanto peregrini milites qui à Monarchis stipendia accipiunt, Democraticæ Reipublicæ stipendiarios superant & excellunt. Quemadmodum enim subditi alij pro libertate decertant, alijs seruitutis periculum imminet, ita ex stipendiarijs militibus alij pro certa correctione, alij ut manifestum damnum propulsent, contendunt. Democratia uerò, ubi libertatis hostes sustulit, libertatẽ suam stipendiarijs militibus non cõmunicat. Tyrannis uerò quo maiora aggreditur, hoc pluribus stipendiarijs opus habet. Quoniam enim pluribus iniuriam infert, plures etiam sortitur insidiatores. Monarcharum igitur securitas omnino in peregrinorum militum beneuolentia ac uiribus consistit. Vnde & tum accidit, ut peregrini milites sic alacriter ac fortiter certauerint, ut nec Illyrij, nec Horacitæ illis oppositi, impetum eorum sustinere potuerint, sed cuncti repressi Mantiniam uersus, septem stadijs distantẽ fugerint. Eo uerò tempore, quod dubiũ fuerat nonnullis, id tum apud omnes certum est factum ac clarum. Nam plurima in bellis gesta experientiam rerum, rursus imperitiam generant. Magnum quidem est, eum qui prærogatiuę principium nactus est, illud in consequentiã extendere: multo autem maius est, eum cui primi conatus non successerunt, apud se manere, & considerare indiscretionem infortunatorũ, illorumq; obseruare errata. Est enim sæpenumero uidere eos qui iam primas consequuti uidẽtur, paulo pòst omnibus in uniuersum frustrari: rursus qui initio prolapsi uidebantur, rursus uice uersa cuncta sibi propria restituisse industria. id quod & tum temporis circa utroscp principes factum esse apparet. Etenim cum copiæ stipendiariorũ, quas Achęi habebãt, omnes inclinarent, ac cornu sinistrũ dissolueretur: Machanidas cũ in proposito manere, & alios qui in altero cornu erãt

ſuperare, alios in faciem adoriri, & ſummę rerum inhiare deberet, nihil horum fecit: ſed intemperāter & iuueniliter unà cum mercenarijs ſuis effuſus, fugientes inſectabatur, quàſi metus ille eos qui ſemel inclinaſſent, ad portā uſq; perſequi non poſſet. Dux uerò Achæorum, quoad eius fieri poterat, ſtipendiarios ſuos, reliquos illorum duces nominatim inclamando & hortando continebat. Cum uerò uideret illos ui repelli, non ſic conſternabatur ut fugeret, aut dejecto animo cederet, ſed cornu ex acie irruentibus inſectatoribus ſubtrahit: & cum locus ubi periculum imminebat, deſertus eſſet, mox primis legionarijs mandat, ut in ſcuta inclinarent, ac cū curſu ad anteriora, ſeruatis ordinibus contendit. Vbi uerò ad locum declinatum uelociter uenit, ſimul & perſequutores excidit, & cōtra hoſtium cornu inualeſcit. Et legionarios quidem hortabatur, ut confidentes eſſent & manerent, donec ipſis denunciaret, ut mixto agmine in hoſtem procederent. Polybio uerò Megalopolitæ qui adhuc reliquos & Illyrios qui fugerant, unà cum armatis & mercenarijs collegerat, iniungebat, ut adhibito ſtudio cornu aciei cuſtodiret, & reditum eorum obſeruaret, qui ex perſequutione receſſerant. Lacedæmonij uerò citra ullum mandatum animis incitati, propter robuſtiorum prærogatiuam, acceptis haſtis irruūt in hoſtem. Cum autem in eo progreſſu ad litus foſſæ uenijſſent, & neque amplius, quoniam in manibus hoſtiū erant, reuertendi tempus daretur, denicq; foſſam contemnerent, propterea quòd multis in locis deſcenſum habebat, & nec aqua illi tandem inerat, nec ſylueſtris materia, abſq; cautione per illam ruebant. Philopœmen uerò ſimulatq; occaſio illa contra hoſtes incidebat, quam diu antea præuiderat, tum omnibus legionarijs præcipit, ut apprehenſis lanceis ſuccederent. Achæis uerò unanimiter & cum horribili clamore irruentibus, qui antea aciem Lacedæmoniorum in foſſam deſcendentes diſſoluerant, contra hoſtes iam ſuperiores alacriter uertuntur. Verū magna multitudo partim ex Achęis, partim ex proprijs in foſſa perit. Contigit igitur id quod prædiximus, neq; ultro, neq; per occaſionem, ſed per induſtriam ducis, qui foſſam ſubitò obtenderat. Philopœmen igitur pugnam non detrectans, ſicuti quidam putabant, ſed ſingula diligenter, & ut duci competebat, conſiderans, quoniam Machanidas aderat, futurum, ut ſi exercitum adduceret, foſſa non præuiſa in idem periculum cum phalange incideret, quod iam dictū eſt, tum uerò reipſa factum: ſi uerò foſſæ difficultatem perpendens, & pœnitentia motus timere ſibi & ex acie fugere uideretur, tum illum ſucceſſu cœpti ac propoſiti quamlongiſſimè fraudandum, eo quòd prorſus abſq; ullo certamine ipſi ceſſura eſſet uictoria, illum uerò aduerſa fortuna oppreſſura. Nam multis id iam uſuuenerat, qui congreſſum inſtituerant, cum ſufficientes ad hoc non eſſent, ut cum hoſtibus decertarent, alij propter locorum difficultatem, alij propter multitudinem, alij alias ob cauſas, atq; ita quàm alieniſſimos ſeſe ab experientia rerum cum fugerent, oſtendentes, per extremam agminis caudam alij ſe prævalere, alij hoſtes ſecure effugere poſſe ſperauerant, inter quos potiſſimum erant & duces. Verùm Philopœmen prouidentia ſua non fraudabatur: cuius conatu factum eſt, ut ualidiſſima fuga Lacedæmoniorū contingeret. Cū uerò legiones ſuas uincere, & totā cauſam proſperè ſibi & ſplendidè ſuccedere cerneret, ad id perficiendum ferebatur, quod adhuc plenæ uictoriæ deerat. Erat autem hoc, ne Machanidas elaberetur. Itaq; cum ſciret illum in ipſo perſequutionis incurſu unà cū ſtipendiarijs ſuis in partes foſſę ad ciuitatem ſeparatum & auulſum, aduentum illius expectat. Machanidas uerò cum inter fugiendum poſt perſequutionem exercitū ſuum fugere cerneret, intelligeretq; amiſſam eſſe ſibi ſpē uniuerſam, cōfeſtim conabatur unà cum peregrinis militibus quos ſecum habebat, cōuerſus ſubitò per diſperſos ac perſequētes hoſtes elabi, quò etiā nōnulli reſpicientes, apud illum in itio eandem & ipſi ſalutis ſpem fouentes manſerāt. Cum aūt aduenijſſent, & Achæos pontem ſupra foſſam cuſtodire cernerent, tum cuncti conſternati, relicto illo dilabebantur, & ſuæ quiſq; ſaluti conſulebat. Eo tempore Tyrannus cum de uia per pontē deſperaret, contendit ad foſſam, & tranſitum

situm diligenter quærit. Philopœmen cognito Tyranno ex purpura & ornatu equi, relinquit illic Anaxidamum, & hortatur, ut accurate transitum custodirent: nec ulli ex mercenarijs militibus parcerẽt, propterea quòd illi plerunq; in Sparta fomentũ & incrementum præbebant tyrannidi. ipse uerò assumptis Polyæno Cyparissæo, & Simia, quibus tũ utebatur, ex altera fossæ parte in occursum Tyrãno, ac eorũ qui cũ ipso erãt, eminus irrumpẽs. Erãt aũt duo qui tũ Machanidæ adhęrebãt, Anaxidamus uidelicet, & unus ex mercenarijs militibus. Cũ igitur Machanidas loco quodã fossæ ad trãseundũ cõmodo equũ calcaribus admotis uioleter ad transeundũ impelleret, Philopœmen eũ cõuersus inuadit, & hasta letaliter uulnerat, ac rursus aliud illi uulnus relicto interstitio infligit, atq; ita Tyrannum fortiter ac strenuè occidit. Consimile accidit etiam Anaxidamo ab equitibus qui obequitabant. Tertius amissa spe transeundi, interea dum prædicti occiduntur, periculum fugiendo euadit. Cum itaq; ambo cecidissent, confestim ij qui cum Simia erant, mortuos spoliant, & auulsum Tyranni caput unà cum armis illius ad eos qui sequebantur adferunt, ut turbis interitum ostenderent Tyranni: quo persuasi amplius adhuc absque cunctatione, & confidenter hostes ad illorum usq; ciuitatem insectarentur, id quod & plurimum ad concitandam multitudinem faciebat. Etenim hoc potissimum pacto Tegeam ciuitatem per incursionem in potestatem suam redegerunt. qua capta, castrametati sunt ad Eurotam fluuium, occupatis iam absq; ulla tergiuersatione locis sub dio expositis. Et cum longo tẽpore hostes è sedibus suis eijcere nequiuissent, tũ intrepidè uniuersam Laconicẽ uastabãt, amissis è numero suorum in ea pugna non multis, ex Lacedæmonibus uerò haud infra quatuor millia occisis, ac pluribus etiam captis, deinde & uniuersis hostium impedimentis & armis ablatis.

De Hannibale, & rebus Carthaginensium.

Itaq; quis non tanquam rem insignem annotauerit & principatum, & uirtutem, & potentiam uiri huius in rebus castrensibus & sub dio gestis, si prolixitatem temporis respexerit, & cognouerit illum in conflictibus tam uniuersalibus quàm particularibus, & obsidionibus ciuitatum, mutationibusq; & euentibus temporum, & in ipsa summa totius propositi & instituti, in quo hic Hannibal decem & septem annos contra Romanos bellum in ipsa gessit Italia, exercitus nunquam dimisisse ex castris sub dio constitutis, sed sub se tanquam bonum gubernatorem retinuisse, tantamq; multitudinem citra seditionem cùm erga se, tum inter ipsos custodiuisse, cũ tamen non eiusdem gentis, imò ne eiusdem quidem generis hominum uteretur exercitibus (habuit enim sub se Libyes, Iberos, Celtas, Phœnices, Italos, Græcos, quibus neq; lex, neq; consuetudo, neq; sermo, nec aliud quicquam ex natura commune erat. Verùm ducis industria tantam ac talem militum differentiam unius præceptis, ex unius animi sententia obsequentem reddidit. tametsi circunstantiæ haud simplices essent, sed uariæ, & sæpenumero fortuna admodum splendida, nonnunquam & contraria adspiraret.) Horum consideratione haud immeritò ducis huius uirtutem admiratus, quod hanc partem concernit, confidenter dixeris, quòd si primùm alias orbis partes inuasisset, ac postremò aduersum Romanos mouisset, nihil non obtinuisset eorum quę proposuisset. Nunc uerò contra quos oportebat postremò uenire, ab illis bellum exorsus, in ijsdem & principium & finem bellandi fecit. Igitur Asdrubal milite ex ciuitatibus, in quibus hybernarant, collecto, expeditionem instituit, & castra metatur haud procul à ciuitate quæ uocatur Elingas, uallumq; ad latus montis parat, & planiciem quoque ante uallum, ad certandum & pugnandum accommodam. Peditum multitudo, quam habebat, erat septem myriadum: equites quater mille, beluæ triginta duæ. Publius uerò Marcum Iunium ad Locbitem mittit, ut copias ab illo paratas accipiat. Erant illi pedites ter mille, & equites quingenti. Reliquos socios ipse ad se accipit, iter expediens,

& mouens ad locum propositum. Cum ad Castalonam appropinquasset, & ad loca circa Bœcylam, ac copias suas cum Marco, & copijs quæ à Colichante erant, coniunxisset, incidit in magnam hæsitationem de rebus imminentibus. Etenim sine auxiliaribus copijs, non erat ipsi exercitus Romanus sufficiens ad subeundum prælij periculum. Eos autem quibus spes esset in copijs sociorum, de tota rerum summa periculum facere, intutum uidebatur, & admodum temerarium ac stolidum. Verùm cum aliquandiu hæsitasset, rebus ipsis autem concluderetur, ut auxilijs sociorum simul uteretur, sic cum Iberis ad prælium descendit, ut hostibus quidem eo pacto phantasiam obijceret, per suos uerò exercitus certaret. Hoc proposito castra mouet cum uniuerso exercitu, peditum habens quatuor myriades & quinque millia, equitum circiter tria millia. Vbi Carthaginẽsibus factus esset uicinus, ut uideri posset, castra circa quosdam tumulos è regione hostium metatur. Magon uerò opportunũ se tempus nactum esse ratus, inuadendi Romanos castra metantes, maxima equitum suorum parte, & Masanissa cum Numadis assumptis, irruit ad illorum castra, credens se Publium deprehensurum incautum. Ille uerò quoniam quid futurum esset, iam dudum antea præuiderat, retro collem quendam equites subduxerat, numero Carthaginensibus pares: quibus ex improuiso proruentibus, multi mox initio, propter inopinum istum Romanorum impetum retrouersi, equis decidebant: alij uerò hostibus congressi, fortiter dimicabant. Carthaginenses uerò propter eorum pugnandi dexteritatem qui ex Romanis equitibus in conflictum descenderant, impediti & perplexi, cum parumper restitissent, declinabant: & primùm quidem ordine seruato discedebant, Romanis uerò urgentibus, solutis alis sub ipsa castra fugiebant. Quo facto Romani confidentiores ad faciendum periculum reddebantur, diuersum uerò Carthaginenses. Attamen sequentibus diebus exercitus in planicie intermedia instruunt, & tam equitibus quàm robustioribus militibus uelitationes faciunt, & sese inuicem explorantes, tandem de summa rerum certare constituunt. Eo tempore Publius duplici strategemate usus uidetur. Cum Asdrubalem copias suas serò producere, & Libyes in medio, beluas uerò ante utraque cornua collocare cerneret: ipse cum assuetus esset opportuno tempori attendere, & Romanos opponere Libycis, & Iberos uerò cornibus immiscere, quo die decertare constituerat, diuersum à priore consuetudine facit, atq; ita copijs suis plurimum adiumenti ad uincendum confert, & hostes haud modicè infirmat. Simul enim atq; dies esset exortus, missis ministris, cunctis militibus denunciat, ut qui strenuè certaturi, & armati essent, ante uallum producerentur. Quod cum factum esset, & illi alacriter obedirent, propter spem ac suspicionem de futuro conceptam, equites & robustiores milites præmittit, mandans ut ad hostium castra appropinquarent, & confidenti animo uelitando pugnæ principium facerent. Ipse uerò pedestres copias secum habens, ad recentem solis exortum progreditur. Et cum in medium campum uenisset, ordines acierum diuerso à priore & consueto modo instituit. Etenim medios locauit Iberos, in cornibus uerò Romanos. cum autem subitò equites appropinquarent ad uallum, & reliquus simul exercitus in conspectu ac paratus esset, Carthaginensibus ægrè tantum dabatur temporis, ut armarentur. Asdrubal itaque uiros adhuc ieiunos, absque apparatu, ex tempore, tam equites quàm ex peditibus robustos, in campum Romanis equitibus obijcere, & pedestrem exercitum haud procul à latere montis instruere, & dispositionem illius in planicie, sicuti solebant, facere cogebatur. Romani aliquandiu quidem subsistebant: uerùm quoniam cursus diei nonnihil promouerat, & robustiorum conflictus utrinq; incertus & par erat, propterea quod periculum erat ne qui premebantur, ad suas phalanges conuersi fugerent, tum Publius exceptos uelites per interstitia intro ad signa, diuidit in utrunque cornu, retro eos qui iam ordinati erant. Et primum quidem hastatos, deinde equites, primos iubet hostem à fronte inuadere: ipse uerò sta-

uerò ſtadij ſpacio diſtans ab hoſtibus, Iberis qui ordines ſeruabant denuncíat, ut conſimili modo ſuccedentibus ordine agminibus hoſtem aggrederẽtur, & ad dexteram ſigna & alas ad haſtam aduerterẽt, diuerſum uerò ad ſiniſtram facerent. Et cum ipſe à dextera parte ordiretur, Lucius Martius & Marcus Iunius, à ſiniſtris tres alas equitum præſtantes, & ante illas, eos qui haſtis pugnane ſolebant, ac tres πώμας ducebãt. (ſic autem uocantur συντάγματα peditum apud Romanos, cohortes) uerũ iſtos hinc ſcutati, illinc haſtati cingebant, atq; ita rectà progrediebantur in hoſtem, acceſſum facientes efficacem, indeſinenter ſuccedentibus poſteris, & per circunfractionem cohærentibus. Vbi iſtos eõtigit haud multum abeſſe ab hoſtibus, & Iberos in latere à fronte adhuc magno loci ſpacio diſtare, eo quòd pedetentim incederent, impreſsionem faciunt utriſq; cornibus, unà cum orthijs hoſtium phalangibus & Romanis copijs, iuxta quod initio propoſitum fuerat. Sequentes uerò motus, per quos contigit eos qui ſubinde ſequebantur & intermiſcebantur cum præcedentibus retro tramite ad pugnãdum congredi cum hoſtibus, diuerſam inter ſe diſpoſitionem habebant, & prorſus dexterum cornu ſiniſtra ex parte, & pedites equitibus committebantur. Nam equites qui in dextero cornu erant, unà cum robuſtioribus militibus haſtatim immixti, contra hoſtem inualeſcere nitebantur. Pedites uerò à contrario ſcutatim ſeſe inſinuabant. In ſiniſtra parte, qui in cohortibus erant lance, equites uerò cum haſtatis immiſſis habenis ferebantur. factum itaque eſt ex equitibus & fortioribus militibus utriuſque cornu ex hoc motu, ex dextero ſiniſtrum: quam rem dux modicè curabat, maiorem curam in id collocans, ut contra hoſtes altero cornu inualeſceret: qua in re rectè cenſebat. Oportet enim ſcire quidem ea quæ fiunt, uerùm motibus uti ad præſentem occaſionem conuenientibus. Horum autem congreſſu & conflictu, beluæ per haſtatos & equites iaculis impetitæ & undiq; turbatæ lædebantur quidem, uerùm nihilo ſecius amicis quàm inimicis incommodabant. Nam temere ac quólibet ferebantur, ac utrinq; & indeſinenter ſternebant ac perdebant, & cornua peditum Carthaginenſium quaſſabant. Medium autem Libycorum quod utiliſſimum erat, ad finem uſq; ocioſum manebat. Neq; enim illis ſuccurrere qui in cornibus ſtationes ſuas relinquebant, propter Iberorũ incurſum, neq; in loco manentes aliquid quod neceſſitas requirebat efficere poterant, propterea quòd hoſtes à fronte manum cum illis non conſerebant. At cornua aliquandiu fortiter certabant, eo quòd utraq; pars de ſumma rerum periclitabatur. Cum autem caloris uehementia urgeret, Carthaginenſes quidẽ diſſoluebantur, quòd exitus pugnæ pro ipſorum uotis non ſucceſſiſſet, & conueniens apparatus impeditus eſſet: Romani uerò & uiribus & animi alacritate ſuperiores erant, & eo potiſſimum, quod ij quos hoſtes habebant inſtructiſſimos, contigerat per ducis prouidentiã reddi inutiliſſimos. Itaq; Aſdrubal ad eum modum preſſus, initio quidem pedetentim è pugna cum ſuis diſcedebat: poſtea uerò cateruatim declinans, ad uicina montana ſeſe recipiebat. Vbi uerò Romani uiolentius inſequebantur, ad uallum præcipites fugiebant. Niſi igitur aliquis illos Deus ſeruaſſet, cõfeſtim caſtris etiam exuti fuiſſent. Verùm quoniã aeris diſpoſitio admodum mutabatur, & imber impetuoſus abundans & indeſinens decidebat, uix in ſua caſtra poterant redire Romani. Publius autem tametſi ſufficientem iam rerum experientiam cepiſſet, nunquam tamen in maiorem hæſitationem & perplexitatem inciderat. Idq; illi haud præter rationem accidit. Quemadmodum enim in corporibus externas incõmodi cauſas, utpote frigus, calor, labor, uulnera, & antequam fiant præcauere, & ubi factæ ſunt facile curare licet: quæ uerò ex ipſis corporibus emergunt, ut ſcabies & morbi, difficile præuidentur, difficile etiam ubi prouenere curantur: ad eundem etiam modum & de politijs & de exercitibus ſentiendum eſt. Etenim aduerſus externas quidem inſidias & bella, in promptu eſt & præueniendi modus, & auxilium, ubi ingruerint: uerùm aduerſus ea quæ in ipſis politijs aduerſa naſcuntur, contra ſeditiones & colliſiones difficilis eſt medela, &

quæ magnam gerendarum rerum dexteritatem, & singularem quandam requirat industriam. Verùm unum omnibus, ut mea fert sententia, & exercitibus & ciuitatibus & corporibus, conuenit consilium. Id autem est, ut circa prædicta nunquam permittatur multum desidiei & ocij: maximè in prosperitate rerum, & copia necessariorum. Verùm Publius tanquam excellenter diligens, denique sicut initiò dixi, & industrius, & ad res gerendas accõmodus, congregatis millenarijs talem quandam præsentiũ rerum solutionẽ introducebat. Dicebat, promittendam esse militibus obsoniorum restitutionem: & ut promissioni fidem darent, censum ciuitatibus deputatum, primum in totius exercitus subsidium perspicuè ac diligenter colligendum, ut liqueret apparatum illum fieri ad obsoniorum restitutionem. A chiliarchis uerò ipsis rursus præfectis petendum, ut posita ignorantia, disponendorum commeatuum officium in se reciperent, & ut ad se reuersi indicarent, pro parte ne, uel simul omnes id facere uellent. Illo tum tempore consultandum esse dicebat, quid fieri deberet. Itaque illi eadem cogitantes, curandis pecunijs operam dabant. Millenarijs uerò quæ decreta essent significantibus, Publius ubi ea cognouit, confessui quid faciendum esset communicat. Decernunt igitur, constituendum esse diem, quo comparendum ad hoc esset ut multitudo quidem dimitteretur, authores uerò acriter punirentur. Erant illi numero triginta quinque. Cum dies ille aduenisset, & adessent apostatæ, cùm ut dimitterentur, tum ut obsonia reportarent, millenarijs Publius secretò mandat, ut apostatis occurrerent: & selectis quinque ex authoribus seditionis, quilibet confestim in ipso congressu benignè ageret, & ad se maxime in tabernaculum: si uerò id non possent, saltem ad conuiuium ac eiusmodi conuentum uocarent. Exercitui autem, quẽ secum habebat, triduo antè denunciabat ut commeatum pararent ad multum temporis, quasi ad Andobalim Marcus profugus proficisceretur: id quod & apostatas, ubi audierunt, confidentiores reddidit. Sperabant enim futurum, ut ipsi maxima potestate potirentur, si duci, reliquis ab exercitu separatis, iungerentur. Cum autem ad ciuitatem appropinquarent, alijs quidem militibus denunciat, ut sequenti die mox orta luce cum apparatu egrederentur. Millenarijs uerò & præfectis mandat, ut cum egressi essent, postquam prima impedimenta posuissent, milites in armis ad portam retinerent, ac deinde se ad singulas portas diuiderent, curarentque ne quisquam ex apostatis euaderet. Qui uerò ad occursum dispositi erant, iuncti illis qui accedebant ad ipsos, benignè abducebant eos qui culpabiles erant, iuxta quod commissum ipsis fuerat. Illis igitur decretum erat, ut sub id temporis uiros illos inconuiuio sedentes comprehenderent, uinctosque custodirent, sic ut nemo ex illis qui intus essent egrederetur, nisi is qui duci de singulis annunciaret quod gestum esset. Itaque cum millenarij quod imperatum erat fecissent, sequenti die dux statim orta luce uidens eos qui aduenerant in foro congregatos, conuocat ecclesiam. Cum autem cuncti pro consuetudine dato indicio accurrerent, animisque suspensi essent, desiderio uidendi ducis, & eorum quæ de rebus imminentibus dicenda essent, ad millenarios qui in portis erant mittit Publius, iubetque ut milites armatos adducerent, & ecclesiam cingerent: ipse uerò progressus, mox cunctis primo sui aspectu stuporem mouet. Suspicabantur enim multi, esse eum adhuc ægrotum: ubi uerò præter expectationem subitò sanum ac firmum uidebant, apparitione illius consternabantur. Verùm ad hunc ferè modum orationem ad eos exorsus est. Dicebat admirari se, quanam in re quidam offensi, aut qua spe moti, defectionem molirentur. Esse enim tres causas, propter quas homines seditionem aduersus patriam & principes suos mouere præsumant: quando uidelicet uel præsides suos culpant & ægre sustinẽt, uel rebus quæ aguntur, offenduntur: uel per louem, quando spem rerum maiorũ ac potiorum animo concipiunt. Interrogo itaque uos, inquit, quid ex istis uos mouerit. Mihi scilicet infensi estis, quòd cõmeatuũ subsidia uobis non reddiderim? At id non est mea culpa factum. Nam sub meo ducatu nihil uobis

hil uobis defuit obsoniorum. An ex Roma est hæc culpa, quod quæ olim debebantur, nunc non restituuntur? Debebatis'ne igitur sic patriam, uestram nutricem, culpare, ut ab illa deficeretis, & hostes redderemini: & non potius, cum præsentes sitis, huius rei coram me facere mentionem? & amicos hortari, ut uobis auxilio essent? id quod, puto, melius extitisset. Nam mercenarijs quidem militibus ignosci aliquando potest, si ab illis deficiant, à quibus stipendia acceperant: illis uerò, qui pro seipsis & uxoribus ac liberis bella gerunt, haudquaquam ignosci debet. Est enim perinde, ac si quis à patre se, in ratione pecuniaria per iniuriam circumuentum esse dicens, armata manu accedat, & illum occidat à quo uitam acceperat. At pluribus ego uos molestijs & periculis grauaui quàm reliquos, & reliquis plus commoditatis & emolumenti contuli quàm uobis? Verumne hoc quidem audetis dicere: nec, si auderetis etiam, conuincere poteritis. Quid igitur sit, cuius gratia in præsenti nobis infensi, defectionem institueritis, dicere non possumus, sed causam hanc ex uobis audire uolumus. Arbitror quidem neminem esse ex uobis, qui aliquid dicere, uel cogitare etiam poterit. Atqui neque præsentibus contristari potestis. Quando nanq; maior fuit rerum amplitudo? Quando plures fuerunt Romanæ ciuitatis prærogatiuæ? Quando spes amplior extitit militantibus, quàm nunc est? Sed cogitat forsan aliquis è numero deplorato rum hominum, maiora nunc commoda, spemq; maiorem ac firmiorem relucere apud hostes? Apud quos'nam illos? An apud Andobalem & Mandonium? Er quis uestrûm ignorat, illos primùm erga Carthaginenses fœdifragos factos, defecisse ad nos, nunc rursus erga nos quoque uiolata iurisiurandi ac fidei religione hostes sese aduersum nos ostendisse? Honestum autem est, illis fidem dantes, hostes effici patriæ? Atqui nec in istis spem habebatis, quòd liberia potituri essetis. Neq; enim cum Andobale coniuncti, sufficientes penes nos eratis ad periclitandum, neq; soli ac seorsum ordinati. Quid igitur spectastis? Velim enim ex uobis cognoscere. An experientia & uirtute ducum, qui nunc præpositi sunt, uel fascibus ac securibus quæ illos præcedunt, usq; adeò confiditis, de quibus ne dicere quidem plura honestum est? Verum nihil horum est ò uiri: neque habetis uos quicquam uel minimum quod uel contra nos, uel contra patriã prætexere possitis. Quapropter de uobis ego tam pro Roma, quàm pro me respondebo, ea proferens quæ coram cunctis moralibus æqua censentur. Sunt autem ista. Talis est quælibet plebs ac turba, ut facile fallatur, & ad quiduis inducatur. Vnde illi frequenter idem quod mari accidit. Quemadmodum enim mare natura sua innoxium est recte utentibus, & firmum: si uerò uiolenti flatus in illud irruerint, tale redditur utentibus quales sunt uenti, à quibus circumquaq; impellitur: ita & multitudo talis redditur utentibus, quales habet duces & consiliarios. Quapropter & ego iam, & quorquot exercitui præsunt, uos quidẽ impunes dimittimus, & fidem damus, quòd omnem uindictam in posterum remittamus: erga eos uerò qui defectionis authores extiterunt, implacabiliter animati sumus: ideoq; & competentes pœnas de illis eorum sumemus delictorum, quæ cùm in patriam, tum in nos commiserunt. Cum ista diceret, milites armati circumstantes accepto mandato machæris nudatis tumultuantur per uestibula, simulq; seditionis authores nudi ac uincti inducuntur. Multitudinem uerò metus quidam sic inuasit propter horrorem & mala quæ in conspectu ipsius circumquaque obuersabant, ut cum alij flagellarentur, alij securibus cæderentur, nec aspectũ obuerterent, nec uocem quisquam ederet, sed cuncti stupefacti, & ob id quod accidebat consternati manerent. Authores itaq; malorum flagellati & occisi, per medium trahebantur: reliqui uerò fidem in communi à duce & reliquis principibus acceperunt, nõ fore, ut quisquam de quoquam ultionem in posterum memor huius rei sumat: & singuli accedentes chiliarchis iurabant, quod mandatis principũ prorsus essent obtemperaturi, nec quicquã contra ciuitatẽ Romanam sensuri. Igitur Publius cũ magna mala recens nata ritè correxisset, copias

ſuas in priſtinum ſtatum reſtituit. Deinde confeſtim in ipſa Carchedone congregatis in cõcionem copijs, conqueſtus eſt de Andobalis temeritate, & præuaricatione erga ipſos: & multis de perfidia illius conqueſtus, multorum animos aduerſus ſupradictos potentatus incitauit. Deinde recenſuit etiam certamina contra Iberos ſimul & Carchedonios habita, cum illi adhuc ſub ducibus Carthaginenſibus eſſent: in quibus cum ſemper victores extitiſſent, iam non conuenire aiebat, ut hæſitarent, ac uererentur, ne rurſus cum Iberi ſub duce Andobale pugnantibus, congredientes comprehenderentur. Quapropter prorſus neminem ſe ex Iberis ſynagoniſtam accepturum dicebat, ſed cum ipſis Romanis facturum pugnæ periculum, quo cunctis manifeſtum fieret, quòd non opera Iberorum uſi Carthaginẽſes ex Iberia propulſauerimus, ſed Romana uirtute & noſtra ipſorum dexteritate & Carthaginenſes & Celtiberos uicerimus. His dictis hortabatur eos ad concordiam, & ut ſi aliquod unquam, etiam præſens periculum confidenti animo aggrederentur: de eo uerò ut uincerent, ſe dicebat unà cum dijs competenter curaturum. Multitudo itaque tantam animi alacritatem & confidentiam concepit, ut cunctis aſpectu ſimiles eſſent illis qui hoſtes intuentur, & iamiam cum illis congredi parant. Tum itaque, cum iſta dixiſſet, eccleſiam dimiſit. Craſtino die motis caſtris expeditionem aggreditur: & cum decimo poſtea ad fluuium uenijſſet, quarto tranſcit, ac poſtea caſtra contra hoſtes figit, planiciem quandam inter ſua & hoſtium caſtra nactus. Sequenti die pecora quædam quæ exercitum ſequebantur, in dictam planiciem hoſti obijcit: mandatóq; Gaio, ut equites paratos haberet, & nonnullis ex chiliarchis, ut uelites haſtatos pararent. Itaque cum Iberi confeſtim irruerent in pecora, immittit in eos aliquot ex uelitibus. Et cum ex eo conflictus oriretur, & utrinque plures accurrerent, facta eſt magna uelitatio peditum circa eam planitiem. Cum igitur tempus ipſum commodas occaſiones ad inuadendum hoſtes daret, & Gaius, ſicuti mandatum erat, equites in promptu haberet, imminet uelitantibus, excluditq; eos à locis monti uicinis, quo plures in ipſa planicie ab equitibus diſpergerentur, & interimerentur. Cum id contingeret, Barbari incitati, ac uerentes ne uelitationibus ante iuſtum conflictum victi in uniuerſum animis perculſi uiderentur, mox orta luce uniuerſum exercitum educunt, & ad pugnam inſtruunt. Publius paratus quidem erat ad pugnam, uerùm cum Iberos inconuenienter in planiciem deſcendere, & non equites modò, ſed & pedites in campo diſponere uideret, cunctatur ob id, ut quamplurimi in eam aciei inſtructionem deſcenderent, confiſus ſuis equitibus, imò magis peditibus, propterea quòd ex æquo & comminus pugnaturi eſſent, & armatura, & uiri quos habebat, multo præſtantiores Iberis exiſterent. Verùm quoniam neceſsitate urgeri uidebatur, aduerſum eos qui ad montem aciem habebant, copias ducit: in eos uerò, qui in planiciem condenſati deſcenderant, ductis ex caſtris quatuor cohortibus, cum peditibus hoſtium confligit. Lælius autem Gaius equites quos habebat, per colles, qui à caſtris in planiciem deſinunt, in hoſtem producit, & Iberorum equites à tergo inuadit, & pugnando ne peditibus ſuccurrerent detinet. Pedites hoſtium auxilio & uſu peditum deſtituti, quorum fiducia in planiciem deſcenderant, pugnando premebantur & grauabantur: id quod & equitibus accidit. Etenim in anguſto cõprehenſi, cũ difficulter pugnarent, plures ab ipſis inuicẽ quàm ab hoſtibus oppreſſi interibãt: eo quòd ipſorũ quidem pedites ex obliquo, hoſtiũ uerò pedites in faciem imminebant, & equites à tergo premebant. Cum pugna hoc pacto fieret, qui in planiciẽ deſcenderant, propè cuncti interibant: qui uerò in confinio montis erant, fuga elabebantur. Erant autem illi robuſtiores & tertia pars uniuerſi exercitus, cum quibus & Andobalis fuga ſeruatus in locum quendam munitum euaſit. Publius uerò perductis ad finem Iberiæ rebus, Taraconã proficiſcitur, maximi gaudij triumphum, & victoriam honeſtiſsimã patriæ adducturus. Satagens aũt ne Roma abeſſet quo tẽpore cõſules creabantur, rebus Iberiæ cunctis diſpoſitis, & copijs

Iunio

Iuntio ac Marco traditis, ipse cum Gaio & alijs amicis Romam abnauigat.

De Antiocho.

Etenim ipse erat Euthydemus Magnes, cui respondebat dicens, quod Antiochus ipsum iniustè regno pellere conaretur. Non enim se à Rege defecisse, sed alijs deficientibus, posteros illorum sustulisse, quo principatu Bactrianorum potiretur. Et cum plura huc pertinentia dixisset, Telcam orat, ut interuentu suo inducias impetraret, & Antiochum beneuolè obsecraret, ne ipsi regiæ prærogatiuæ appellationem inuideret: eo quòd, si petitis non consentiret, neuter securus esset. Adesse namq; haud modicam Nomadum multitudinem, per quos utrisque quidem periculum immineret, ipsa uerò regio indubitato Barbarici futura esset obnoxia, si illos reciperent. His dictis Telcam mittit ad Antiochum. Rex uerò quoniam iamdudum circumspiciebat, quomodo res ista terminaretur, animo propenso quæ à Telea de constituendis inducijs dicebantur, & propter causas prædictas audiebat. Cum autem Teleas reuersus esset, & frequenter utroscp accessisset, tandem Euthydemus Demetrium filium suũ mittit, ut pacta confirmaret, quem cum rex accepisset, eumcp adolescentẽ regno cùm propter aspectum, tum propter præstantem colloquij commoditatem, primùm illi unam ex filiabus suis daturum se pollicetur, deinde patri etiam regni nomen concedit: de reliquis uerò cum pacta & societatem sub iuramento initam scriptis comprehendisset, castra mouet, & copias liberaliter partitur. Acceptis autem elephantis quos habuerat Euthydemus, Caucasum montem superat, & expeditione in Indiam facta, amicitiam cum Sophaseno Indorum rege renouat: acceptiscp inde elephantis, sic ut essent numero centum quinquaginta, deinde commeatum rursus exercitui partitus, ipse quidem cum copijs castra mouet. Androsthenem uerò Cyzicenum ad recipiendum Gazam mittit, quæ illi fuerat à Rege ex pacto tradita. Cum autem Arachosiam transisset, & Erymanthum fluuium traiecisset, per Dratigenam Carmanianum uenit. & quoniam instabat hyems, ibi hybernat. Itaq; finis expeditionis, quam Antiochus ad superiora loca fecit, talis fuit: per quam nõ solum superiores Satrapas, sed & maritimas ciuitates, & potentatus ad Taurum habitantes, principatui suo subiecit, & in summa regnum suum confirmauit, ac cunctos subditos confidentia sua & infracta industria perculsos reddidit. Propter hanc enim expeditionem non modò Asiaticis, sed Europæis regno dignus esse uidebatur.

DVODECIMI LIBRI HISTORIARVM *Polybij Epitome, Vuolgango Muscu-lo interprete.*

Timæum historiographum notat.

VIrtutem quidem regionis huius (Libyæ) cunctam quis admirari poterit: ipsum uerò Timæum rectè dixeris imperitum fuisse rerum Libycarũ, imò & puerilis absurdo sensu præditum: & antiquę famæ adhuc obnoxium, qua de Libya accepimus, quòd tota sit arenosa, & arida, & infrugifera. Eadem autem & de animantibus ferebantur. Equorum uerò, & bouum, & ouium, deniq; & caprarum tanta est in ea regione multitudo, quantam nescio an uspiam in reliquo orbe reperire liceat, propterea quòd multæ Libyęq; gentes fructibus ex humana cultura prouenientibus non utuntur, sed ex iumentis & cum iumentis uitam dueunt. Præterea & elephantum & leonum ac pardorum multitudinem & uim, deinde & bubalorum uenustatem & struthionum magnitudinem, quis ignorat? quorum nihil prorsus per Europam reperitur, Libya uerò talibus referta existit: de quibus nihil sciens Timæus, quasi data opera ea narrat quæ ueritati sunt contraria. Quemadmodum autem de Libycis rebus, ita & de insula, quam Cyrnon uocant, nugatus est. De illa namque in secundo libro mentionem faciens, dicit, quòd in illa sylueſtres capreæ

capreæ,& oues & boues quoq; syluestres multæ existant,adhuc & cerui,& lepores,& lupi,ac nonnulla etiam alia animantia, & quod homines uenationibus incumbant,& omnem uitæ conuersationem uenationibus impendant. In dicta autem insula nec caprea syluestris, nec bos, neq; lepus, neq; lupus, nec ceruus, nec aliquod eiusmodi animal est, demptis uulpibus, cuniculis, & auibus syluestribus. Cuniculus uero procul uisus, lepusculus esse uidetur. ubi uerò in manus sumitur, plurimum discriminis habet tam aspectu, quàm cibo. Nascitur autem ac degit maiori ex parte subterra. Propter huiusmodi sanè causam, cuncta eius insulæ animantia agrestia esse uidentur, quòd pastores iumenta in pascuis consectari nequeunt, propterea quod insula ista & syluestris, prærupta & aspera existit: sed quãdo illa colligere uolũt, opportunis locis stantes tuba conuocant animantia, quæ & inoffenso cursu singula ad suã tubam accurrunt. Cæterùm si quando ad eam insulam aliqui adnauigantes, capras uel boues in solitudine pascentes uident, ac comprehendere uolunt, nõ accedunt illa animantia propter desuetudinẽ, sed fugiunt: quandò uerò pastor, uisis illis qui è naui descendunt, tuba impense canit, mox feruntur & concurrunt ad tubam, & ista phantasiam faciunt imperitis, quasi animantia huius insulæ sint agrestes feræ, de quibus Timæus malè & obiter scribens nugatus est. Quod auiẽ tubæ obediunt, mirum non est. Nam & in Italia qui sues educant, consuetudine pascendi nõ utũtur. Etenim subulci pecora nõ sequuntur eu estigio, sicuti mos est apud Græcos, sed ad spacium aliquod progressi, buccina sonant: pecora uerò à tergo illos insequuntur, & ad buccinæ uocem accurrunt. Et tantam ea animantia buccinæ suæ consuetudinem contrahunt, ut miraculum sit, & uix credibile illis qui id primùm audiunt. Etenim propter porcorum & reliquorum necessariorum copiam, contigit ut numerosi sint per Italiam, maximè antiquam, & apud Tyrrhenicos & Gallos, porcorum greges, sic ut una fœtura mille nonnunquam & plures porcos enutriant: quapropter & generaliter iuxta ætatem nocturnas gregis eductiones faciunt. unde & accidit, ut pluribus cateruis in eundem locum eductis, nequeant illas secundum genera custodire, sed inter se miscentur tam inter educendum, quàm inter pascendum, consimiliter etiam inter adducendum: quibus de causis & usus buccinæ ad hoc excogitatus ab illis est, ut quando inter se commiscentur porci, sine negocio & molestia discernantur. Quando enim pastores alius ad aliam partem sonando buccina progreditur, per seipsa ultro separantur pecora, & buccinas quæq; suas tanta propensione sequuntur, ut impossibile sit impetum eorum ullo pacto uel cogere, uel impedire. Apud Græcos uerò, quando fructibus arborum inhiantes ac discurrantes commiscentur, is qui plures porcos habet, illosq; maturius abducit, etiam eos qui proximi sunt unà cum suis abducit, & nonnunquam furtim ablatos abigit, nonnunquam ignorante eo qui eos circunducit, quomodo illos amiserit, propterea quòd pecora longius à pastoribus suis auelluntur, dum fructus arborum cupidius ac certatim inhiant, quo tempore recens decidere cœperunt. Verùm de his hactenus. Contigit autem mihi sæpenumero Locrorum adire ciuitatem, & quæ necessaria erant ipsis suppeditare. Etenim militiæ in Iberiam & Dalmatiam, per me sunt immunes facti, quam per mare Romanis secundũ pacta debebant. Vnde & molestia illa & periculis ac sumptibus sanè magnis libertati, omnis generis honore nos & humanitate gratitudinis uice prosequuti sunt. Quapropter Locrenses magis laudare debeo, quàm diuersum facere. Verùm non omisi & dicere & scribere, historiã de Colonia ab Aristotele traditam, ueriorem esse, quàm ea quæ à Timæo narratur. Consentio enim hominibus illis, affirmantibus eam de Colonia famam, non quam Timæus, sed quam Aristoteles dixit, à maioribus esse traditam: cuius huiusmodi argumenta proferebant. Primùm, quòd quæcunq; illustria à maioribus apud ipsos sunt, à mulieribus prouenerunt, nõ à uiris, sic ut (exemplis gratia) ij confestim nobiles apud ipsos censeantur, qui à centum ædibus nuncupationem habent. Esse autem centum illas ædes, quas Locri elegerãt, antequam in Colo-

in Coloniam exirent, unde Locri secundum oraculum uirgines ad Ilium mittendas hæreditaturi fuerint. Ex his aũt mulieribus aliquot unà cum alijs ad Coloniam migrasse, quarum posteri etiamnum nobiles æstimentur, & à centum ædibus uocentur. Rursus de Philephoro, sicut apud eos nominatur, eiusmodi quæ dã tradita est historia. Quòd quo tẽpore Siculos eiecerunt, tum eum Italiæ locũ inhabitantes, sacrificijs eum illustrissimi & generosissimi illic honorarint, & plures cognatas consuetudines inde acceperint, sic ut nihil ipsis patrium exi stat, alioqui & illud acceptum conseruarent, sed & hoc ipsum correxissent, ne puerum ex ipsis Philephoron, sed uirginem facerent, propter nobilitatem quæ à mulieribus est. Pacta uerò cum Locris quidem per Helladem nec erant, nec fuisse apud eos dicuntur: cum Siculis uerò cuncta per traditionem habebant, de quibus dixi. Quòd quo tempore ad Siculos primùm uenissent, qui eam regionem in qua nunc ipsi habitant, tum temporis tenebant, perculsi illi, & propter metum ipsos recipientes, huiusmodi pacta cum ipsis constituerint: ut uidelicet beneuolentiam erga illos seruarent, & regionem tantisper communem haberent, dum terram illam calcarent, & capita in humeris portarent. Cum eiusmodi iuramentum fieret, ferunt Locros terram calceis suis iniecisse, & capita alliorum corporibus suis clanculum applicuisse, atq; ita iurasse: postea uerò terram è calceis & capita alliorum à se proiecisse, ac non multo pòst Siculos ex ea terra eiecisse. Dicuntur hæc apud Locros. Quemadmodum enim regula etiamsi lõgitudine minor, & latitudine humilior sit, si tamen id habeat quod regulæ proprium est, regulam uocari: si uerò ad rectitudinẽ & proprium regulæ non accesserit, omnia potius quàm regulam uocari debere dicunt: sic & commentarij historiographorum, qui etiamsi uel dictione, uel usu, uel alia re quapiam ab ijs partibus quæ ipsis sunt propriæ, aberrauerint, si ueritatem retinuerint, nomen illos historiæ recipere dicunt: si uerò à ueritate defecerint, non esse amplius historiæ nomine uocandos. Ego uerò, quod quidem huiusmodi commentarius uerax censeri debeat fateor, & in opere nostro ipse alicubi sic utor dicens, quod quemadmodum corpus animatum, si ossa sint exempta, totum redditur inutile: ita & historia, si ueritatẽ illi abstuleris, quod reliquum est, inanis redditur narratio. Diximus autẽ duo esse mendaciorum genera. Vnum quod fit per ignorantiam, alterum quod studio profertur. Illis qui per ignorantiam aberrant à ueritate, ignoscendum est: qui studio autem mentiuntur, implacabiliter succenſendum. Sicut enim qui mente pręditi sunt, quando hostes ulcisci statuunt, non id primùm spectant quid meritò patiatur proximus, sed magis quid ipsos facere deceat: ita & de conuiciatoribus sentiendum est, non quid inimicos audire, id primùm curandum: sed quid nos dicere conueniat, id impensissimè cogitandum. Illi uerò qui cuncta secundum iram & ambitionem suam metiuntur, necesse est ut in omnibus delinquant, & à recto decidant, quando non ut conuenit loquuntur. Quapropter & nos iam haud immeritò ea uidemur reprobare, quæ Timæus contra Democharum dixit. Et ille sanè immeritò ueniam aut fidem sortitur à quopiam, propterea quòd manifestè conuiciando, propter insitam amarulentiam à recto & æquo excidit. Neque illa mihi placent conuicia, quæ aduersus Agathocleum prolata sunt, quamuis omnium fuerit impijssimus. Loquor autem de illis, quibus in fine totius historię Agathocleum circa primam ętatem publi cum catamitum & impurissimis quibusuis expositum fuisse dicit, & quæ ibi alia obscœna addit. Ad hęc, cum mortuus esset, uxorem illius ad hunc modum ploraſſe & lamentatam esse dicit: Quare nõ ego te? & quare non me tu? In istis enim rursus non solum ea quis pronunciauerit quæ de Democharo, sed & exuberantiam amarulentiæ rectè admirabitur. Quod enim Agathocleo ex natura necessariò magna fuerit prærogatiua, manifestũ est ex illis ipsis quę Timæus pronunciat. Etenim & si Syracusas uenit, rotam, fumum, ac cœnum fugiens, & cum annos decem & octo natus esset, & post aliquantum temporis cum ob huiusmodi causam uenisset, totius quidem Siciliæ dominus est factus: Carthagi-

Duo mendaciorum genera.

thaginenſes uerò maximis periculis inuoluit, ac tandem cum in potentatu illo conſenuiſſet, Rex appellatus uitam finiuit: an non neceſſe eſt magnum quid & præclarũ accidiſſe Agathocleo, habuiſſeq; illum multa momenta, multas q; uires ad quiduis efficiendum, ex quibus hiſtoriographum non conuenit ea tantum quæ ad obloquendum & accuſandum faciunt, ad poſteros commemorando tranſmittere, ſed & quæ ad laudem uiri ſpectant. Eſt enim id hiſtoriæ propriũ. Puer aũt hic propria acerbitate obcæcatus, delicta nobis odioſe & cũ exaggeratione narrauit, uirtutes uerò in ſumma omiſit: ignorans id non minus quàm mendacium culpabile eſſe in illis, qui hiſtorias geſtorum ſcribunt.

Fragmentum hoc abrupte et ſine iudicio inſertum eſt.

Adoleſcẽtibus duob. inquit de famulo quodã diſceptantibus accidit, ut apud amicum puer pluſculum temporis eſſet, cum alter uero biduo antè in agrũ uenißet, domino non præſente, in domum ſeruus uiolenter abiret: & poſtea alter, cum id ſenſiſſet, ad domum ueniret, & comprehenſo illo rurſus ad magiſtratus rem deferret, ac diceret, oportere dominum ipſum dare fideiuſſores. Etenim Zaleuci legem iubere, ut is ad iudicium uſq; obtineat in cõtrouerſia, à quo contingat abductionẽ fieri. Altero uerò dicente, quòd ſecundũ eandem legẽ ab ipſo facta eſſet abductio: eo quòd ex illius domo corpus ad principatũ uenißet: principes qui præſidebãt, hæſitaſſe dicit ſuper hac re, ac Coſmopolidẽ accerſiſſe, & ad illius cognitionẽ cauſam hanc cõmuniter detuliſſe. Illũ hanc legem explicuiſſe, ac dixiſſe abductionẽ ſemper apud illos eſſe, apud quos illud quod in diſceptationẽ uenit, poſtremò uel aliquo tẽpore ſiue controuerſia fuerit. Quod ſi quis per uim à quopiam abſtulerit aliquid, & ad ſe traxerit, ac deinde præter illum is qui priores habet, abductionẽ ſibi uendicat, dominiũ illud non eſſe ratum. Cum aũt adoleſcens ſententiã hanc ægre ferret, illamq; non eſſe legis mentem diceret, prouocaſſe Coſmopoliden, ac conditionem obtuliſſe, ſi quiſquã de ſentẽtia ac mente legis per Zaleucum latę, dicere uellet. Eſt aũt hoc, ſtantibus millenarijs & laqueis appendentibus, de legislatoris dicere ſentẽtia: ut ſi quis ex illis uoluntatẽ legis ad peiorem traheret ſententiã, talis ſtrangulatione uidentibus millenarijs pereat. Hæc proponẽte Coſmopolide, adoleſcentem dixiſſe, conditionẽ illam eſſe iniquã. Superesſe enim Coſmopolidi biennium, aut trienniũ forſan ad uiuendũ (erat enim ille circiter annos nonaginta natus) ſibi uerò ſecundũ rationis iudicium adhuc maiorem uitæ partẽ ſuperesſe: atq; ita adoleſcẽtem dicto hoc urbano & faceto, ſeueritatem quidem iudicij eluſiſſe, principes uerò educationem ſecundum Coſmopolidis ſententiam determinaſſe.

De expeditione Alexandri aduerſus Darium, in qua notat Calliſthenẽ.

Commemorabimus bellicam quandam expeditionem, quam ſimul & illuſtriſsimã eſſe, & exiguo tempore abſolui contigit: in cuius narratione Calliſthenes, in eo quod maximum eſt aberrauit. loquor autem de ea quam Alexander in Cilicia aduerſus Darium fecit. In qua dicit Alexandrum angußtias, & quas in Cilicia portas uocant, iam fuiſſe transgreſſum: Darium uerò itinere uſum, per portas quas Manidas appellant, cum exercitu mouiſſe in Ciliciam. Cum uerò ab incolis percepiſſet, Alexãdrum proficiſci uelut in Syriam, eſſe illum inſequutum: & cum ad angußta loca appropinquaſſet, caſtra ad Pyrum fluuium locaſſe. Eſſe uerò loci illius ſpacium haud ſupra quatuordecim ſtadia. inde à mari ad montana uſq;, & per ea loca dictum iam fluuium ex trãſuerſo, primùm per latera montium ad planiciem deſinentia, deinde per campos in mare delabi, litora habentem prærupta & tranſitu difficilia. Cogitabat, inquit, ſi Alexander ex conuerſione aduerſum ſe propinquaret, decretum & ſibi & principibus ſuis eſſe, uniuerſam aciem in ipſis caſtris ordinare, ſicut ab initio conſuetum haberet: utique fluuio illo tanquam obiectamento, quod iuxta caſtra dilaberetur. Deinde equites inſtruere iuxta mare, & poſt illos ex ordine ſtipendiarios milites, ſicut ad fluuium illis connecterentur, ſcutatos uerò adaptare montibus. Quomodo uerò ante phalangem iſtos ordinarit, cum fluuius ipſa caſtra præterfluat, conſideratu difficile eſt, maximè cum tanta eſſet illorum multitudo. Erant enim, ſicut ipſe Calliſthenes dicit,

equitum

equitū triginta millia, ac totidē millia stipendiariorū. Est aūt cognitu facile, quanto isti opus habuerint loci spacio. Nam densitas plurimorum equitum, uerissimo usu octonario numero ordinatur, & inter singulas alas interstitiū à fronte requiritur, quo cōuersionibus ac circumflexionibus rectè uti possint, ex quibus stadium accipit octingentos, & decem stadia octo millia, quatuor uerò tria millia & quingentos: sic ut duodecim millibus spacium illud quatuordecim stadiorum impleatur. Si uerò uniuersum illum triginta millium exercitum in aciem illic ordinauit, parum abest, quin triplicata illa equitum acies sine interstitio inter se composita fuerit. Quo igitur loco multitudinē stipendiariorū ordinauit, nisi per louem, à tergo equitū? At dicet, non: sed conflixisse illos cum Macedonibus in ipso accessu. Necesse est itaq; fieri exceptionem, eo quòd dimidiū loci, ad mare uidelicet, equitū acies, ac rursus alterū dimidiū ad montana stipendiarij occuparunt. Hinc aūt facile colligi potest, quāta fuerit equitū densitas, & quanto spacio fluuiū à castris abesse oportuerit. Deinde dicit, cum hostes appropinquarent, Darium in medio aciei constitutū, è cornu stipendiarios ad se uocasse. At quomodo hoc dicatur, hæsitari potest. Etenim necesse est stipendiariorū & equitū coniunctionem circa medium eius loci fuisse spaciū. Itaq; cum inter ipsos stipendiarios esset Darius, quo, & ad quid, & quomodo uocauit ad se stipendiarios? Postremò, equites dextri cornu in accessu conflixisse cū Alexandro dicit: illū uerò fortiter istos excepisse, & ex aduerso cōflixisse, pugnatūq; esse utrinq; grauiter. Quòd aūt fluuius fuerit in medio, sicuti paulo antè dixit, huius oblitus est. His consimilia de Alexandro scribit. Dicit enim illū transisse in Asiam, peditū habentem quadraginta millia, equitū quatuor millia & quingētos. Deinde cū in Siciliā mouere uellet, superuenisse alios ex Macedonia, pedites quinquies mille, equites octingētos, qui ad usum illi essent, eo q; diutius abesset: & tamē peditū desiderabunt quadraginta duo millia. Hisce positis, Alexādrū de aduētu Darij in Siciliā audiuisse dicit, sic ut centū dūtaxat stadijs abesset, & angustias locorū iam trāsisset: atq; ideo conuersum illū rursus per angustias iter fecisse, & primū quidē phalangē duxisse, deinde equites, post omnes uerò impedimēta exercitus. Simul uerò ac primū loca spacioſa nactus esset, compositis sarcinis cūctis mandasse, ut in phalangē inserti, densitatē efficerent continentē primū circiter triginta duos, deinde sedecim, tandē erga hostē uicinū octo. Hæc uerò minus rationis habent, q̄ præcedentia. Cum enim stadiū spacijs suis trāsito rijs quando densitas decem & octo uiros habet, mille & sexcentos cōtineat, sic ut singuli à se inuicem spacio sex pedum distent, manifestū est, decē stadia cōprehendere myriadem unā & millia sex, uiginti uerò bis totidem. Hinc uerò facile cōsiderari potest, quòd quo tempore Alexander exercitus sui densitatem sedecemuiralē cōstituit, necesse esse loci illius spaciū uiginti fuisse stadiorū, & tamen supereſſe adhuc equites omnes, et ex peditib. myriadem unā. Deinde exercitū eum frōtatim duxisse dicit, ab hostib. adhuc distantē stadijs circiter quadraginta. Est aūt hoc ita absurdum, ut uix aliquid possit absurdius excogitari. ubi enim talia locorū spacia inueniri possunt, idq; in Cilicia, ut acies hastigera latitudine uiginti, lōgitudine quadraginta stadia cōplectens, frōtatim incedere possit? Tor enim sunt impedimenta ad huiusmodi ordinē et usum cōstituendū, ut haud facile numerari queāt. Ex ipsius aūt Callisthenis dictis satis argumēti ad faciendā fidem accedit. Torrentes enim qui de montib. feruntur, tot ac tantas paludes per planiciē efficere dicit, ut quāplurimos Persarū inter fugiendū periisse in illis dicāt. At per louē, paratus esse uolebat ad cōspectum hostiū. Quid aūt paratius, acie à frōte dissoluta ac dispersa? Quanto nanq; facilius est ex trāsitorio & cōpetenti ductu aciē instruere, quàm dissolutū à fronte & diuulsum exercitū recto tramite ducere, & ad pugnā componere locis syluosis & circūfractis? Quapropter propemodū melius erat duplicatā quàm quadruplicatā aciem cōiunctā ducere. Sic enim nō fuisset trāse-

undi facultatē inuenire, & confestim ac facile aciē instruere, & per præcursores hostiū aduentum cognoscere poterat. Ille uerò sine reliquis, ne equites quidem omnes, aciē cōstituit, cum frōtatim exercitū locis campestribus duceret. Verùm æqualiter & pedites dispouit. Hoc uerò omniū maximum est. Iam enim hostibus uicinum existentem, densitatem aciei octonario numero comprehendisse dicit: unde manifestū est, quòd necessariò phalangis huius longitudinē circiter quadraginta stadiorū spaciū continere oportuerit. Si uerò omnino inter se, iuxta Poetam, constipati fuerunt, ut inuicem cohæserint, nihilo tamē minus locum illum uiginti stadiorū fuisse oportet. Ipse uerò quatuordecim stadiorum fuisse dicit: idq; sic, ut pars aliqua ad mare, & dimidium exercitus ad dexteram, adhuc & uniuersa acies à montibus satis loci occuparit, ad hoc, ne ab hostibus, montiū uicina tenentibus, supprimeretur. Scimus quòd curuaturā ad illos facit. At sic quoq; decem millia peditū desideramus, quæ rationem ab illo traditā superant, sic ut longitudo phalangis huius secundū ipsum Callisthenē plus quàm undecim stadiorum spacio destituat, in quibus necesse est triginta duo millia, densitatē numero trigenario institutā continētia, idq; inter se constipata, fuisse coprehensa. Ille uerò octonario numero aciem hanc ordinatā fuisse dicit. Huiusmodi errores defendi nō possunt. Quod enim reipsa impossibile est, ultro fidē non meretur. Quando enim spacia uiritim cōsiderata & totius loci magnitudo, uirorūq; numerus perpenditur, redditur mendaciū inexcusabile. Præterea & reliqua cūcta absurda recēsere longū fuerit, ni si prorsus pauca quędā. Alexandrū in ea acie fategisse dicit, ut ipse cū Dario cōgrediē. cōsimiliter & Dariū ipsum initio hoc animo fuisse prēditū erga Alexandrū, postea uerò sententiā mutasse. Quomodo uerò alter alterū cognouerit, et quomodo ordinē copiarum suarū habuerint, aut quò rursus transierit Darius, prorsus nō dicit: denicq; quomodo ad superciliū fluminis ordo Phalangitarū accesserit, cum illud & abruptū esset & profundū. Hoc enim ne modicè quidē credendū est de Alexandro, quòd rem tam absurdā cōmiserit, cum is tam confessam in reb. bellicis experientiam & exercitationē à puero contraxerit. credendū aūt magis est de ipso historiographo, quòd propter imperitiam rerum quid possibile sit in huiusmodi rebus, quid non sit, discernere nequiuerit. De Ephoro itaq; & Callisthene hactenus. Primum quidē consiliarijs cōmemorandum putat, quòd diluculo dormientes, in bello quidē tubę, in pace uerò alites excitāt. Deinde Herculē dicit Olympica certamina et rursus inducias et remissionē instituisse, atq; ita uoluntatis suę specimen præbuisse. Cū quib. uerò bellū gesit, illis omnib. pro uiribus et imperio incōmodasse: ex animi uerò sententia & ultro nemini mortaliū alicuius fuisse mali authorē. Consequenter & louē inducit apud Poetā Marti succensentē ac dicentē, Inimicissimus aūt mihi es deorū illorum qui Olympū habent: etenim semper tibi grata est contentio, semper placent bella & pugnæ. Et prudentissimū quoq; Heroū sic dicere scribit, Malus ciuis, sceleſtus, & uagus ille est, qui bellū publicum & asperum appetit. Et Euripidem Poetæ huic consentire, cum dicit, Pax opulenta felicium dearum optima. Aemulor te, quomodo tardas? Vereor autem ne me senectus opprimat, priusquam gratam horam aspiciam, & pulcherrimi chori odas, & conuiuia coronis gaudentia. Ad hæc, & bellum morbo simillimum esse dicit, & pacem sanitati. Hanc enim & laborantes quoque complecti ac recreare, in illo uerò etiam sanos perire. Denique in pace senes sepeliri à iuuenibus ordine naturæ, in bello uerò accidere contrarium. Et quod maximum est in bello, ne intra muros quidem esse securitatem, at in pace illam esse ad terminos usque regionis. Et alia consimilia dicit. Cum enim duo nobis iuxta naturam sint, uelut organa quædā, quibus omnia percipimus & scrutamur, auditus scilicet & uisus, certior autem multo sit uisus, iuxta Heraclitum (sunt enim oculi certiores testes, quàm aures.) horum, licet proprio, minoris tamen momenti organo, auribus uidelicet, ad inquisitionem rerum accesit. Prorsus enim à testimonio uisus alienus fuit, ideo id quod per auditum est usurpauit. Et audi-

Iliad. 1 sic legitur, ἐχθιστὸς μοὶ σὺ σοὶ ἔριδες φίλαι βασιλῆος Ἀτὰρ γὰρ τοι ἔμεν, &c.

Et auditus quidē aliquis fuit, per cōmentarios aliorū. Eū uerò qui per inquisitionē est, socorditer auersatus est, sicut in superioribus ostendimus. Quare uerò sic animatus fuerit, facile cognosci potest. Quoniā uidelicet illa quidem ex libris citra periculū & molestiam inuestigari possunt, si hoc tantum quis curauerit, ut uel in ciuitate sit quæ multitudinē commentariorū habeat, uel bibliothecam aliquā uicinā consulere possit. Cæterum huic studio incumbere, & id quod quæritur inuestigare, ac de præcedentiū historiographorū ignorantia sine omni malo curiositatis affectu iudicare, multū quidē occupationis & sumptus etiam requirit: at multū etiam conducit, & maximam continet historiæ partē. Et hoc ex illis ipsis patet, qui cōmentarios conscribunt. Nam Ephorus dicit: Si possibile fuisset rebus ipsis omnibus adesse, eam experientiā reliquis multo fuisse præstantiorē. Et Theopompus eum quidē optimū bellicarum rerū scriptorē esse dicit, qui quāplurima sit pericula ipse coràm expertus: illū uerò dicendo potētissimū esse, qui quāplurimorū ciuiliū certaminū particeps extiterit. Idē accidit & medicis, & classiū generatoribus. Adhuc aūt & poeta de his rebus expressius quàm isti loquutus est. is enim, cum nobis ostendere uellet, qualem oporteat esse uirum gerendis rebus destinatū, Vlysis personam hoc modo proponens dicit, Dic mihi Musa uirum multifaria prudentia prędi tū, qui admodū diu errauit. & progressus, Multorū uerò populorū uidit urbes & sensum cognouit, multos in mari quoq; dolores in animo suo passus est. Et adhuc, Virorumq; prælia & tristes undas expertus. uidetur aūt mihi & historiæ intentū huiusmodi requirere uirū. Et Plato quidē tum bene cum rebus humanis agi dicit, quando uel philosophi regnant, uel reges philosophant. Ego uerò tum uigorem historiæ rectè habere dixerim, quando uel ij scribere historias conant, qui reb. gerendis sunt exercitati, non obiter, quemadmodū nunc accidit, sed hoc quoq; sibi & summopere necessariū & optimū esse iudicātes, ut indiuulse per uitam suā huic parti incūbāt, uel qui scribere aggrediuntur, habitū ex ipsis rebus contractū cōscribendæ historię necessariū iudicant. Si hoc fieret, non essent tam multa ignorata historigraphis: quorū Timęus ne minima quidē cura præditus fuit, sed extra patriā uno in loco degens ac tenuiter uiuēs, & propè ueluti ex professo, ciuiliū ac bellicarū rerū gloriā respuens, eam uerò quę exuago errore & propria mētis affectione est nescio quo modo reportās, sic ut historiographi prærogatiuā ad se traxerit. Et quod talis sit, ipsum Timæum id facientem producere, facile est. Nam in procœmio sexti libri, quosdā arbitrari dicit, demostratiuę aut historicæ orationis genus maius quoddā ingeniū, maioremq; industriam & conatum requirere. Hanc uerò opinionem primum Ephoro tribui dicit, Quoniam uerò ista dicenti sufficiēter respondere nequit, per collationem historiā & demonstratorias orationes cōparare conatur.

Ingens hic lacuna in Græco exemplari est, quod Augustæ Vindelicorum in Bibliotheca publica, unà cum alijs Græcis codicibus, sanè non pœnitendis, asseruatur.

TREDECIMI LIBRI HISTORIARVM POLYBIJ Epitome, Vuolfgango Musculo Interprete.

QVemadmodū hydropicorū desideria nunquam externo humore adhibito saturantur ac tollūtur, nisi interna corporis dispositio curetur: sic cōcupiscentia illa plura habendi, nunquā exaturatur, nisi uicium quod in animo est ratione aliqua corrigatur. Accidit tale quid etiam circa id uersutiæ studiū, quod nemo sanè regium esse dixerit, necessarium tamen aliqui, ad pragmaticas rationes dicere uolunt, propter eam uersutiam quę nunc obtinet. Achæi quidem admodum erant ab illa alieni. Tam enim procul aberant ab eo, ut ad prouehendos potentatus suos malis artibus uterentur erga amicos, ut ne hostes quidem per fraudulentiam uincere uoluerint: iudicantes nec illustre esse factum, nec firmum, nisi quis manifesta pugna aduersarios forti animo uincat. Vnde & constituerant inter se ne occultis iaculis inuicē uterentur, & solā manifestam dimicationē quæ pōpta manu cominus fit, uerā esse rerū

dijudicationem putabant. Denicq; hostes & pugnas inter se primum denunciabant, quando cõfligendi periculũ inire decreuerant, & loca quoq;, in quæ ad bellũ erant egressuri. Nunc uerò dicunt eum non esse bonum ducem, qui manifestè aliquid rerum bellicarum exequitur. Est autẽ exiguum adhuc priscæ uoluntatis uestigium apud Romanos in bellicis negocijs reliquum. Nam & bella prænunciant, & insidijs rarò utuntur, pugnant etiam prompta manu cominus. Hæc itaq; contra studium illud uersutiæ dicta sunto, quod iam plus æquo inter principes tam in politica quàm bellica œconomia emergit.

De Philippo.

Philippus uerò Heraclidem ad hoc instruxit, idq; que illi præcepit, ut curaret, quomodo Rhodiorum naues infestaret & perderet. Et ad Cretenses legatos misit, qui illos ad bellum Rhodijs inferendum allicerent & prouocarent. Heraclides uerò, cum homo esset ad studium malitiæ accommodus, & mandatum à Philippo acceptum lucrosum sibi futurũ putaret, eamq; rem secum ipse aliquando cogitasset, post aliquantulũ temporis aduersus Rhodum abnauigat. Erat autem Heraclides iste natione quidem Tarẽtinus, ex banausis & manuarijs opificibus ortum trahens, uerùm singulariter ad uecordiam & astutiam instructus. Primùm enim in ætate tenera corpore suo palàm fuerat abusus: deinde cum ingenio sagaci esset, auctuarius factus est, & erga humiles seuerus & audax, erga præstantes uerò adulantissimus. Hic initio quidem patria pulsus, quòd uideret ciuitatem Tarentinorũ clanculũ prodere Romanis, cum politicã potentiam nõ haberet, sed architecton existens, & propter quasdam murorum structuras claues portę ad mediterraneã partem ducẽtis, in potestate sua haberet. Cũ aũt ad Romanos profugisset, ac rursus illinc Tarentum ad Annibalẽ scripsisset, ac misisset, proditus, & quid futurum esset præsentiens, fugit ad Philippum: apud quem tantum fidei & potentiæ consequutus est, ut ad tanti regni subuersionem propè maximus author factus sit. Et

De potentia ueritatis.

mihi uidetur natura, dearum maxima mortalibus ostendere ueritatem, illicq; maximas addere uires, quòd cum ab omnibus impugnetur, nonnunquã & omnis generis suadelæ unà cum mendacio aduersus eam armẽtur, nescio quo modo ipsa per se animis mortaliũ illabatur, & nonnunquam confestim uires suas exerat: aliquando uerò, ubi multum temporis in obscuro delituit, tandẽ per seipsam emergat, & mendacium manifestet. Nabis uerò Lacedæmoniorum tyrannus, cum iam triennium principatu potitus esset, prorsus quidem nihil dum moliri aggressus est, neq; aliquid tentare audebat, propterea quòd Machanidas recens esset ab Achæis extinctus: uerùm primordia & fundamentũ diuturnæ ac grauis tyrannidis iecit. Nam alios ex Sparta funditus deleuit, & eos qui opibus uel gloria maiorum præstantes erant, in exilium abiecit, substantiasq; & uxores eorum alijs illustribus & mercenarijs tradidit. Erant autem illi homicidæ, scissores ac suppilatores, effractores parietũ. Generaliter autem id genus hominum ex toto orbe ad ipsum studiosè colligebantur, quibus propter impietatem & iniquitatem patria erat inaccessa, quorum se principem & regem constituebat. Vtebatur etiam lancearijs & satellitibus, corporis suicustodibus: per quos impietatis suæ famam & potentatũ diuturnum erat habiturus. Itaq; præter iam dicta, contentus non erat exilio ciuium, sed nullum etiam locum profugis tutum, neq; suffugium aliquod certum relinquebat. Nam alios in itinere missis satellitib. occidebat, alios reuersos interimebat. Tandem in ciuitatibus, ubi profugi manebant, uicinas ędes per homines minus suspectos, mercede conducebat, inq; illas Cretenses mittebat: qui factis in parietib. rimis ac fissuris, & per fenestras quoq; ex profugis alios stantes, alios discũbentes in ipsorũ ædibus iaculis sternebant, & interimebãt, ita ut miseris Lacedęmonijs nullus esset locus ad quẽ fugerẽt, nullũ tempus tutum ac securum. Et hoc quidẽ pacto plurimos illorũ extinxit. Subornauit aũt & machinã quandã, si machina dicenda est. Erat ea simulacrũ muliebre preciosis uestibus amictum, forma ad similitudinem uxoris Nabidis excellen-

excellenter elaboratum. Quando ciuium aliquos, pecunias exigere uolens, ad se uocabat, initio quidem pluribus, ijsq; humanis ac benignis uerbis utebatur, memorabat de metu Achæorũ, qui & ciuitati & regioni immineret: declarabat etiam multitudinem stipendiariorũ militũ, quos propter illorum securitatem aleret, deinde quos sumptus & in deos & in Rempub. ciuitatis faceret. Quod si huiusmodi sermonibus ciues flexissent, habebat eos ad proposĩtum suũ paratos. Si uerò nõnulli renuentes imperata respuissent, tum ista subijciebat: Forsan ego quidem persuadere tibi nequeo. Arbitror tamen Apegã istam tibi persuasurã (erat aũt id nominis uxori Nabidis) & cum id dixisset, aderat simulacrũ, de quo antea dixi. & cum è sede surrexisset, quasi uxorẽ manibus cõplectebatur, ac parumper ad pectus adplicabat. Habebat autẽ simulacrum illud cubitos & manus plenas clauis sub indumento, consimiliter & iuxta mamillas, & quando manibus tergum simulacri attingebat, per instrumenta contractata ad mamillas extendebat, & adducebat, atq; ita pauciſsima mora compressam imaginem quamuis uocem proferre cogebat. Et hoc pacto multos ex illis qui renuebant obtemperare, perdebat.

QVARTIDECIMI LIBRI HISTORIArum Polybij Epitome, Vuolfgango Musculo interprete.

De Publio, & reb. Romanis ac Carthaginẽsibus.

ERant itaq; consules hisce reb. intenti. Publius uerò in Libya hybernabat. Hic cũ de Carthaginensib. audisset, quòd classem pararent, classem quidẽ & ipse parabat, nihilo ramẽ minus circa obsidionem Itycæ occupabatur. Quin neq; spem erga Sophacem prorsus abijciebat: sed crebrò ad illum mittebat, propterea quod exercitus haud procul ab inuicẽ distabant, persuasus, quòd posset eum à societate Carthaginensiũ auellere. Haud enim desperabat, esse illũ iam saturum Pædisce, propter quam Carthaginẽsib. adhærebat: et prorsus etiã amicitiæ, quam cum Phœnicib. habebat, cùm propter naturale Nomadũ fastidiũ, tum propter prævaricationẽ illorũ tam erga deos, quàm erga homines. Cum uerò multa in animo uersaret, ac spem rerum futurarũ uariã haberet, propterea quod extraneũ periculũ metuebat, sciens aduersarios esse multiplices, tandẽ huiusmodi quandam occasionẽ apprehẽdit. Ex illis quos ad Sophacem miserat, narrabãt ipsi nõnulli, quomodo Carthaginẽses tentoria sibi præter ea quæ inter hybernandũ haberẽt, ex uarijs lignis ac foliis: Numadũ uerò alij qui ex principatu erãt ex calamis, alij ex ciuitatib. congregati in præsenti ex foliis, & alios intrà, alios uerò, idq; plures, extra fossam ac uallũ parasse. Ratus itaq; Publius, si castra illorũ igne inuaderet, fore id hostib. improuisum, & præter omnẽ expectationem, sibi uerò efficacissimũ, ei proposito incũbebat. Sophax uerò, in legationib. quas ad Publiũ mittebat, in hãc sententiã inclinabat, oportere sic cõstitui pacẽ, ut Carthaginẽses ex Italia, & Romani cõsimiliter ex Aphrica cederẽt, et interiacẽtia loca utriq; haberent, quæ tũ uel illi uel isti occuparant: quæ Publius cũ antea audisset, haud quaq; receperat: tum uerò Numadi paucis per legatos significauit, q; modus iste pacificãdi quẽ proponeret, haud impossibilis esset. Vnde cõtigit ut Sophax in spẽ erectus ad cõueniendũ frequẽter sollicitaret. Quo facto, plures ac frequẽter mittebanẽ. Accidit etiã, ut aliquãdo dies aliquot sine ulla custodia unà cõgregati essent, in quib. Publius semp aliquos industrios, quib. etiã militaria, fordida, abiecta, et seruilia indumẽta parauerat, unà cũ legatis ad hoc mittebat, ut egressus et ingressus in utraq; castra diligẽter inuestigarẽt et spectarẽt. Erãt enim duo exercitus: unus, quẽ habebat Asdrubal, peditũ triginta, equitũ uerò tria millia cõtinentẽ: alter qui decẽ stadijs ab hoc distabat, erat Numadũ, habẽs equites decies mille, peditcs circiter quinquagesies mille. Et hic exercitus faciliorẽ habebat accessum, et tentoria ad incendiũ cõmodiora: proprerea quòd Numades, sicuti iam dixi, nec lignis, nec terra, sed simpliciter cannis & calamis ad struẽda tentoria utebantur. Quoniam uerò iam uernũ

tempus aduenerat,& Scipio res hostiũ ad dictũ iam conatũ cunctas inuestigauerat,naues quidẽ in mare dimittit, & machinas in illis parat, quasi per mare Ityca obsessurus,peditib.uerò, qui circiter bis mille erãt,tumultũ ciuitati immi nẽtem rursus occupat, ut hostibus phantasiã obijceret, quasi id propter obsidionem faceret. uerùm re ipsa occasionẽ perficiẽdi proposiri uenabat,illicq; stationẽ habebat ob id, ne dum exercitus è castris abessent, milites qui Ityca in præsidio erant,ciuitatem egredi,& uallum inuadere, propterea quod propinquum erat, eosq; qui uallum custodiebant, obsidere auderent.His autem paratis,simul etiam ad Sophacem mittebat,interrogans an monitis acquiesceret,& an illa Carthaginensibus probarentur:& ne rursus dicerent,uelle se demum de concedendis consultare.Et illud iuxtà mandabat legatis, ne ad se redirent, nisi super hisce responsa referrent. Qui cum ad Numadem uenissent, is auditis illis acquiescebat, quod Scipio ad conciliationem perficiendam paratus esset:& quoniam legati se non discessuros dicebant,nisi primùm responsa ab ipso reciperent:& quoniam uerebatur,ut Carthaginenses consensuri essent, ideo ad ipsum quidem Asdrubalem confestim mittit, illiq; quid gereretur significat,ac simul hortatur ut pacem reciperet.Ille uerò socorditer agebat, & Numadas ad se congregatos,extra castra sua manere sinebat.Publius uerò consimiliter sese externè quidem gerebat,uerùm reipsa circa apparatus intentus erat. Vbi uerò Sophaci significatũ esset à Carthaginensibus,ut pacta perficeret: ille gauisus, confestim ista manifestat legatis:qui mox ad castra sua reuersi, Publio quæ à rege gesta essent exponunt. quibus auditis, dux Romanorum rursus eucstigio legatos ad Sophacem mittit, qui illi dicerent,Publium quidem conciliationem probare,esseq; illum pacis studiosum:senatum uerò & consiliarios dissentire, ac dicere,uelle se cœptis insistere.legati ad Sophacem ueniunt,& ista illi declarant. Hanc autem legationem Scipio ob id mittebat,ne postea pacta uideretur infringere, si durante adhuc inter ipsos pacificationis declaratione,hostile aliquid tentaret: si uerò id hostibus significasset, quicquid ageretur,irreprehensibile fore iudicabat. Sophax uerò cum ista percepisset,molestè quidem, propter pacificationis spẽ quam habuerat, ferebat. Asdrubalem tamen conuenit, illiq; loquitur,& quæ à Romanis sibi renuncciata essent exponit: de quibus admodum hæsitantes, consultabãt quidem quomodo rebus iam consequentibus uti deberent:plurimum tamen aberant ab eo,ut consilia & conatus rei futuræ intelligerẽt.De cautione quidem,& quod aliquid mali præ foribus esse crederent, ne in animum quidem uel tantillum induxerant.Verùm ad hoc plurimum propendebant,ut aliquid tentarent,& hostem ad locum aliquem planum prouocarent. Publius uerò,per id temporis multis quidem cùm ipso apparatu,tum denunciationibus indicabat,quod aliquid contra Ityen moliretur. Chiliarchis uerò, quos maximè necessarios & fideles habebat, circa meridiem ad se uocatis, conatum suum exponit: ac mandat,ut ea hora sumpto primum prandio,exercitum ante uallũ produce rent, quando tubicines secundum consuetudinem simul cuncti signa datent. Est enim ea Romanis consuetudo,ut tempore conuiuandi, cuncti tubicines ac buccinatores ad tentorium ducis personent, ad hoc ut nocturnas custodias suis locis per id temporis constituant. Deinde reuocatis ad se exploratoribus,quos ad castra hostium miserat, confert & examinat ea quæ à legatis dicebantur, & accessus quoq; ad castra perpendit, usus ad illa iudicio & consilio Massinissæ, propter locorum peritiam. Cum autem omnia ad usum illorum iam instantem parata essent,relictis in castris aliquot, qui & sufficientes & necessarij erant,& exercitu ad se sumpto, primis iam excubijs desinentibus, expeditionem aduersus hostes mouet.Aberant enim sexaginta stadiorum spacio. Vbi ad illos circa tertiam uigiliam ferè finitam appropinquasset, Caio Lælio & Massinissæ dimidium exercitus & Numadas omnes tradit, iubetq; ut uallum Sophacis inuaderent: ac hortatur, ut bonos se uiros præstarent, nec quicquam temerè agerent, certò scientes, quod quantum usus i tenebris impediretur,

pediretur, tantum debere ipsos animo præsenti & confidenter nocturnas in-uasiones perficere. Ipse uerò accepta reliqua exercitus parte, Asdrubalem in-uadit. Erat autem consiliũ ipsius, haud aggredi conatus suos, nisi primùm Lælius ignem misisset in hostes. Itaq; huiusmodi consilium in animo habens, pedetentim iter facit. Lælius uerò copijs suis bipartitis, simul irruit in hostes. Quoniam autem dispositio tentoriorum sic comparata erat, ut quasi studio destinata essent incẽdio, sicuti suprà dixi, ubi primi ignem iniecissent, isq; prima quæq; tentoria corripuisset, confestim fiebat, ut ei malo succurri non posset, propterea quòd tentoria contigua inter se essent, & propter multitudinem materiæ unde constructa erant. Lælius itaq; stationem habens, in acie manebat: Massinissa uerò, quoniam locorum peritiam habebat, per quæ ij qui ignẽ effugerent, secessum facturi essent, in illis milites collocat. Numadum uerò prorsus nemo quid gereretur intelligebat, ne ipse quidem Sophax: sed incendium hoc castrorum casu accidisse putabant. Vnde & inconsideratè alij è somno, alij adhuc inter bibendum in ipsa temulentia constituti, è tentorijs exiliũt: & multi quidem ab ipsis circa exitus uallí collisi sunt, multi incendio correpti & combusti. qui uerò flãmas fugiebant, cuncti in manus hostium incidentes, & neq; quid ipsis accideret, neq; quid facerent scientes, interempti sunt. Eo autem tempore Carthaginenses, cum incendiũ tam ualidum, & flammas in sublime tendentes cernerent, uallum Numadum ultro incensum esse rati, nõnulli quidem continuò succurrebant, reliqui uerò omnes extra castra inermes currebant, & ante uallum stantes stupidi quid accideret spectabant. Scipio uerò, quoniam ex animi sententia quod proposuerat succedebat, irruit in eos qui castra fuerant egressi, & alios occidit, alios in ipsa castra persequens, simul ignem tentorijs illorum inijcit. Quo facto, consimilia Phœnicibus ab igne & tota reliqua calamitate accidunt, qualia iam de Nomadibus diximus. Asdrubal uerò cũ cognouisset ex eo quod accidebat, quod incendiũ hoc apud Nomadas, non ex casu, sed ex hostiũ insidijs & audacia esset obortum, confestim illi succurrere cessat, & in hoc incũbit, ut sese seruet, quoniã ad eam rem modica ipsi spes quædam supererat. Et incẽdium enim cuncta loca subitò depascebatur, & corripiebat: & plures erant transitus equitum, iumentorum, & uirorum, quorum alij semineces & ab igne læsi, alij animis stupefacti & consternati erant, sicut etiam ij, qui sese strenue defendere parabant, hinc impedirentur, & propter perturbationem & confusionem nihil salutis sperari posset. Perinde accidebat etiam Sophaci, & reliquis ducibus. Verùm illi utriq; unà cum paucis equitibus seruati sunt: reliquæ uerò myriades uirorum, equorum, & iumentorum, infeliciter, & miserabiliter incendio illo perierunt. Turpiter autem ac dedecorosè quidam, cum ignis uiolentiam euasissent, ab hostibus sunt occisi: & non modò sine armis, sed & sine indumentis nudi interempti. In summa, totus castrorum illorum locus plenus erat ululatu, clamore inconditò, metu, & strepitu uario & inusitato, & præterea igne efficaci & flãma uehementi repletus, quorum unum duntaxat ad perterrefaciendum naturam humanam sufficisset, nedum quod cuncta ista simul & præter expectationẽ contingebant. Quapropter & quod hic accidit, propter uehementiam & excessum à nemine mortalium imaginari potest, ita cuncta prædicta gesta grauitate sua superauit. licet enim & multa & præclara sint Scipionis facta, hoc tamen mihi omnium uidetur esse præclarissimum, & audacissimum eorum quæ perpetrauit. Cæterùm imminente die, & hostibus alijs perditis, alijs per consternationem fuga elapsis, hortatur Chiliarchas, ut fugientes uestigio insectarentur. Itaq; dux Carthaginensis initio quidem moras trahebat, quamuis per nuncios admoneretur. Hoc autem faciebat, confisus munitione ciuitatis. Postea uerò, ubi incolarum inter se seditionem uidit, accessum Scipionis ueritus, cum ijs qui seruati erant, aufugit. Erant illi equites quingenti, & pedites circiter bis mille. Incolæ uerò consentientes, tradiderunt se Romanis. Publius autem, illis quidem pepercit: duas uerò propinquas ciuitates militi-

bus ad diripiendū conceſsit. Hiſce ſic geſtis, ad priora ſua caſtra reuertitur. Carthaginenſes uerò, quod ſpes illa, quam initio conceperat, in diuerſum ceciderat, grauiter ferebant. Sperauerant enim futurū, ut Romanos in arce Itycæ uicina concluſos, in qua hybernauerant, terra copijs pedeſtribus, mari claſſe, obſiderent. Iam uerò cum ad eam rem cunctum apparatum diſpoſitum haberent, non ſolum caſtris hoſtibus traditis adeò temere & improuiſe exuti erāt, ſed & de ſeipſis & patria iamiam periclitaturi uidebantur. ideo' que metu conſternati, & animis perterriti erant. Attamen rebus ſic cogentibus, ut de futuro & imminenti periculo prouidè conſultarēt, erat Senatus hæſitatione uarijsq; & perturbatis cogitationibus refertus. dicebant enim alij, mittendum eſſe ad Hannibalem, illum' que Italia euocandum, quòd in uno illo duce, & copijs quas habebat, ſpes omnis reliqua exiſteret: alij, mittendum eſſe ad Publium, ad impetrandum inducias, loquendum' que de conciliatione & pactis: alij, cō fidenter agendum eſſe, & copias contrahendas, deinde & ad Sophacem mittendum. Is enim procul ad Abbam diſceſſerat, & eos qui periculū euaſerant rurſus congregabat. Et hæc ſententia tandem obtinuit. Itaque copias cogunt, miſſo ad eam rem Aſdrubale. Et ad Sophacem quoque mittunt orantes, ut ipſis ſuccurreret, & in pactis iuxta primum propoſitum maneret, pollicentes etiam, quod dux confeſtim ad ipſum eſſet cum copijs uenturus: dux uerò Romanorum circa obſidionem quidem Itycæ occupabatur. uerùm id magis faciebat, quòd audiebat Sophacem manere in ſententia, & Carthaginenſes rurſus cogere exercitum: ideo' que exercitum educit, & ante Itycam caſtrametatur. Simul autem & ſpolijs diuiſis, negociatores caſtris utili conſilio uſus emittit. Quoniam enim bona ſpes commodi ex proſpero euentu qui contigerat, eluceſcebat, milites præſentem rerum commoditatem negligentes, mercatoribus uacabant. regi uerò Numadum & amicis primùm quidem uidebatur continuò domum eſſe ſecedendum, uerùm Celtiberis circa Abbam occurrentibus, qui à Carthaginenſibus mercede conducti plures erant quatuor millibus, copijs illis confiſi, ſic ſubſiſtebant, & parumper animum reſumebant. Præterea, quoniam & Pædiſca, quæ filia erat ducis Aſdrubalis, & Sophacis uxor, cuius & ſuprà nemini, precabatur & obſecrabat, ne Carthaginenſes in eiuſmodi remporibus deſereret, Numas ille acquieuit, & obſecrationibus huiuſmodi attendit. Celtiberi quoque haud parum ſpei Carthaginenſibus indebant. Etenim cum quatuor millia duntaxat eſſent, nunciabant eſſe ſe millia decem. In periculis uerò pollicebantur ſe erga hoſtes tam animis quàm armis fore intolerabiles. Huiuſmodi fama, uulgari que ac populari rumore erecti Carthaginenſes, duplo confirmatiores erant ad hoc, ut caſtra recuperarent. Et tandem intra triginta dierum ſpacium, circa magnam planiciem, ſic dictam, uallum extruunt, illic' que caſtra figunt, unà cum Numadibus & Celtiberis, haud pauciorib⁹ triginta millibus. Cum hæc in exercitu Romanorum innotuiſſent, confeſtim Publius ad egrediendum ſeſe parabat. Itaque cum mandaſſet illis qui Itycen obſidebant, & qui in mari erant quid facere deberent, mouet in hoſtem, copias ſecum habens totas ex fortioribus collectas. Cum autem quinto die ad magnam illam planiciem peruenisſet, & ad hoſtes appropinquaſſet, primo quidem die caſtrametatur in tumulo quodam, triginta ſtadijs ab hoſtibus diſtante. Sequenti die deſcendit ad planiciem, & equitibus ad ſeptem ſtadia præmiſsis rurſus caſtra locat. Deinde expectatis adhuc duobus qui ſequebantur diebus, & uelitationibus ultro citrò' que, quibus ad pugnam prouocarent factis, quarto demum die ex propoſito utrinque egrediuntur, & copias ad confligendum committunt. Publius itaque ſimpliciter, ſecundū ipſorum conſuetudinem, primum quidem inſtabilium ſigna præponit, poſtea uerò ſubijcit primores. tertio denique loco triarios à tergo conſtituit. Ex equitibus autem Italicos quidem à dextris, Numadas uerò & Maſaniſſam à ſiniſtris. Sophax uerò & Aſdrubal Celtiberos in medio aduerſus Romanorum cohortes, Numadas ad

ſiniſtram

sinistram, Carthaginenses uerò ad dextram collocant. Mox autem atq; con gressus fieri cœpit, Numades Romanis equitibus, Carthaginēses uerò tanquã iam sępenumero animis antea uicti, illis qui cum Masinissa erant cedunt. Celtiberi uerò fortiter dimicant, confligentes cum Romanis. neq; enim si fugissent, salutis spem habere poterant, propter locorum imperitiam: neq; si capti essent, propter belli prævaricationem. Quoniã enim nihil hostile à Publio in Ibericis rebus perpetsi fuerant, immeritò & perfidè Carthaginensibus suppetias ferre uidebantur. Verùm mox atq; cornua inclinassent, à primoribus & triarijs militibus circũdati cuncti trucidantur, paucis exceptis. Itaq; Celtiberi quidem hoc pacto perierunt, qui magno prorsus usui, non solum in pugna, sed & inter fugiendum Carthaginēsibus fuerãt. Etenim si illi remoras Romanis non iniecissent, sed fugientes uestigio consequuti fuissent, prorsus pauci ex hostibus euasissent. Iam uerò cum illis resistentibus mora necteretur, Sophax cum suis equitibus securè domum, Asdrubal uerò cum reliquis seruatis Carthaginem reuersus est. Dux uerò Romanorum, postquam de spolijs & captiuis cõstituisset, conuocatis consiliarijs, quid iam consequenter faciendum esset consultabat. Videbatur itaque illis, debere Publium ducem, & partem exercitus ciuitates inuadere, Lælium uerò & Masiniſſam acceptis ad se Numidis, & parte Romani exercitus, insequi Sophacem, nec concedere spacium & moram ut se denuò pararent. His ita consultis, à se inuicem discedunt: alij aduersus Sophacē, cum dictis iam militibus: dux uerò aduersus ciuitates, quarũ alię ultro Romanis sese propter metum tradebant, alias uerò obsidens facta incursione uiolenter capiebat. Erant aũt per eam regionē cuncta mutationi rerũ uicina, quod crebris adflictionib. et exactionibus propter diuturna per Iberiã bella, inuoluta & adobruta. In ipsa uerò Carthagine, cũ & antea magna esset inconstãtia, adhuc maior contigit rerũ perturbatio, quòd secundò iam huiusmodi plaga perculsi, et spe in seipsis destituti essent. uerùm qui inter cõsiliari os animo uidebantur esse fortissimo, iubebant aduersus eos nauigare, qui Ityçam obsidebant, & tentare an obsidionem soluere, & cum hostibus classe, tanquam in hac parte minus instructis, dimicare possent. Petebãt etiam, ut ad Hãnibalem citra omnem moram mitteretur, atque huius quoque spei periculum caperetur. Esse enim in hisce utrisque conatibus rationi consonas salutis occasiones. Quidam autem dicebant, tempus iam ista non ferre, sed muniendam esse ciuitatem, & aduersus obsidionem instruendam. consentientibus enim, ut troneos casus multas daturos occasiones. Simul autem & de conciliatione & fœdere consultandum esse, admonebatur à nonnullis, & quomodo imminentia mala tollerentur: Cum autem multa hisce de rebus dicerentur, simul omnes sententias confirmarunt. Itaque rebus istis sic constitutis, ij qui abnauigaturi erant in Italiam, mox ex ipso senatu ad mare accesserunt: & nauclerus ea quæ naues, reliqui uerò & quæ ciuitatis securitatem concernebant, procurarunt, & de particularibus rebus indesinenter consultarunt. Publius uerò, quoniam exercitus iam præda cumulatus erat, & nemo iam incursionibus te sistebat, sed cuncti cedebant, maiorem quidem spoliorum partem ad prima impedimenta mittere decreuit: ipse uerò, sumptis ad se fortiorum militum copijs, uallum hostium capere conatur. figit itaque castra in conspectu Carthaginensium. Cogitabat enim se illos hoc maximè pacto perterritos & perculsos reddere posse. Carthaginenses igitur, cum post paucos dies & supplementa & commeatum in nauibus parata haberent, abnauigationi & perficiendo proposito incumbebant. Publius uerò Tunniten uenit: & quamuis ij qui fugerant accessum eius loci custodirent, nihilò tamen minus illum cepit. Tunnis uerò distat à Carthagine stadijs centum uiginti. Est autē locus ille prope ex uniuersa ciuitate uisu comprehensibilis, & præterea munitione tam naturali quàm manufacta præstans, quemadmodum & antea diximus. Cum uerò Romani iam pridem castra illic metati essent, naues ascenderunt Carthaginenses, & Vticam abnauigarunt. Publius uerò cum classem hostium cer

neret,

que uidebatur nullo dato responso, dimittendos esse Romanorum legatos. Ciues autem, quorum propositum erat, quouis modo bellum restaurare, consultantes inter se, tale quid machinabantur. Curandum dicebant, ut legati securi ad castra sua reducerentur. Et confestim duas illis triremes parant, quibus aueherentur. Ad Asdrubalem uerò ducem classis mittunt, petentes ab eo, ut naues haud procul à Romanis castris parct: ut ubi Romani relinquerentur à nautis, irruentes illæ, legatos in mari submergerent. Classis enim appulerat aduersum Romanos, locis Vticæ uicinis. Itaque isti cum talia mandassent Asdrubali, dimittunt Romanos: & nautis in triremibus præcipiunt, ut ubi Macram fluuium traiecissent, legatos ad montem nauigare sinerent (nam ex illis locis poterant iam hostium castra uideri) Nautæ itaque cum Romanos abducerent, & iam, iuxta acceptum mandatum, fluuium traiecissent, salutatis Romanis renauigant. Lucius quidem nihil mali suspicabatur, sed putans se à nautis Carthaginensium per contemptum sic in mari relinqui, admodum indignabatur. At cum soli nauigarent legati, imminent illis Carthaginenses, tribus triremibus ex ordine, & Romanam quinqueremem aggrediuntur quidem, uerùm neque lædere illam possunt, naue subducta: neque transtra conscendere, propterea quòd uiri illi sese fortiter defenderent: & ex opposito & circumcirca dimicantes, uulnerarent classiaros, & multos ex illis occiderent: donec uisus illis, qui loca maritima populantes, ex castris suis ad litus maris accurrebant, nauim ad terram eijcerent. Itaque ex classiarijs quidem multi occisi sunt, legati uerò præter opinionem euaserunt. Cum hæc accidissent, bellum denuò cœptum est, præcedenti & grauius & atrocius. Romani siquidem, quoniam se transgressione fœderis per iniuriam læsos esse iudicabant, contentiose in id incumbebant, ut Carthaginensium uictores euaderent. Carthaginenses uerò, quoniam sibi conscij erant eorum quæ perpetrauerant, ad omnia faciendaparati erant, ne hostibus subijcerentur. Cum hic utriusque partis impetus esset, manifestum erat, pugna fore de istis decernendum. Quocirca non modò per Aphricam & Italiam, sed & per Iberiam, & Siciliam, & Sardiniam cunctorum animi suspensi erant & distracti, rerum istarum expectantes euentum. Per id autem temporis Annibal, cum equitibus destitueretur, ad Tychæum quendam Numadam mittit, qui Syphaci affinis erat, & inter Aphricanos pugnacissimos equites habere uidebatur, adhortans illum, ut succurreret, & occasionis illius particeps esset: certò sciens, si Carthaginenses uincerent, suum se retinere posse principatum: si uerò Romani uincerent, etiam uita se proter ambitionem Massiniſſæ periclitaturum. Hic itaque adhortatione huiusmodi persuasus, cum duobus equitum millibus ad Annibalem uenit. Publius uerò, cum nauales copias muniuisset, & Bœbiam loco ducis illic reliquisset, ipse quidem ciuitates depopulatur, nec amplius in fidem recipit eas quæ se ultro dedere uolebant, sed mancipabat eas, & iram suam exerebat, quam contra hostes propter perfidiam Carthaginensium conceperat. Ad Massiniſſam uerò indesinenter mittebat, exponens illi, quomodo fœdera transgressi essent Phœnices: & hortans ut exercitum quàm posset maximum colligeret, sibiq; iuxta pacta sese coniungeret. Massinissa enim, simulatque pacta constituta essent, sicut & antea dictum est, confestim cum exercitu, acceptis decem Romanis equitum ac peditum signis, & legatis à Publio, profectus fuerat non modò ut patrium principatum reciperet, sed & eum qui Syphacis erat, auxilio Romanorum occuparet. Contigit autem, ut legati Roma missi per id temporis ad nauale Romanorum uallum adnauigarent. Hos Bæbias confestim mittit ad Publium, Carthaginensium uerò legatos detinet aliàs tristes, & in maximo se constitutos esse discrimine putantes. Cum enim de Carthaginensium impietate erga Romanorum legatos audis-

sent,

sent, certum sibi ob eam causam imminere supplicium iudicabant. Publius uerò, cum quid gestum esset percepisset, quòd uidelicet ram Senatus, quàm populus Romanus pacta ab ipso cum Carthaginensibus sancita comprobassent, & ad cuncta, quorum ipse admoneret, parati essent, horum gratia ad modum gaudebat. Bæbiæ uerò mandat, ut Carthaginensium legatos, cum omnis generis humanitate ad suos remitteret: optimo usus consilio, ut mihi uidetur, & prudenter considerans, quàm patria ipsorum fidem erga legatos maximi faciat. Et illud inita penes se ratione reputauit, non tam spectandum esse, quid meritò patiendum esset Carthaginensibus, quàm quid Romanos facere deceret. Quapropter iram suam & amarulentiam propter ea quæ Carthaginenses gesserant conceptam cohibens, illud custodire conatus est quod in prouerbio dicitur, Opera patrum bene esse locanda. Et cunctorum itaque Carthaginensium animos, & Hannibalem ipsum deuicerunt, & probitate sua dementiam illorum superarunt. Carthaginenses uerò cum ciuitates depopulari cernerent, miserunt ad Hannibalem, orantes ne cunctaretur, sed hostibus immineret, & de rebus ipsorum pugnando decerneret. Ille uerò cum audisset, ijs qui ad se uenerant respondit, admodum se uisurum, & ne segniter ageret, opportunum se tempus captaturum. Post aliquot autem dies castra ex locis circa Adrumetum sitis mouet, & progressus castrametatur, iuxta Zaman, quæ ciuitas à Carthagine, occidentem uersus, quinque dierum itinere distat. Hinc tres exploratores mittit, scire uolens ubi Romanorum castra essent, & quomodo res castrenses disponerent. Publius uerò Romanorum dux, adductis ad se exploratoribus, tam aberat ut eos puniret, sicuti fieri soler apud alios, ut per contrarium deputaret illis chiliarcham quendam, illiq; mandaret, ut cuncta illis quæ in castris agerentur, perspicuè monstraret. Cum id factum esset, interrogauit homines, an is qui deputatus ipsis fuerat, cuncta studiosè monstrasset. Annuentibus illis, dato commeatu & conductu remisit eos: præcepitq; ut quæ ipsis contigissent, Annibali accuratè exponerent. Quibus sic gestis, admiratus Annibal uiri huius magnanimitatem & confidentiam, nescio quo modo id animi conceperit, ut cum Publio colloquium miscere uellet. Cum id decreuisset, præconem mittit, dicens uelle se cum eo de tota rerum summa conferre. Publius audito præcone, consentit: dicitq; que ubi placuerit conuenire, missurum se, & tam locum quàm tempus declaraturum. Præco ubi id intellexit, ad castra sua reuertitur. Sequenti die Massanissa uenit, habens secum pedites sex mille, equites quoque circiter totidem. quem cum Publius benignè accepisset, illiq; congratulatus esset, quòd cunctos sibi subiecisset qui ante Syphaci obedierant, castra mouet. & cum ad ciuitatem Margarum uenisset, illicq; locum commodum inuenisset, & aquationem intra iaculandi spacium constituisset, castrametatur: & illinc ad ducem Carthaginensium mittit, paratum se ad colloquium dicens. Quibus auditis, Annibal castra mouet: ac sic propè accedit, ut haud plus quàm triginta stadijs à Romanis castris abesset. & ad tumulũ quendã castra metatur, qui cætera quidem tum temporis cõmodus esse uidebatur, ad aquationem uerò remotiorẽ paulo habebat, quæ res militibus multum efficiebat molestiæ. Sequẽti die utriq; duces castris suis paucis equitibus comitati egre diũtur: deinde etiam ab illis separati, soli intermedio quodã loco assumpto interprete conueniunt. Primus aũt Annibal ad hũc modũ orsus: Optarim, inquit, ut neq; Romani aliquid unq; eorũ quę extra Italiam sunt, neq; Carthaginenses ea quę extra fines sunt Aphricę, cõcupiuissent: sunt enim utriusq; optimi potentatus, & comprehensim quasi ab ipsa natura circumscripti. Quoniam uerò primùm propter Siciliam exorta disceptatione, deinde rursus propter Iberiam, bellum inter nos gessimus, ac tandem recusante fortuna eò deuenimus, ut de patrio solo quoque hactenus periclitati simus, & partim nunc quoque periclitemur: reliquum est, ut si quo pacto fieri posset, placatis

dijs

πατέρων ὀν πατέρων ἔργα.

Colloquuntur Hannibal & Scipio.

Liuius 2. Decad. lib. 10.

dijs præsentem contentionem dissoluamus. Itaq; ego quidem ad hoc paratus sum, ut qui reipsa cõpererim, quàm sit fortuna instabilis, & paulatim in utrãq; partem plurimũ inclinet, perinde ac si à stolidis pueris regatur. Verùm tuo nomine, Publi, ualde sum anxius, cùm quòd admodũ es iuuenis, tum quòd cũcta tibi tam in Iberia quàm Africa ex animi sententia cesserunt, & nunquã hactenus quidem in uiolentiam & impetum fortunæ incidisti: ne forte uerbis meis, quamuis uera sint, fidem nõ habeas. Considera uerò in uno, quomodo cõparatæ sint res istæ, non modò quòd maiores nostros, sed & quòd nos ipsos concernit. Sum igitur ego Hannibal ille, qui cũ post pugnã Cannensem propè uniuersa Italia occupata ad ipsam usq; Romã accessi, & intra quadraginta stadiorum spaciũ castra metatus, iam de uobis ac patriæ uestræ solo, quid mihi faciendum esset, consultabam. Iam uerò in Aphricam, ad te utrum Romanũ, de mea & Carthaginensiũ salute, tecum collaturus uenio. Hæc ut cõsideres te hortor, nec superbire, sed benignè de rebus præsentibus consultare: hoc est, ex bonis semper quod maximum, ex malis uerò quod minimum sit, eligere uelis. Quis igitur mẽte prædituς id sibi eliget, si ad periculum respiciat, quod tibi nunc imminet? In quo siquidem uictor euaseris, neq; tuæ, neq; patriæ gloriæ magnam aliquam facturus es accessionem: si uerò uictus fueris, per teipsum omnem pristinam tuam magnificentiam ac cõmoditatem funditus perdes. Ad quem itaq; finem ista dico? Ad hũc uidelicet, ut cuncta ea de quibus antea disceptauimus, Romanorũ sint, utpote Sicilia, Sardinia, & Iberia: nec Carthaginenses unquã posthac bellũ Romanis horũ gratia inferant. Consimiliter & aliæ insulæ, inter Italiã & Aphricã sitę, ad Romanos pertineãt. Hæc enim pacta & Carthaginensibus posthac securitatẽ, & tibi ac Romanis illustrissimã gloriã allatura esse credo. Hæc quidẽ Hannibal. Publius ad ista respondens: Neq; eius belli, inquit, quod propter Siciliam, neq; eius quod propter Iberiam gestum est, authores fuere Romani, sed Carthaginenses, cuius rei ipsum Hannibalem certò sciant, & deos quoq; testes esse, qui uirtutem impertiant non illis qui iniuriarum sunt authores, sed ijs qui se contra iniuriam defendunt. Nihilo tamen minus cõsidero quod sit fortunę ingenium, & res humanas pro uiribus expendo. Verùm si antequam Romani traiecissent in Aphricam, ipse Italiam egressus huiusmodi pacta proposuisses, haud opinor te spe tua fuisse fraudatum. Nunc uerò postquam Italiam inuitus reliquisti, nos autẽ in Aphrica existentes, castra sub dio obtinuimus, manifestum est res istas magnopere esse immutatas. Et quod maximum est, uenimus huc ciuibus tuis iam ex parte uictis, & pacẽ poscentibus. Sanciuimus fœdera scriptis comprehensa, in quibus præter ea quæ nunc proponis, etiam ista comprehendebantur: uidelicet ut Carthaginenses nauibus cataphractis cederẽt, quinq; millia talentorum numerarent, captiuos citra ullam redemptionem restituerent, & horum obsides darent. Hæc erant pacta inter nos: quorum gratia utriq; cùm ad senatum, tum ad populum nostrum legati accessimus. Nos quidem ista ut scripta erant, probari nobis protestati sumus: Carthaginenses uerò orabant, ut his pactis potirentur. Senatus obtemperauit istis, & populus consensit. Carthaginenses ubi consequuti erant quod petierant, transgressi sunt ista, & fœdera nostra ruperunt. Quid igitur faciendum restat? Tu is meo loco, & pronuncies. An uidelicet, ut grauitatem positarum conditionum auferamus, ne quas transgressionis pœnas luatis, doceamini; adhuc in posterum præuaricari aduersum eos qui uobis benefecerunt, uel, ut impetrato quod petitis, gratiã nobis debeatis? Atqui nunc, cum tui supplicando obtinuissent quod petebãt, ubi modicam de te spem conceperũt, consestim nos tanquã inimicos & hostes tractarũt. Quod si grauius forsan aliquid fuerat ipsis impositũ, poterãt de remissione referre ad populũ: & si ille de pactis remisisset aliquid, ne Senatus quidẽ remoras iniecisset. Quorsum aũt uerba nostra tendunt? Vel tutelæ nostræ & uos ipsos & patriã uestrã subijcietis, uel pugnando uincetis. Ad hũc itaq; modũ Hannibal & Publius inter se, discordibus sententijs colloquuti, discedũt. Die sequẽti mox orta luce copias educũt utriq;, &

Oratio Scipionis ad Hannibalem.

certamen instituunt: Carthaginenses de sua ipsorum salute & rebus Aphricæ, Romani uerò de uniuersali principatu ac potentatu decertaturi. Quis aũt ista cõsiderans, citra compassionem de illis poterit audire narrantem? Haud enim quisquam uel alios exercitus bellicosiores istis, uel Imperatores fortunatiores, & præclariores in bellicis gestis athletas, siue maiora præmia per fortunam certãtib. proposita, reperire poterit. Neq; enim qui uictores futuri, Aphricæ tantum & Europæ dominatũ accepturi erant, sed & aliarũ orbis partiũ quotquot nunc in historijs memorantur: id quod & paulo pòst accidit. Publius itaq; exercituum suorum ordines ad hunc modum disposuit. Primùm instabiles ac leues unà cum signis suis per interualla locauit. Illis subiecit principum cohortes, non secundum primorum signorum interuallum, sicuti consueuerant Romani, sed à se inuicem distãtes, propter hostilium elephantum multitudinem. Postremo loco constituit triarios. In cornibus uerò ordinauit ad sinistrũ, Gaiũ Lælium unà cum equitibus Italicis, ad dextrum Masanissam cum Numadis omnibus quos sub se habebat. Interstitia uerò primorũ signorũ cohortibus hastatis expleuit, quibus & præcepit, ut belli facerẽt præludia: & si ui pellerentur, & impetu elephantũ cedere cogerentur, ij quidẽ qui diuisi essent, per interualla recta ad posteriorẽ totius exercitus partẽ: qui uerò circundarentur, per obliquum interuallũ ad signa sese reciperẽt. His ad eum modũ constitutis, adhortatur exercitus, breuibus quidem, sed pertinenter ad instantẽ rerũ euentũ. Petit, ut præcedentiũ certaminũ memores, præstantes uiros agant, seq; ac patria dignos. ponant ob oculos, quòd si uictores euaserint, nõ modo Aphricanarũ rerum futuri sint domini, sed & reliqui orbis imperiũ & potentatũ sibi ac patriæ citra ullã acquisituri sint controuersiã. Si uerò fors belli aliò ceciderit, quod qui fortiter pugnantes occisi fuerint, honestissimæ sepulturæ loco habituri sint mortem pro patria: qui uerò fugerint, reliquã uitã acturi sint & probrosissimã & miserrimã. Nullũ enim esse locũ in uniuersa Aphrica, qui securitatẽ fugientib. præstare possit. Deniq; si in manus Carthaginensiũ inciderint, baud obscurũ esse rectè reputantibus, quid ipsis tum sit euenturum. quod absit, inquit, ut aliquis uestrũ experiatur. Cũ itaq; fortuna nobis iam maxima in utrãq; partẽ præmia proponat, quomodo nõ essemus ignauissimi, & in summa, omniũ stolidissimi, si cum optima ex bonis proponãtur, amore uitæ elegerimus ex malis pessima. Igit̃ duobus istis propositis, ut uidelicet uel uincerẽt, uel morerẽtur, hortatur ut aduersus hostes egrederẽtur. Necesse enim esset ut si hoc animo præditi, cũ de speratione uitę pugnã fuerint ingressi, hostes ex aduerso dimicãtes semper uincant. Publius itaq; huiusmodi adhortatiõe suorũ animos excitauit. Annibal uerò belua numero plures octoginta, ante uniuersum exercitum locauit. Post istas ordinauit stipendiarios milites circiter duodecies mille. Erãt illi Ligustini, Celti, Baleares & Mauritij. Illis subiecit incolas Aphricæ & Carthaginenses. Post omnes constituit eos qui cũ ipso uenerant ex Italia, quos à reliquis plus q̃ stadij spacio distinxit. Cornua adhibitis equitibus muniuit, positiq; ad sinistrũ Numadas, ad dextrũ Carthaginensiũ equites. Mandauit etiã, ut suos quisq; milites adhortarent̃, quo spem uictoriæ in se & copias quas secũ adduxisset reponerent. Carthaginensiũ ducibus præcepit, ut suis recenserent, & ob oculos exponerẽt, quæ ipsorũ liberis & uxoribus euentura esset, si pugna ista aliorsum q̃ uellet, inclinaret. Fecerunt illi quod mandatũ fuerat. Hannibal ipse accessit eos quos secũ adduxerat, ac pluribus illos orauit & adhortatus est, memores essent mutuæ cõsuetudinis per annos decẽ & septẽ cõtractæ: cogitarẽt quàm multis certaminibus cũ Romanis cõflixissent, in quib. semper inuicti, ne spẽ quidẽ uictorię Romanis unquã reliquissẽt. Potissimũ uerò rogabat, ut præter singularia pericula ob oculos ponerẽt innumeras prærogatiuas, eã quã ad fluuiũ Tybrim aduersus patrẽ præsentis Romani ducis pugnãtes cõsecuti essẽt: deinde pugnã aduersus Flaminiũ, adhuc ad Cãnas cõtra Aemiliũ factã, quas nec multitudine uirorũ, nec secũdũ uires dignas esse dicebat, ut cũ præsenti discrimine cõferrent. Et cũ hęc dixisset, iussit eos aciẽ hostiũ aspicere. Esse enim illã numero nõ modò minorem,

minorem, sed & uix minimam partem eorum qui tum temporis contra ipsos dimicassent, uiribus quoq; non posse conferri. Illos siquidem, cum fuissent antea inuicti, dimicasse cum ipsis simpliciter ac integrè: horum uerò alios illorum esse liberos, alios reliquias eorum qui uicti essent in Italia, seq; sepenumero fugisse. Quapropter arbitrari se, non debere ipsos detrahere uel suæ uel imperatoris ipsorum gloriæ ac nomini, sed magno animo decertantes famam de ipsis sparsam, quod inuicti essent, confirmare. Hæc & alia consimilia utriq; suis proponebant exercitibus. Cum igitur utrinq; quæ ad conflictū pertinebant parata essent, & equites Numadæ iamdudum inter se uelitarent, iubet Hannibal, ut qui elephantis insidebant, hostes inuaderent. Vbi autem undiq; tubæ insonabant ac buccinæ, ex beluis aliquot perterritæ retrouertuntur, & cōtra Numadas, qui auxilio Carthaginensibus uenerāt, feruntur. Deinde per eos qui cum Masanissa erant, sinistrum Carthaginensiū cornu mox nudatur. Reliquæ bestiæ cum hastatis Romanis in medio acierum congredientes, multum quidem perpetiuntur incommodi, multum tamen uicissim hostibus inferūt: donec perculsæ, aliæ per interualla egressæ, à Romanis securè, iuxta Imperatoris prouidentiam capiuntur: aliæ ad dextrum latus fugientes, & equitum iaculis percussę, tandem extra pugnantiū exercituum loca erumpūt. Tum autem & Lælius, cum turbati essent elephanti, irruens, Carthaginensiū equites sic impellit, ut consternati fugerent, fugientes alacriter insectatur. Idē facit & Masanissa. Cum hæc gererentur, utræq; phalanges pedetentim & magno animo congrediuntur, demptis illis qui cum Hannibale uenerant ex Italia. illi siquidem primam suam stationem retinebant. Vbi inuicem facti essent uicini Romani, more patrio simul uociferantes, & gladijs ad scuta illisis strepitum edentes cōfligunt cum hostibus. Stipendiarij uerò Carthaginensium, uoces edebant, confusas & uarias. Haud enim secundū Poetæ dictum, idem erat omnium sonus, eadem uox, sed alia aliorum lingua. Erant uiri multis ex locis coacti, quemadmodū iam recensui. Cum aūt pugna illa comminus & uiritim cōmitteretur, propterea quòd dimicantes nec hastis nec gladijs uti possent, dextrè quidem & audacter initiò certabant, & multos Romanos uulnerabāt. Romani uerò accurata aciei constructione & armatura confisi, magis ac magis ad anteriora connitebantur. Et cū ij qui Romanis à tergo cohærebant, anteriores adhortarentur & cōsequerentur, Carthaginenses uerò stipendiarijs suis nō accurrerent, nec opē ullam ferrent, sed animis deiectis starent, tandē declinabant Barbari. Et quoniā à suis deseri uidebantur, inter secedendum irruebant in adstantes, illosq; interimebant: id quod multos etiā Carthaginēses huc adigebat, ut fortiter occumberent. Cū enim à stipendiarijs occiderentur, ex animo tam aduersum suos quàm contra Romanos pugnabāt: in quo sanè discrimine, quoniā instar fanaticorū horrēdis modis pugnabāt, haud paucos tam ex suis quàm hostibus trucidabāt. Et hoc pacto cōfuse in signa instabiliū ac leuium agminū irruebant. Nam principū duces, cū uiderent ea quæ accidebant, aciebus illorū imminebant. Maxima uerò Carthaginensiū & stipendiariorū pars tam ab ipsis quàm à leuibus agminibus trucidabantur. Eos aūt qui seruati erant & fugiebant, aciebus admisceri nō sinebat Hannibal: sed præpositis mandabat, ut eos præponerent, prohibebatq; ne appropinquantes reciperent. unde cogebantur illi secedere ad cornua, & extra illa ad loca patentia. Quoniam autem locus intermedius desertorum exercituū plenus erat cruore, cæde, ac mortuorū cadaueribus, multum difficultatis ea res imperatori Carthaginensium & impedimentū cōuersionis efficiebat. Lubricitas enim mortuorū, utpote cruentorū, & aceruatim prolapsorū, deinde & armorū unà cū cadaueribus proiectorū cōfusio, molestū erat redditura transitū his qui in acie incedebāt. Vulneratis tamē retro post aciē asportatis, & illis qui leuia agmina insequebantur clangore tubę reuocatis, suos ante pugnā medijs hostibus obiecit: principes uerò & triarios utroq; cornu densatos, per mortuos incedere iussit. ubi separata loci illius lubricitate, ex æquo stationē leuiū agminū cōsequuti fuerant, confligebāt inter se

phalanges maximo impetu & animo propensissimo. Quoniã uerò & multitudine, & animis, & uirtute, denicp & armatura pares erant utrinqp, cõtigit eam dimicationem diutius esse ambiguam. Moriebantur occisi in suis quicp locis, propter singularem contentionem, donec Masanissa ac Lælius à persequutione equitũ reuersi præter expectationem opportunè suis coniungerentur: quibus in eos qui cũ Hannibale erant à tergo irruentibus, plurimi trucidabantur in ipsa acie. ex illis uerò qui fugã arripiebant pauci prorsus ausugiebant. Erant enim equites undicp circunsuli, & loca plana & campestria. Ceciderunt autem ex Romanis plus quàm mille quingenti, ex Carthaginensibus uigesies mille: capti sunt haud multo pauciores. Itaqp pugna hæc qua de summa rerũ certatũ est, & quæ Romanis per dictos duces uniuersalẽ uictoriam adiudicauit, huiusmodi habuit exitum. Post pugnam Publius cum insequutus Carthaginensium uallum diripuisset, ad castra sua reuersus est. Hannibal uerò cum paucis equitibus continuò discessu Adrumetum saluus peruenit. Egerat in eo discrimine pro uiribus, nihil omittens eorum quæ bonum decent Imperatorem, & qui multarum rerum sit experientiam cõsequutus. Primùm siquidẽ inito cum Publio colloquio per seipsum imminentia pericula conatus est auertere. Hoc autem uiri est non considerantis res egregiè gestas, sed fortunæ diffidentis, & præuidentis ea quæ in cõflictu præter opinionẽ eueníre solent. Deinde prælijs ipsum ingressus, rebus illis sic usus est, ut non posset certamen contra Romanos melius disponi, ab eo qui pari utatur armatura, quàm tum disposuit Hannibal. Cum enim Romanorum ordo & exercitus esset diuisus, contingebat ut quisqp & in genere & per partes contra quosuis apparentes impetus, per unã quãdam aciei dispositionem, dimicare posset, eo quod semper duo signa quàm proximè ubi opus erat obuersabantur: adhuc & armatura militibus & protectionem & confidentiam præberet, ac propter magnitudinẽ scutorum, & infractam inter percutiendum machærarum soliditatem, ob dictas causas expugnatu difficiles essent: nihilo tamẽ minus Hannibal cõtra singula ista quantum fieri potuit sic competenter in ipso temporis articulo occurrit, ut industriam excellentem ostenderet. Etenim multitudinem illam elephantorum statim apparauerat, & ad id ante ordines suos collocauerat, ut acies hostium & perturbarẽt, & diuellerẽt. Deinde & stipendiarios in primo loco cõstituit, illisqp Carthaginenses subiecit, ut & corpora hostium molestia obrueret, & uigorẽ armorum propter occisorum multitudinem inutilem redderet, ac simul Carthaginenses tanquam in medio constitutos cogeret, ut in ordine manerent, & pugnarent iuxta dictum Poetæ, donec etiam non uolens necessitate adactus pugnet. Pugnacissimos uerò per interuallum inseruit, præuidẽs id quod frequenter accidere solet, ut & corporibus & animis integris manentes, uiribus suis, ubi opportunum esset, uterentur. Quod uerò, quamuis nihil omiserit eorum quæ ad uincendum facerent, cum antea fuisset inuictus, tum frustratus est, ueniam meretur. Accidit enim aliquando, ut casus aliquis conatibus bonorum uirorum resistat: nõnunquam usufuenit, ut iuxta prouerbium, qui bonus est, per eum qui melior est, uoto suo fraudetur: quod & tum Hãnibali euenisse dici poterit. Siquidem quando ea quæ cõmunem consuetudinẽ & mores quorundam excedũt, propter magnitudinẽ casuum in se periclitantur, cõmiserationẽ apud spectatores & auditores merẽtur, & unumquemqp nostrũm rei nouitas & insolentia commouet. Si uerò tale quid propter imposituram & hypocrisim accidere uidetur, non commiserationem, sed iram excitat & odium: id quod tum quoqp circa legatos Carthaginensium accidit. Publius uerò paucis ad illos exorsus, significauit se illorum quidem gratia nihil debere facere quod benignum sit & humanum, quando ipsi quoqp confiterentur, quod & bellum ipsi initio Romanis intulerint, & contra pacta ciuitatem Zacanthiorum depopulati sint, primicp fœdera transgressi, iuramenta & pacta scriptis comprehensa infregerint. Verùm sua ipsorum gratia, & propter fortunam & casus humanos, decretum ipsis esse rebus præsentibus clementer & liberaliter uti.

Et hoc

Et hoc ipſis quoq; apparituru, ſi præſentẽ cauſam recte cõſideraverint. Non enim debere ipſis graue uideri, ſi quid nunc imponatur, quod uel facere, uel pati ſiue dare debeant: ſed ſi quid humanitatis impetrent; id potius debere ipſis mirum & præter conſuetum uideri: cum fortuna male propicia, propter ipſorum iniuſtitiam, miſericordia & uenia reiecta hoſtibus ipſos ſubiecerit. His dictis, clementiam illis & benignitatem pollicetur: ac ſimul indicat, quid eos perferre oporteat, quæ hiſce capitibus proponebantur. Relinqui Carthaginẽſibus eas ciuitates, quas ante poſtremũ illud bellum Romanis illatum in Aphrica habuiſſent, & quę loca ab antiquo tenuiſſent, deniq; & pecora, & corpora, & reliquas facultates. Præterea concedi illis, ut ab eo die liberi abſq; ullo impedimẽto ſuis moribus ac legibus uiuãt. Hæc erant per clementiã conceſſa. Rurſus hiſce contraria ſubijciebantur iſta. Debere Carthaginenſes quicquid iniuſti damni Romanis inducíarũ tempore intuliſſent, reſtituere: quos ex omni belli tempore captiuos ac profugos haberẽt, reddere: longas naues omnes, demptis decem triremibus, tradere. Conſimiliter & elephantos, nemini prorſus extra Aphricã bellum inferre, nec cuipiam in Aphrica quoq; citra Romanorum ſententiam. Maſaniſſæ Regi, domos, agros, ciuitates, & quicquid præterea uel illius, uel maiorũ ipſius fuiſſet, intra terminos ipſis præſcribẽdos, cuncta reſtituere: exercitũ trimeſtri ſpacio alere, illiq; ſtipẽdia tanti ſper date, dum reſponſa ex ipſa Roma adferrentur: ſecundũ pacta decem millia talenta argenti annis quinquaginta pendere, ſic ut ſingulis annis numerẽt Euboica talenta ducenta: dare obſides, fidei gratia, centum ex iuuenibus, ſecundũ Imperatoris præſcriptum, qui ætate nec minores annis quatuordecim, nec maiores triginta eſſent. Hæc Carthaginenſium legatis Imperator Romanus propoſuit: qui audita properanter ad ſuos detulerũt. ferunt autem, quod cum eo tempore Senator quidam præſcriptis pacis capitibus in Senatu contradicere conaretur, mox atq; orſus eſſet, Hannibal progreſſus, hominem ſede detraxerit. reliquis uerò ſuccenſentibus, quòd id præter conſuetudinem ciuitatis feciſſet: rurſus Hannibalem ſurrexiſſe, dixiſſeq; ferunt, ignoſcendum ac condonandum ſibi eſſe ſi quid præter mores & conſuetudinem ipſorum faceret, cum ſciant ipſum patriam egreſſum eſſe, cum puer eſſet annorum nouem, ac demum ad ipſam annos quadraginta quinq; natum reuerſum: ideoq; orare ſe, ne id ſpectarent, quod conſuetudinẽ ipſorũ transgreſſus eſſet: ſed hoc magis conſiderarẽt, an uere patriæ rebus compateretur. Propter illas enim ſe in præſentẽ ineidiſſe prçuaricationẽ. Mirum nanq; ſibi & inſolẽs uideri, ſi Carthaginenſiũ quiſquã, cui notum ſit quid tam communi patriæ quàm ſingulis priuatim cõtra Romanos conſultũ exiſtat, fortunã non adoret: cũ ſubiectus Romanis nunc, talẽ conſequatur clementiam: cuius ſpem ſi quis paucis antè diebus, cum Romani uicerunt, patriæ facere uoluiſſet, ne dicere quidem ea de re potuiſſet propter magnitudinem & excellentiam apparentium malorum. Quapropter orare ſe etiamnũ, ne quid ratiocinatione & cunctanter agant, ſed capitibus pacis unanimi cõſenſu acceptis, Dijs ſacrificẽt: ac cuncti precentur, ut illa populus Romanus confirmet. Cum itaq; prudenter & temporibus illis conuenienter conſulere uideretur, decretũ eſt, accipiendum eſſe præſcriptũ, & cõſtituendum cũ Romanis fœdus. Confeſtim autem Senatus legatos amandat, eos ipſos qui capitibus pacis contradixerant.

Fragmentum de rebus ac poſteris Ptolemæi.

Illud autem quis nõ admirabitur, quòd Ptolemæus cum uiueret, rebus iſtorum non prouiderit, cũ eſſent quidã ad ſuccurrendũ parati. Quando uerò morte ſublatus filiũ paruulum reliquit, cui lege naturæ ambabus, ut aiũt, manibus Regnũ conſeruare conatus fuerat, tum ſeſe mutuò cohortantes properãt ad id facinoris, ut quo principatũ pueri inter ſe diuidere poſſint, relictũ è medio auferãt. Nec faciũt hoc more tyrannico, ſed modicũ aliquẽ dedecoris prætextũ præmittunt: & cõfeſtim impudenter ac ferociter ſic agunt, ut atrocitas ipſorũ uitæ piſciũ cõformari poſſit: de quib. fertur, quòd cũ eiuſdẽ generis ſint, nihilo tamẽ

minus minorũ perditio maiorũ sit cibus & uita. Quocirca quis non quasi speculũ quoddã pactũ illud inspiciẽs, spectare sibi uidebitur impietatẽ erga deos, & crudelitatẽ erga homines, adhuc & maximã dictorũ regum auaritiã? Attamen quis nõ ubi propter ista fortunã in rebus humanis accusauerit, uice uersa meritò opponat, quod eadem & istis conuenientes postea pœnas imposuit, & posteris optimũ exemplũ ad corrigendum suos mores, nempe prædictorũ Regum tam ignominiosam pœnam, proposuit? Etenim cum adhuc fœdera inter se transgrederentur, & pueri principatum discinderent, Romanis inductis quæ illi cõtra proximos & uicinos iniquè cõsultauerãt, iustè & cõuenienter illis noxia & aduersa esse fecit. Nã utrique cõfestim armis deuicti, nõ solũ alienorũ bonorũ concupiscentiã ponere coacti sunt, sed & tributis subiecti, iussis Romanorũ parére sustinuerunt. Tandẽ admodũ breui tempore regnũ Ptolemæi fortuna dispositi: illorũ uerò dominatus & successores alios reddidit extorres & calamitosos, alios propè ĩ eisdem casibus inuoluit.

De Philippo Macedone.

Cianí itaq; in hasce ærumnas inciderunt nõ tam propter fortunam, aut uicinorũ iniusticiã, quàm propter suam ipsorũ temeritatẽ, & malã Reipublicæ institutionẽ, qua frequenter pessimos in precio habuerunt, & optimos supplicijs affecerunt, quo facultates illorũ auferrent: atq; ita uelut ultro in istud inciderũt infortunij, in quod nescio quo modo cuncti mortales perspicuè incidentes, sententias suas terminare non possunt, imò ne breui quidem facile diffidere, sicuti tamen nonnulla ex brutis animantibus. Nam illa non solum, si ipsa inciderint in difficultatẽ inescatiõis & retiorũ, sed & si aliud quodpiã periclitari uiderint, iam ea haud facile ad aliquid eiusmodi adduxeris, sed & locũ ipsum suspectũ habent, & quibuslibet eiusmodi speciẽ habentibus diffidũt. Homines uerò cũ de alijs audiãt, alios adhuc hoc pacto perire uideãt, nihilo tamẽ minus quãprimũ quis gratificãdi uerbis usus, spẽ mutuę correctionis proposuerit, ad illecebrã sine cautiõe accedũt: certò sciẽtes, neminẽ unq; ex illis seruatũ esse, qui huiusmodi escas deuorarũt, sed cũctis tales politias indubitato fuisse exitio. Philippus uerò cũ ciuitatẽ potestati suæ subiecisset, perinde lætabat, ac si rem bonã & honestã perfecisset. Et cũ affini suo prõptè quidem succurrisset, eos uerò qui se abalienarãt, cunctos perterruisset, ac corporũ & pecuniarũ copiã sibi iuris prætexiu uindicasset, cõtraria non cõsiderauit, quãuis essent manifesta: sed primũ affini suo, nulla iniuria affecto, & tamẽ uicinorũ fœdera trãsgresso, opẽ tulit. Deinde quoniã ciuitatẽ Græcã maximis calamitatibus per iniuriã inuoluens, famã crudelitatis in amicos de se sparsam cõfirmaturus erat, meritò utrinq; corã omnib, Græcis impietatis opinionem sortitus est. Tertiò legatos dictarũ ciuitatũ contumelijs affecit, qui ad hoc uenerãt, ut Cyaneos ex malis imminentibus liberarent: ab illo uero sollicitati, & quotidie cũ illo differẽtes, spectatores eorũ facti sunt, quæ minimè ualebãt. Præterea Rhodios usq; adeò aduersum se exasperauit, ut nullã amplius Philippi mentionem fieri sustinuerint. fortuna aũt illi luculenter hac in re cooperabatur. Nam legatus in theatro apologiam aduersus Rhodios effudit, magnificentiã Philippi illustrans, quòd cũ ciuitate iã aliquo pacto potitus esset, eã gratiã populo tribuisset. faciebat aũt id ob eam causam, ut & suspicionem ac detractionem illi resistentiũ redargueret, & ciuitati propositum illius manifestum redderet. Et ad magistratum quisquã è portu uenit depopulationẽ Cianorũ & crudelitatẽ Philippi, quã in illos exercuerat, annuncians, sic ut Rhodij, cũ præfectus in media legati prœmissa dicẽtis oratione sub ingressus, quę annunciata essent declararet, Rhodij propter transgressionis excelsũ credere nõ possẽt. Philippus itaq; nõ tam cõtra Cianos q̃ seipsum præuaricatus, usq; adeò desipere, & ab eo quod cõueniebat deuiare cœpit, ut quorũ gratia uehemẽter pudefieri debebat, propter ea ipsa quasi rectè facta gloriarcẽ, seseq; iactaret. Populus aũt Rhodiorũ ab eo die Philippũ pro hoste habebat, & ad eũ scopũ sese præparabat. Cõsimiliter & Aetoli propter idẽ factũ odiũ aduersus eũ animo cõceperũt. Cũ enim nuper cõciliatus manũ ei gẽti dedisset,

nulla iam

nulla iam causa inimicitię existẽte (nam paulo antè Aetoli, Lysimachi, Chalcedonij, & Cianí amici facti fuerant) primũ Lysimacheorum ciuitatẽ aggressus, à societate illam Aetolorũ abstraxit: deinde Chalcedoniorũ, tertiò & Cianorum ciuitates depopulatus est: cum dux Aetolorum in ciuitate Cianorum ageret, & rebus publicis præesset. Prusias uerò quoniam uoti factus fuerat compos, lætabatur. uerùm ubi alius prædia expugnatæ ciuitatis abstulerat, ipse uerò aream quandam ædificij desolatam sortitus fuerat, molestè quidem ferebat, at nihil efficere poterat. Congregans aũt primoribus ex Macedonibus, ad eos unà cum rege & Agathoclia ingressus, initio quidem simulabat se quæ uellet præ copia obortarum lachrymarum eloquí non posse: cum uerò frequenter illas chlamyde absterssisset, ac tandem compescuisset, puerũ gestans, Accipite, inquit, hunc quẽ pater moriens in istius quidẽ (ostensa sorore) ulnas dedit: nostrę uerò fidei, ò uiri Athenienses, cõmendauit. Huius itaq; beneuolentia parũ momenti habet ad pueri istius salutem procurandam: in uobis uerò, & uestris nunc manibus sitæ sunt illius literæ. Nam Ptolemeus iamdudum, sicuti illis liquet qui rectè expendunt, maiora quàm se decent appetit: & nunc diem determinauit & tempus, in quo diadema usurpet. Et ea de re nõ sibi, sed ueritatẽ re ipsa scientibus & tum præsentibus credere iubebat. His dictis inducit Critolaum, qui seipsum & aras & sacrificia à multitudine ad diadematis usurpationem parata uidisse dicebat. Quę cum Macedones audirent, nõ modò cõmiseratione illius nõ tangebantur, sed ne attendebant quidem ad aliquid eorum quæ dicebantur: sed subsannantes ac susurrantes sic nugabantur inter se, ut ne ipse quidem iciret, quomodo prorsus concionem egressus esset. Consimiliter & in alijs cœtibus ecclesiasticis accidit. Interea multi ex superioribus exercitibus adnauigabant, & alij cognati, alij amici existentes, obsecrabant ut rebus præsentibus succurrerent, nec se à tam indignis & tam impudentibus contumelijs affectos negligerent. Id uerò potissimum multos ad supplicium de primoribus sumendum stimulabat, quod aduersum se, quod futurum erat, præsumi intelligerent, propterea quod quæcunq; necessaria Alexandriam deportarentur, Ptolemeus occũparet. Denique & Agathocles iram hanc & multorum & Ptolemæi exasperabat. Danaen siquidem, quę prædicti socrus erat, è templo Cereris abreptam, & per medium ciuitatis capite nudato tractam, in custodiam coniecerãt, uolentes eo pacto diſsidium erga Ptolemeum exprimere. Qua de causa multitudo indignata, non iam separatim aut secretò obloquebatur, sed alij noctu quidem quibusuis locis conceptã indignationem inscribebant, alij uerò interdiu per partes obuersantes odium aduersus primores effundebant. Qui uerò cum Agathocle erant, cum uiderent quæ accidebant, decq; illis ægrè sperarent, tum quidem fugam moliebantur. uerùm quoniam imprudentiæ ipsorũ uicio imparatiores ad eam rem erant, conatu desistebant, ac coniuratos & socios temeritatis conscribebant, quo admodum festinanter alios ex inimicis occiderent, alios cõprehenderent, & sub ista sibi tyrannicã potestatem uindicarent. Cum ista cogitarent, accusatur quidã Mœragenes unus ex satellitibus, quod cuncta Ptolemeo indicaret, ac partes illius iuuaret, propter familiaritatem Adæi, qui tum Bubastæ præfectus erat. Agathocles uerò confestim Nicostrato, qui à tabellis erat, in mandatis dat, ut in comprehensum Mœgarenem, omnis generis tormentis adhibitis accuratè inquireret. Hic itaq; eueſtigio à Nicostrato cõprehensus, & in secretã quandã aulæ partem abductus, primùm quidem rectè de ijs quæ acciderant respõdit. cum uerò nihil eorũ quæ dicebantur confiteretur, uestibus exuitur. Et nonnulli instrumẽta quæstionis apparabant, alij flagella manu tenentes chlamydes ponebant. Eo aũt temporis articulo quidam ex ministris ad Nicostratũ accurrit: & cum quædã auribus illius insusurrasset, properè discedit. Nicostratus illum eueſtigiò sequitur, nihil quidem dicens, at indesinenter femur percutiens. Erat autem indicibile & improuisum, quod circa Mœgarenem accidebat. Nam alij flagella, nisi quòd nondum cedere iussi erant, in promptu habebant: alij instrumenta coactionis ac

uocabant. Primùm itaq; Macedones exurgentes occupant ueſtibulum ærarij regij. Pòſt aliquanto ubi cognouerunt quo aulæ loco rex eſſet, circumeuntes primas primi armarij ianuas amoliuntur. & cum ad ſecundas uenirent, puerũ uociferantes petunt. Agathocles uidens iam quid ſibi futurum eſſet, ſatellites orat, ut ipſius nomine cum Macedonibus agerent, illisq; ſignificarẽt, quod & tutelam pueri, & reliquam poteſtatem, & honores, adhuc & reliquam adminiſtrationem quam haberet, uniuerſam reſignaret: & orarer, ut animulam ſuam cum uictu neceſſario retinere poſſet, & ad priſtinam uitæ ſuæ conditionem reuerti: & quod neminem, etiamſi poſſet, offendere uellet. Satellitum autem nemo illi obtemperabat, ſed ſolus Ariſtomenes eam prouinciã ſubibat: qui pòſt aliquãto rebus gerendis præfectus eſt. Erat uir ille natione Acarnanus: & cum ætate progreſſus eſſet, rerum omnium poteſtatem cõſequutus, optimè & grauiſſimè regi ſimul ac regię præeſſe uiſus eſt: idq; tantum, quantum Agathoclis proſperitatem obſeruauerat & coluerat. Nam primus uocato ad ſe Agathocli coronam auream ſoli ex illis qui præſentes erant impoſuerat: id quod ſolis regibus fieri ſolet. Deinde primus etiam Agathoclis imaginem in anulo ferre auſus fuerat. Et cum filiam è coniuge ſuſtuliſſet, Agathocliam illam appellauerat. Sed de his hactenus. Is itaq; acceptis ab Agathocle mandatis, portulam quandam egreſſus, uenit ad Macedones. Vbi autẽ parumper eos alloquutus eſſet, & uoluntatem Agathoclis declaraſſet, Macedones confeſtim conſodere eum nituntur: mox uerò quidam obiectis illum manibus defendentes, plurium uota inquirebant. quibus acceptis, ea conditione ad Agathoclem reuerſus eſt, ut uel regem ad eos ducens rediret, uel ne ipſe quidem egrederetur amplius. Ariſtomenem itaq; Macedones cum iſta dixiſſent remiſerũt: & interea ſecundam ianuam aggredientes, etiam illam auferũt. Itaq; qui cum Agathocle erant, uiolentiam Macedonum cùm ex ijs quę perpetrabant, tum ex reſponſo uidentes, primùm quidem ad ianuam accedentes, manus ſupplices protendebant. & Agathoclia ubera quoq; oſtendebat, quibus ſe regẽ aluiſſe dicebat, Macedones quauis uoce lugubri ac miſerabili uſa unum hoc orans, ut uitam retinere liceret. Cum aũt magna lamentatione ac fortunæ ſuæ deploratione nihil effeciſſent, tandem puerum cum ſatellitibus emittunt. Macedones acceptum regem confeſtim equo imponunt, & in ſtadium abducunt. Mox atq; ibi apparuiſſet, magno clamore & applauſu facto, equum ſiſtunt, puerumq; depoſitum abducunt, & in ſedem regiam collocant. Interea plebs partim gaudebat, partim contriſtabatur. Gaudebãt, propter allatum puerum: rurſus triſtabantur, quòd qui culpabiles erant, nec comprehenſi, nec merito ſupplicio affecti eſſent. Quapropter & indeſinenter uociferantes, poſcebant eos adduci, & ignominioſa pœna exempli uice affici, qui omnium malorũ fuiſſent authores. Cum autem oborto iam die impetus plebis nulla ratione ſedari poſſet, Soſibius, filius Soſibij, tum ſatelles, qui potiſſimum ea quæ regis erant curabat, & impetum plebis compeſci nõ poſſe, & puerum propter præſentium rerum inſolentiam ac nouitatem, plebisq; perturbationem contriſtari cerneret, interrogat eum, num traderet eos plebi, qui in ſe uel matrem aliquid deliquiſſent. Illo annuente, ſatellitibus nonnullis iubet, ut regis ſententiam manifeſtarent: puerum uerò inde è ſede acceptũ ad ſuas ipſius ędes, uicinas exiſtentes, quo illi famularetur, abducit. ubi uerò ſentẽtia regis per ſatellites innotuit, totus locus applauſu & clamore perſtrepit. Qui uerò cum Agathocle & Agathoclia erant, eo temporis articulo à ſe inuicem ad ſuas ædes diſceſſerant. Subitò aurem ex ſatellitibus aliqui, pars ſuapte ſponte, pars impulſu plebis ad quærendum iam dictos, ac ſimul ad illorum cædem irrumpunt. cuius rei caſu quodam tale extitit exordium. Ex ſatellitibus & aſſentatoribus Agathoclis quidam, nomine Philon, crapulatus adhuc, egreſſus eſt in ſtadium. Hic cum plebis impetum uidiſſet, adſtantibus dixit, quod ſi quando Agathocles rurſus ut antea proditurus eſſet, fore ut ipſos horum pœniteret. Qui hoc audierant, alij illum uituperabant, alij propulſabant. Illo ſe defendere conante, mox alij chlamydem illius ſcindunt, alij haſtis

tioni competit, necesse est, ut ab utroq; fine eiusmodi auctarius sermo stupendis casibus adiectus, aberret. Quis enim euentus inopinabiles & rationi non consentaneos, imitari uolet? Nemo enim siue uideat, siue audiat ea quæ præter naturã & communẽ mortalium sensum fiunt, cõtinuè delectatur: sed initio semel quidẽ alia uidere, alia audire gestimus, propterea ut cognoscamus quomodo fiat, quod factu uidetur esse possibile. Quando uerò credere cœpimus, neminẽ delectat illis amplius immorari, quæ à naturæ cursu sunt aliena, neq; uolet quispiam in rem sæpius incidere eandem. Quare oportet ut quod dicitur, uel imitationis studium elicere, uel delectare possit. Si quis uerò auctarius sermo alicui calamitoso euentui præter hosce fines adijcitur, conuenientior ille est tragœdiæ, quàm historiæ. At forsan ignoscendum illis est, qui neq; naturæ, neq; communes orbis res considerant: sed hi ipsis maiorum euentus maximi & stupendi uidentur, in quos ipsi obiter inter legendum incidentes, aut ex alijs audientes, animum adhibent. Vnde & fugit eos, quòd plura quàm par sit de rebus illis loquantur, quæ nec nouæ sunt, utpote ab alijs quoq; dictæ antea, neq; uel prodesse uel delectare possunt.

DECIMI SEXTI LIBRI HISTORIARVM *Polybij Epitome, Vuolfgango Musculo interprete.*

De Philippo Macedone, & rebus Græcorum.

PHilippus itaq;, cũ non modò ij quos obsidebat, ipsi resisterẽt, sed & hostes plurib⁹ rostratis nauibus instructi irruerent, de euentu rerũ hæsitabat & perplexus erat. Quoniã uerò res imminentes nullã patiebantur electionẽ, præter hostiũ expectationem, obsidionẽ soluit. Sperabat enim illum Attalus adhuc suffosionibus perficiendis immorari. Satagebat aũt potissimum repentinã abnauigationẽ facere, credens se celeritate posse hostes præuenire, & deinceps securè per terram Samum redire. Plurimũ aũt cogitationibus suis fraudatus est. Attalus enim & Theophiliscus simulatq; illũ obsidione soluta reuerti cognouerũt, cõsestim proposito incumbũt. Contigit aũt, ut dissolutè nauigarẽt, propterea quod, ut dixi, Philippũ crederẽt adhuc conatibus cœptis immorari. Verùm remigibus efficaciter usi, cõgressionẽ faciunt: Attalus quidem dextro latere cum duce hostium, Theophiliscus uerò cum illis qui ad sinistram erant. Philippus tum temporis circundatus, dato symbolo illis qui erant ad dextram, denunciatoq;, ut nauibus puppetenus obuersis cum hostibus fortiter cõfligerent, ipse cum lembis ad insulas inter uadũ iacentibus sese recipiens, euentum prælij expectabat. Erat autem multitudo nauium Philippi ad certandum instructa, cataphractæ quinquaginta tres, & cum illis non cataphractæ, sed lembi, cum pristibus centũ quinquaginta. Naues enim quas in Samo habebat, non poterat uniuersas instruere. Hostium uerò classis, armatas naues habebat sexagintaquinq;, unà cum Byzantinis: deinde biremes nouem, triremes tres. Facto aũt nauali pugnæ initio, qui ex classe Attali erant, confestim cuncti uicini inuasi inter se concurrunt. Itaq; Attalus cum incidisset in octiremem, antennam in illam impellens, plagam illi sub undis infligit. & quamuis ij qui in tabulatis erant plurimũ decertarẽt, tandem eam undis immergit. Philippi uerò decuremis, prætoria nauis existens, præter opinionem in manus hostiũ uenit. Nam biremis quædam cum in illam incurrisset, uiolentam ei plagã circa mediũ fundum inflixit, & scalmũ transtris subiecit, sic ut impetũ illius gubernator moderari non posset: quare cũ suspensa esset, intractabilis erat & prorsus immobilis. Quod cũ accideret, duę quinquiremes irruentes, ac nauem utraq; parte uulnerantes, & illam & classiarios in ea milites perdunt, inter quos erat & Democrates Philippi nauarchus. Illo autem temporis articulo Dionysodorus & Dinocrates, cũ fratres essent & nauarchi, apud Attalũ simul irruentes,

Prißes sunt naues oblongæ, ac celerrimæ.

hic in

cter & cõfidenter seſe in eo periculo geſſiſſet, ægrè nauem ſuam ſeruauit, ſuecurrente ipſo Philoſtrato, & in præſenti prælio alacriter adiuuante. Cum autem illius seſe nauibus coniunxiſſet, renouato impetu rurſus congreditur hoſtibus. Quamuis enim uiribus corporis debilitatus eſſet propter uulnera, animi tamen dexteritate & præclarior & confirmatior erat quàm antea. Contigit autem, ut duæ nauales pugnæ multum à ſe inuicem diſtantes fierent. Dexterũ Philippi cornu, quod ſecundũ primũ propoſitũ crebrò terrã appetebat, haud procul aberat ab Aſia. Siniſtrũ uerò, ut ijs qui in extrema parte claſſis erant ex conuerſione ſuccurreret, non multũ diſtabat à Chio, & cum Rhodijs confligebat. Veruntamen Attalus dextrũ cornu longè ſuperabat. Et cum iam ad inſulas propinquaret, in quas ſe Philippus ſubduxerat, ut euentum prælij expectaret, uidens quinqueremem ex ſuis extra prælium uulneratam ab hoſtili naui ſubmergi, properabat ut illi cum duabus quadriremibus ſuccurreret. Cum autem hoſtilis nauis declinaret, & ueluti terram petens diſcederet, cupidius & contentiõſius ſatagebat, an illa potiri poſſet. Philippus uerò uidens Attalum longius à ſuis auulſum, aſſumptis quatuor quinqueremibus, & tribus biremibus, & ex lembis quotquot in uicino erãt, properauit, & Attalũ à nauibus ſuis excluſum, magno cum certamine ſcapham ad terram appellere coegit. Quo facto, Rex quidem aſſumptis ſecum qui in naui fuerant, ſcceſſit in mare rubrũ: Philippus uerò & nauibus & apparatu regio potitus eſt. fuerat enim Attalus arte quadã illo tẽporis articulo uſus. Etenim quæ ſplendidiora erãt & apparatu regio, in tabulata nauis proiecit, ut qui primi ex Macedonibus lembis adnauigarent, ubi uidiſſent poculorũ copiã, & ueſtes purpureas, ac reliqua uaſa iſtis cõſimilia, ab inſectatione ceſſantes, ad iſtorũ direptionẽ conuerterentur. Hoc pacto cõtigit, ut Attalus ſecurè ad Erythreas ſecederet. Philippus aũt quãuis in ea nauali pugna multo eſſet inferior, ac victoria in uniuerſum fraudatus, eo tamẽ caſu, qui circa Attalũ cõtigit, rurſus erectus renauigat, ac ſedulò naues ſuas colligit, hortaturq; uiros ut ſint eõfidẽtes, ſperentq; ſe nauali prælio uictu ros. Subibat enim cogitatio quædã hominibus iſtis & perſuaſio, quòd Attalus periſſet, ex eo quod Regia nauis à Philippo adduceretur. Dionyſodorus uerò conſiderans quid Regi ſuo accidiſſet, dato ſymbolo naues ſuas colligit: quibus ad ipſum cõfeſtim cõgregatis, ſecurè ad portus Aſiæ abnauigat. Per id aũt tẽporis Rhodij Macedonibus congreſſi, cũ iamdudũ infeliciter pugnaſſent, ex eo ſe prælio, receſſione per partes facta, eo prætextu exemerũt, quòd nauibus ſuis ſuecurrere properarẽt. Itaq; nauibus alijs reparatis, alijs in cõflictu dilaceratis, in Chion abnauigant. Ex nauibus autẽ Philippi in cõflictu Attali, perierũt decuremes, noniremes, ſeptiremes, & ſexiremes: cataphractarũ uerò decẽ, & biremes tres, lembi uiginti quinq;, unà cũ ſupplementis. In cõflictu uerò cũ Rhodijs habito cataphractæ decem, lembi quadraginta perierunt: captæ ſunt duæ quadriremes, & lembi ſeptẽ cũ ſupplemẽtis. Ex nauibus Attali ſubmerſæ ſunt biremis una, quinquiremes duæ, & ea quę Regis fuerat. Rhodiorũ uerò perierũt quinqueremes duæ, triremis una, capta autem eſt nulla. Interierũt ex uiris Rhodijs ſexaginta, ex militib. Attali ſeptuaginta, ex copijs Philippi Macedonis ter mille, & ex ſupplemẽtis ſex millia. Capti ſunt aũt ex ſocijs & Macedonibus circiter duo millia, Aegyptiorũ uerò ſeptingẽti. Itaq; naualis hęc pugna buiuſmodi exitũ ſortita eſt. Vẽdicabat aũt ſibi uictoriã Philippus, duab. de cauſis: una, quòd Attalo ad terrã profligato, nauem illius occupaſſet: altera, quod ad Argennũ, ſic dictũ, adnauigaſſet, illicq; ſtationẽ nauigiorũ feciſſe uidercẽt. Cõſimilia fecit & ſequẽti die, collectis nauigijs, ac mortuorũ qui cognoſcerentur, ſublatione facta, quo prędictã imaginationẽ efficeret. Quod aũt ne ipſe quidẽ ſpẽ haberet uictoriq;, paulo pòſt & Rhodij & Dionyſodorus manifeſtũ fecerũt. Nã ſequẽti die cũ adhuc in propoſito eſſet Rex, miſſis inter ſe nũcijs adnauigarũt aduerſus eum, & elaſsẽ illi porrecta frõte oppoſuerũt. Cũ aũt nemo ex aduerſo adnauigaret, renauigarũt ipſi ad Chion. Philippus uerò cũ antea nũquã tot uiros ne in mari quidem, uno tempore amiſiſſet, grauiter eam iacturã ferebat, &

bilis. quapropter et danda uenia est, si modicè quis per ignorantiã à uero aberrauerit: reprobandum uerò, mea quidẽ sententia, quicquid modũ excesserit.

De Publio Scipione.

Publius uerò Scipio haud diu post ista tempora reuersus est ex Aphrica. Cum autem expectatio multitudinis magnitudini gestorum conformis esset, contigit magnam fieri circa hunc uirum imaginationem, & plebis erga illum beneuolentiam: id quod haud immeritò, neq; præter rationem accidit. Cum enim nunquam se Annibalem Italia ejecturos, ac periculum quod ipsis & sociis imminebat, excussuros putarent, iam tũ constanter non modò quauis formidine & calamitate liberati, sed et hostib. dominari uidebant, eam ob causam excellentissimo gaudio perfundebantur. Vbi uerò triumphauit etiã, tum adhuc amplius per eorum efficaciam quæ inducebantur, de præcedentibus periculis admoniti, immodica afficiebantur cùm erga deos eucharistia, tum erga tantæ mutationis authorem beneuolentia. Syphax enim Massyliorum Rex, in triumpho per ciuitatem, unà cùm reliquis captiuis ducebatur, qui & aliquanto post in carcere uitam finiuit. Hisce sic gestis, Romani multis continuis diebus & certamina edebant, & panegyres splendidè celebrabant, habentes ad ista suppeditatricem Scipionis liberalitatem & magnanimitatem. Verùm pulchrè res grandes ordiri, & impetu quodam ad incremẽta rerum contendere, multis iam contigisse: at propositum ad finem deducere, & sicubi fortuna obstiterit, ratione & industria id quod alacritati ac promptitudini decedit, adimplere, paucorum esse uidetur. Quocirca rectè quis Attali & Rhodiorum desidiam reprehenderit, regiũ uerò & magnificũ Philippi animum, propositiq; constantiã laudauerit: non quòd omnino laudandum sit illius ingenium, sed quantum præsentem illius impetum & conatum cõcernit. Hanc autẽ distinctionẽ eam ob causam induco, ne quis nos à nobis ipsis dissidere suspicetur, qui cum paulo antè Attalum & Rhodios laudauerimus, Philippum uerò reprehenderimus, nunc contrarium faciamus. Nam propterea initio operis sic distinxi, ut necessarium esse dixerim, eosdem aliquando laudare, aliquãdo rursus reprobare: eo quòd rerũ momenta & eventus cum ad peiora, uel aliquando ad meliora inclinant, mortaliumanimos frequenter immutant. Accidit etiam aliquando, ut homines secundũ naturã suam nunc ad ea quę cõueniunt, nũc ad cõtraria contendant: quorũ mihi iamunũ circa Philippum accidisse uidet. Quoniã enim propter accepta detrimẽta excandescebat, iraq; & furore plus æquo utebatur, animo obfirmato & stupendo præsentib. sese occasionibus accõmodabat: & hoc ingenio aduersum Rhodios & Attalũ regem in surgens, rebus sequentib. potitus est. Hæc propterea dicere uolui, quòd nonnulli, perinde atq; mali ac deficientes cursores, relicto primo feruore cœptis desistunt: aliqui uerò hoc ipso potissimum aduersarios superant, quòd in proposito constanter perdurant.

De Abydo & Sesto, ciuitatibus maritimis inuicem oppositis.

Situm autem & commoditatem Abydi & Sesti ciuitatum pluribus quidem recensere, uanum uidetur, propterea quòd cunctis ea quæ modici sunt momenti, propter uulgarem locorum usum patent: at summatim lectorẽ consiederationis gratia cõmonefacere, haud arbitror in præsenti fore infrugiferũ. Sciendum autem est, ea quæ nunc de prædictis ciuitatibus dicenda ueniunt, non tam ex ipsarum locis, quam ex oppositione & collatione desumi. Quemadmodum enim ex eo pelago, quod à nõnullis Oceani, ab alijs Atlantici nomine uocatur, in nostrum mare nauigari non potest, nisi per angustiam, quæ est ad columnas Herculis: sic neq; ex nostro mari in Propontidem & pontũ peruenìri potest, nisi per interuallũ, quod est inter Abydum & Sestum, nauigatio fiat. Secundum id autem quod amborum portuum apparatum fortuna secundum quandã rationem instituit, eum portum qui est ad columnas Herculis, latiorem esse cõtigit eo qui est ad Hellespontum. Est enim ille stadiorũ sexaginta: is uerò qui ad Abydum, duorum tantũ: id quod ex eo factum esse

coniecturari poterit, quod externum illud mare nostro est latius. Est autem ostium illud ad Abydum, commodius eo quod est ad columnas Herculis. Nam hoc utrinq; ab hominibus habitatur, & constitutionē instar portæ, propter mutuam rerum communicationē: & alicubi pontem quoq; habet, propter eos qui pedes ad utramq; Epirum transeūt, alicubi uerò indesinenter nauigatur. Illud uerò quod ad Columnas Herculis est, rarū usum habet, propterea quòd parum est mutui cōmercij gentibus illis, quæ partim ultra mare in Aphrica, partim in Europa sedes suas habent, & quòd externū illud pelagus in usu & experientia non est. Ipsa aūt Abydenorū ciuitas utraq; parte extremis quidē Europę finibus circundatur: portū aūt habet, unde à quouis uento adnauigantes uideri possunt. Verùm extra influxum illum qui è mari est ad portum, nemini possibile est, ut ad ciuitatem apptopinquet, propter celeritatem & uiolentiam fluxuū, qui est in uado.

Rursus de Philippo Macedonum.

Attamen Philippus, cum alijs cancellos, alijs uallū circundedisset, Abydenos & terra & mari obsedit. Ipsa uerò praxis neq; secundum magnitudinem apparatus, neq; secundū uarietatem adinuentionū, quæ in ipso sunt opere declaratæ, per quas obsessi inuicē machinari et alij alios arte circumuenire solēt, admirabilis extitit: uerùm secundum obsessorum dexteritatē, & animorū alacritatē si qua alia, digna est memoria & quę traditione perueniat ad posteros. Initiò quidē ij qui Abydum inhabitabāt, propria fiducia ducti, fortiter Philippi apparatū pertulerunt: & ex machinamentis quidē, per mare adhibitis, alia lapidum eiaculationib. percussa conquassarunt, alia igne succenderunt: sic ut hostes ęgrè naues ex eo discrimine eripuerint, structuris uerò p terrā applicatis aliquousq; fortiter restiterūt, haud despetātes se uictoriā cōtra hostes obtenturos. Postq; uerò propugnaculū quod extra muros erat, suffossionib. corruit, ac Macedones postea per fossas ad eum murū peruenerūt, quē ciues intus oppositum erāt, tandem legatos miserūt Iphiadem et Pantacnotū, Philippūq; ciuitatē in suam potestatem ea tamē conditione accipere iusserūt, ut milites cōfœderatos, Rhodiorū uidelicet & Attali, dimitteret, ac libera corpora, quo quæq; uellent, pro uitibus, unà cum uestitu, euadere sineret. Cum uerò Philippus præciperet, ut uel cuncta in potestatē suam darent, uel fortiter pugnarent, redierūt legati. Abydeni auditis illis, ecclesiā cōuocant, ac de rebus urgentib. animo delecto consultāt. Statuunt igitur, primū seruos dare liberos, ut haberēt eos unà citra recusationē certantes, deinde cunctas uxores in templum Dianæ, liberos unà cum nutricibus in gymnasiū, denicq; argentum & aurum in forū, adhæc uestimenta alicuius momenti in triremem Rhodiorum & triremem Cyzicenorū congregare. Cum ista decreuissent, & unanimiter illa, secundū quòd decretum fuerat, perfecissent, rursus colliguntur in ecclesiam: & quinquaginta uiros ex senioribus eligunt, potissimum fide dignos, & qui corporū adhuc uirib. pollerent, quo decreta perficere possent: et illos corā ciuibus uniuersis iureiurando obstringūt, ut si quidem muros ab hostibus occupari cernerent, tum & liberos & uxores occiderent, & naues prædictas succenderent, argentū & aurum secundū iusiurandum in mare proijcerent. Deinde sacerdotib. adhibitis, cōiurāt omnes ut uel hostes uincerēt, uel pro patria pugnantes morerentur. Post omnia mactatis uictimis sacerdotes & sacerdotū cōiuges de prædictis execrationes super holocaustis facere cogunt. His ita cōfirmatis, aduersum hostium effossiones quidē iam non amplius effodiunt: sed hoc animo sese obfirmāt, ut si murus caderet, supra ruinā illius starēt, & ad mortē usq; cōtra uiolētos dimicarēt. Quapropter rectè quis Phocensiū dementiā, & Acarnanorū alacritatē, hac Abydorū audacia superari dixerit. Videnē enim & Phocenses cōsimilia de necessarijs suis decreuisse, quāuis de uictoria nō prorsus desperassent, quòd cōtra Thessalos sub dio exacie dimicaturi essent. Cōsimiliter et Acarnanorū gens, cū Aetolorū impetū pręuidisset, talia de reb. imminentib, cōsultatunt, de quib, nos singulatim antea diximus.

Abydeni

Abydeni uerò concluſi, & ſalute propemodum deſperata, communiter unà cum liberis & coniugibus fatum hoc experiri maluerunt, quàm ad huc uiuentes eo eſſe propoſito, ut liberos & uxores ſuas in manus hoſtiũ darent. Qua potiſsimum ratione fortunam quis propter Abydenorum caſum accuſare poterit, quòd cum prædictorum quidem calamitates miſerata cõfeſtim illis ſuccurrerit, ac deſperatis uictoriam ſimul & ſalutem largita ſit, citra Abydenos uerò contrario modo animata fuit. Nam & uiri occubuerunt, & capta eſt ciuitas, liberiq; cum ipſis matribus in poteſtatem hoſtium uenerunt. Cum enim murus cecidiſſet, ſupra ruinam illius ſecundum iuſiurandum ſtantes adeò confidenter aduerſum hoſtes decertarũt, ut Philippus cum Macedones peruices ad noctem uſque ad dimicandum ſubſtituiſſet, tandem pugnam eam intermittere, & ægrè de toto conatu ſperare coactus ſit. Non enim duntaxat ſuper mortuis ſtantes Abydeni, cum pericli tarentur, confidenter certabant, neq; gladijs tantum & haſtis audacter pugnabant: ſed cum illis amplius utí non poſſent, uiolenter irrumpentes Macedones apprehendebant, & alios unà cum armis ſubuertebant, aliorum haſtis confractis cum fragmentis illarum indeſinenter eos percutiebant, accuſpides earum in facies & reliqua nuda loca impingentes prorſus reprimebant. Nocte ingruente, ac pugna ſoluta, quoniam plurimi ſuper ruina muri occubuerant, ac reliqui labore ac uulneribus eneruati erant, Glaucides ac Theognetus paucis quibuſdam ex ſenioribus collectis, graue illud & præclarum ciuium uotum propter priuatæ ſuæ ſaluris ſpem immutant. Statuunt enim liberos & uxores captiuitati permittere, & mox orto die ſacerdotes & illorum coniuges cũ uittis & infulis mittere ad Philippum, ut ſupplices, facta precatione, ciuitatem illi traderent. Per id autem temporis Attalus Rex, cum Abydenos obſidione cingi audiſſet, per mare Aegeum Tenedum nauigat. Conſimiliter et Marcus Aemylius Iuniot, Romanus, ad Abydum uſque nauigans uenit. Romani ſiquidem cum certò de obſidione Abydenorum Rhodijs agentes audiſſent, uellentq; ipſi Philippo iuxta quod mandatum erat, loqui, & cauſam cognoſcere, ob quam reges bello adoriretur, hunc Aemylium miſerãt: qui etiam cũ ad Abydum colloquium Philippi conſequutus eſſet, indicauit illi, hortari ipſum Senatum Romanum, ne quem Græcorum bello impeteret, nec ſe rebus Ptolemæi immiſceret, de eo quod Rhodios & Attalum iniuria affeciſſet, ſatisfacturum ſe polliceretur: & ſi iſta ad eum modum faceret, pacem retineret: ſin minus obſequi uellet, ad bellum ſeſe contra Romanos pararet. Cum Philippus hunc docere conaretur, quòd Rhodij ipſum primi inuaſiſſent, ſermone illius interrupto, inquit Marcus, Quid autem Athenienſes? Quid Ciani? Quid iam Abydeni? Et quis horum te primus inuaſit? Rex uerò, ad tres iſtas interrogationes quid diceret hæſitans, dicebat ſe ignoſcere ipſi arroganter loquenti, primùm quòd iuuenis eſſet, & rerum imperitus: deinde quòd eſſet optimus ex ipſis (uerum hoc erat) potiſsimum autem petere ſe à Romanis, ne fœdera tranſgrederentur, nec bellum ſibi inferrent. Si uerò id etiam facturi eſſent, defenſurum ſe res ſuas ſtrenuè, & deos auxiliandi gratia inuocaturũ. Igitur iſti, hiſce dictis, à ſe inuicem diſceſſerunt. Philippus uerò ciuitate Abydenorum potitus, cunctam ſubſtantiam ab Abydenis comportatam, in promptu accepit. Cum uerò multitudinem, & impetum eorum uideret, qui & ſe & liberos & uxores occidebant, incendebant, ſtrangulabãt, in puteos abijciebant, & de tegulis ſuſpendebant, obſtupeſcens, ſiue etiam dolens ſuper his quæ fiebant, denunciat illis, dari per tres dies interſtitium illis qui ſe ipſi uel ſtrangulare uel occidere uellent. Abydeni uerò præoccupantes illa, iuxta primam conſtitutionẽ, ratiq; ſe niſi hoc facerent, eſſe ueluti proditores eorum qui pro patria certarant & interierant, haudquaquam uiuere ſuſtinebant, quotquot uinculis nondum, uel alijs huiuſmodi neceſsitatibus obſtricti erant. Reliqui omnes incunctanter, iuxta cognationes ad mortem ruebant,

De Philopœmene, & rebus Achæorum.

Philopœmen uerò, cum interualla cunctarum Achaicarũ ciuitatũ, & quę eodem itinere Tegeam uenire possent, secum ipse reputasset, ad omnes ciuitates epistolas scribit, illasq; ciuitatibus longius dissitis tradit: sicq; diuidit, ut singulę nõ eas modò haberent, quæ ad ipsas pertinebãt, sed & quę aliarũ erãt ciuitatũ, quot in eandem uiam incidebant. Scripsit aũt in primis ad magistratus talia: Vbi epistolam acceperitis, confestim curate ut qui per ætatem arma ferre possunt, quinq; dierum commeatu, & quinque argenteis singuli instructi, cuncti congregentur in forum. Huc ubi collecti fuerint, acceptos ducite ad ciuitatem ex ordine sequentem. Illuc ubi ueneritis, epistolam reddite eius ciuitatis magistratui scriptam, & obedite scriptis. Et hæc in ea erant epistola scripta, quæ pertinebat ad eos qui in ulteriore ciuitate erant, nisi quod nomen sequentis ciuitatis habebat, non eius ad quam erat facienda expeditio. Et quoniam huiusmodi nuncupatarum epistolarum dispositio continua erat, primùm nemo intelligebat ad quid & quorsum fieret iste apparatus: denicq; quò tenderet expeditio, nemo prorsus sciebat, præter ciuitatem sequentem. Itaque cuncti bæsitantes, & ad se uenientes accipiebant, & ad proximã ex ordine ciuitatẽ unà cum illis proficiscebantur. Quoniam uerò nõ ex æquo ulteriores ciuitates à Tegea distabant, illis literas non simul omnibus tradidit, sed ex ordine singulis. unde accidit, ut neq; incolis, neq; ijs qui aduenie-bant, quid futurum esset scientibus, cuncti simul Achæi per omnes portas armati ingrederentur. Hæc autem per militarem industriam in animo proposuerat, propter multitudinem auscultatorum & exploratorum, quos tyrannus habebat. Eo autem die, quo multitudo Achæorum Tegeam erat congreganda, electos quosdam misit, qui nocturno itinere Selasiam transirent: & sequenti die, mox orta luce, ad Laconicam accurrerent. Si uerò stipendiarij occurrentes negocium ipsis facturi essent, mandauit ut Scotitam secederent, & in reliquis Didascalondi Cretensi obedirent. Nam illi totius huius instituti causam crediderat & commiserat. Illi itaq; confidenter ad constitutum locum profecti sunt. Philopœmen uerò cum cœnam in horas parari iussisset Achęis, copias Tegea eduxit, ac nocturno itinere strenuè usus, circa matutinum diluculũ exercitũ duxit ad locum circa Scotitam nuncupatũ, qui medius est inter Tegeã & Lacedęmona. Stipendiarij uerò qui Peglenæ erant, sequenti die mox atq; speculatores cõcursum hostiũ significassent, in promptu accurrebant, sicuti solent, & hostes inuadebant. Achæis uerò iuxta mandatum ac ceptum retrocedentibus, insectabantur eos à tergo confidenter & audacter. Simul autem atq; inciderunt in insidias, exurgentibus in eos Achęis, alij trucidati sunt, alij capti.

DECIMI SEPTIMI LIBRI HISTORIARUM Polybij Epitome, Vuolfgango Musculo interprete.

De pace inter Philippum Macedonem & reliquos Græcos, interuentu Titi Romani ducis tractatur.

Lapso itaq; tempore determinato, adest Philippus ex Demetriade in sinum Melieum uectus, lembos habens quinq;, & pristim unam, in qua ipse nauigabat. Erant aũt cum eo Macedones, Apollodorus & Demosthenes scribæ. Aderat ex Bœotia Brachylles. Achæus uerò Cylliadas, Peloponneso profugus, propter causas antea à nobis dictas. Cum illis aderat & Samynander Rex, & ab Attalo missus Dionysodorus. E' ciuitatibus & populis aderat ex Achæis Aristænetus & Xenophon, à Rhodijs Aceśymbrotus & Nauarchus. Ab Aetolis Phæneas dux exercitus, & plures alij ex ciuibus. Cum aũt iuxta Nicæam ad mare appropinquassent, stabat Titus Rom. dux in litore. Philippus ubi ad terram propè adnauigasset, manebat in naui sublimis. Iubente Tito ut descenderet, surgens è naui, nõ descẽsurũ se, dicebat.

Illo

Illo rursus dicente, quem'nā timeret: respondit, timere se quidem neminem, præter deos; uerùm multos adesse quibus non fideret, maximè Aetolos. Romano duce admirante ac dicente, equū esse discrimē omnib. & tēpus illud cō mune: respōdens Philippus, haud rectè hoc ab eo dici aiebat. Nā etiamsi Phę neę aliquid accideret, multos tamē futuros qui duces Aetolorū esse possint: at si Philippus interiret, nō esse in præsenti aliquē Macedonū regem. Videbatur itaq; cunctis colloquium illud molestè & odiosè inchoasse. At Titus iubebat ut loqueretur de rebus, quarū gratia aduenisset. Respōdebat Philippus, nō sibi, sed ipsi hoc conuenire: ideoq; petere se, ut exponeret quid'nam faciens pacem habiturus esset. Romanus dux simplicem sibi sermonem & manifestum competere dicebat. Iubere se, ut ex omni Hellade cederet: captiuos & profugos singulis, quos haberet, restitueret: loca Illyridis Romanis traderet, quæ post pacta in Epiro cōposita occupasset: Ptolemæo ciuitates omnes redderet quas post mortē Ptolemæi Philopatris abstulisset. His dictis, Titus ipse quidē dicendi finē fecit: uerùm ad alios conuersus, iussit singulos edicere, quæ in mā datis haberent. Primus itaq; Dionysodorus ab Attalo missus exorsus, naues eum reddere debere dicebat, quas regi in pugna nauali circa Chium abstulisset, & cum nauibus ipsos quoq; captiuos. Deinde templum Veneris, & Nico phorium, quæ destruxisset, restaurare. Post hunc Acesambrotus prætor classis Rhodiorum, Philippum iubebat cedere Peræam, quam ipsis ademisset: deinde præsidia tollere, quæ lassi & Vargylijs & in cuitate Etomeorum haberet: ad hæc & Perinthios iuri ciuitatis Byzantinorum restituere, & abscedere Sesto, & Abydo, & emporijs, ac portibus per Asiam omnibus. Post Rhodios Achæi Corinthum tepetebant, & ciuitatem Argiotum indemnem & illæsam. Post istos Aetoli, primùm iubebant perinde atq; Romani, ut totam Helladem relinqueret: deinde ciuitates illæsas & indemnes restitueret, quæ antea Aeto lorum conciues fuissent. Cum ista Phæneas Imperator Aetolorum dixisset, Alexander subsequutus, quem uocabant Ilium, uir apparens industrius esse ad res gerendas, et potens ad dicendum, Philippum dicebat neq; pacem nūc syncere quærere, neq; strenuè bellum gerere, sicubi hoc fieri conueniat, sed in conuentibus & colloquijs insidiari, obseruare, & ea quæ hostis sint facere, in ipso quoq; bello iniquè se & haud generose agere. Etenim cum hosti à fronte sit occurrendum, fugere ipsum manifestum congressum, & interea ciuitates succendere & diripere, & huiusmodi uoluntate uictum, uictorum præmia cor rumpere: quamuis priores Macedonū reges hoc animo præditi non fuerint, sed longè diuerso. Pugnasse enim illos sub dio manifesto conflictu frequenter, ciuitates uerò perrarò euertisse ac perdidisse. Et hoc manifestum esse cunctis, cum ex bello Asiatico ab Alexandro aduersus Darium gesto, & ex successorum illius disceptatione, qua cuncti bella contra Antigonum propter Asiæ principatum gessere. Consimiliter & horum posteros ad Pyrrhum usq; hoc usos esse proposito, ut contra hostes manifesta dimicatione alacriter pugnarent, & cuncta facerent quæ ad mutuum armatorum conflictum pertinerent: ciuitatibus uerò peperciſse, propterea quòd uictores illarum magis uicti essent, & quòd apud subditos in precio haberentur. Etenim ea disperdere, quo rum gratia bellum instituitur, & bellum ipsum relinquere, esse ualidissimæ insaniæ opus: id quod tum Philippum facere dicebat. Perdidisse enim illum tot in Thessalia ciuitates, cum amicus esset ac socius belli, quo tempore ex angustijs Epiri proruperit, quot nemo unquam ex illis qui bella cum Thessalis gessserunt. Cum huiusmodi multa quoq; alia eiusdem argumenti protulisset, tandem hisce uerbis usus est. Interrogabat Philippum, quare Lysimachiam, expeditionem cum Aetolis, ac ducem exercitus ab ipsis habentem, eiecto illo occupasset, & in ciuitate præsidiū locasset. Deinde qua ratione Cianos conciues Aetolorum, amicus adhuc Aetolorū existens, depopulatus esset. Ad hęc quo præt extu iamdetineret Eschinum, & Thebas Phthias, & Pharsalum & Lariſsam. His dictis, Alexander obticuit. Philippus uerò, cum terræ uicinior esset

factus, quàm antea, exurgẽs in naui, sermonẽ Alexãdri Aetolicũ esse et theatricũ dicebat. esse enim id notũ omnibus, quod nemo eos perdat quos habet belli socios, sed iuxta temporũ casus principẽ cogi, ut multa prẽter animi sui sententiã faciat. Rege adhuc ista dicẽte, Phœneas oculos uitiatos habens, Philippo pluries obloquebatur, nugari eum dicens. Debere enim eum uel pugnãdo uincere, uel uictorũ iussis obedire. Philippus, quamuis defatigaretur, haud tamẽ linguæ suæ cõsuetudine abstinebat. sed conuersus, Hoc, inquit, ô Phœnea, uel cæcus uiderit. Erat enim iritabilis, & ad id ueluti natus, ut falsè nomines irrideret. Rursus aũt ad Alexandrũ conuersus: Interrogas me, inquit, Alexander, quare Lysimachiã occuparim? Ob eam uidelicet causam, ne per uestram negligentiã & socordiã à Thracibus uastaretur: quemadmodũ nũc accidit, postquam milites inde propter prẽsens hoc bellũ abduxi: qui non illic occupandi, sicut tu dicis, sed custodiendi gratia fuerunt. Cianis ego bellũ non intuli: sed cum Prusias eos impugnaret, succurrens illi, unà cum eo ciuitatẽ eorũ cepi, cuius rei uos authores fuistis. Cũ enim & ego & alij Græci frequenter missis ad uos legatis peteremus, ut lex illa abrogaretur, quæ uobis potestatẽ, prædam è præda ducere, facit: respondistis, oportere prius Aetoliã ex Aetolia tollere, quàm istam legẽ. Cum aũt Titus quid nã id esset admiraretur? Rex illi rem istã declarare conatur dicens, Aetolis hanc esse consuetudinẽ, ue non solũ illos illorũq; regionẽ inuadant, contra quos ipsi bellũ gerant: sed & si alij inter se dimicẽt, qui Aetolorũ amici sint & socij, nihilominus Aetolis sine cõmuni decreto utrasq; partes & regionẽ earum inuadere & occupare liceat: atq; ita Aetolis nullas esse nec amicitiæ nec inimicitiæ leges, sed esse eos omnibus illis qui de re quapiã inter se disceptant, paratos inimicos & hostes. Vnde ergo habent isti iam cuius me accusent? Erã ego Aetolis quidẽ amicus, sed iuxtà & socius Prusiæ: & cõmisi aliquid aduersum Cianos, ut socijs meis succurrerẽ. Hoc uerò grauissimum est omniũ, qui se Romanorũ hostes constituerãt, Macedonem uniuersa Hellade cedere iubent. Nam illud pronũciare, prorsus quidẽ est arrogans. At si Romani hoc dicãt, tolerari potest: quod uerò Aetoli dicunt, ferri non potest. E' qua uerò iubetis me Hellade excedere? Et quomodo terminatis illam? An non plures ex ipsis Aetolis sunt Hellines? Nam populus Agraorum & Apodotarum, adhuc & Amphilochorum non pertinet ad Helladem? uel illos quidem mihi conceditis. Tito ridente: At erga Aetolos, inquit, ista mihi sufficiant. quod Rhodios uerò & Attalum concernit, iusto iudicio æquius censeri poterit, ut isti nobis captiuos uiros et naues restituant, quàm nos illis. Neq; enim nos Rhodios & Attalũ priores inuasimus, sed hos illi citra controuersiã. Veruntamẽ tuo iussu Rhodijs reddimus Peræam, Attalo naues & uiros, qui seruati sunt. Destructionẽ uerò Nicephori, & delubri Veneris, restaurare non possumus. quod plantas uerò & hortos cõcernit, mittam qui locum illum colant, & incrementi amputatarum arborũ curam gerant. Rursus Tito propter derisionẽ Philippi ridente, progressus Philippus ad Achæos, primùm beneficia recensuit, quæ illis Antigonus impenderit, deinde sua quoq;. Præterea protulit & magnitudinem honorum, quos ipsis Achæi exhibuerint. Tandẽ & decretum legit, defectionis ipsorum & transitionis ad Romanos. Qua occasione multa de Achęorum præuaricatione & ingratitudine dixit. Attamen Argos illis restituturũ se pollicitus est. De Corintho uerò, aiebat se cum Tito consultaturũ. Cũ hęc dixisset ad alios, Titũ interrogat, ad illum sibi & Romanos sermonem ef se diceñs, utrum putet excedendum sibi esse ciuitatibus & locis à se inter Grę cos aquisitis, uel à maioribus suis acceptis. Illo autem silente, in promptu quidem occurrere parati erant, & respondere, pro Achæis Aristęnus, & pro Aetolis Phœneas. Verùm cum hora terminaretur, sermo illorum tempore exclusus est. Philippus dari sibi petijt, qui cuncta conscriberent, quibus pax facienda ueniret. Cum enim solus esset, aiebat se non habere, cum quo consultans rationẽ de impositis reddere posset. Titus aũt quamuis haud illibenter Philippum

lippū ridentē audiret, nolens tamen illud intelligi ab alijs, & ipse Philippū è contrario risit, dicēs: Haud immeritò solus es Philippe. Amicos enim, qui tibi consultissimū uoluerunt, cunctos occidisti. Macedo uerò Sardonice subridens, obticuit. Et tunc cūcti quid uellent, scripto dedere Philippo. quo facto, discessum est, determinato rursus alio conuentu ad Niceā in diē sequentem. Die crastino Titus cum suis ad locū deputatum uenit, in quo reliqui cuncti erant. Philippus uerò non aderat. Vt aūt dies iam admodum processerat, ac Titus propemodum de aduentu illius desperauerat, aduenit Philippus crepusculo uespertino, cum illis apparens quos & antea secum habuerat: ac dicens, se diē illum triuisse molestia hęsitationis ac difficultatis eorum quæ ipsū essent impositæ. ut uerò alijs uidebat, ad hoc illud fecerat, ut Achæorū & Aetolorum accusationē tempore excluderet. Viderat enim prędecedente die, cum discederet, hosce ambos paratos ad hoc esse, ut sese defenderēt, ac de ipso querentē. Quapropter etiā tum cū uenisset, Romanorū ducē orabat, ut seorsum de præsenti causa secum tractaret, ne uerba tantū ab utrisq; acerbè disceptantib. dicerent, sed & finis aliquis ei disceptationi imponeret. Cum id aūt sæpius orasset, & obnixè petisset, quærebat Titus à præsentibus, quid sibi faciendū putarent. Iubentib. illis ut cōueniret cum eo, & quæ dicerent perciperet, assumpto Appio Claudio millenario, alijs parūper à mari secedentibus, ut illic manerēt iussit: & Philippo dixit, ut egrederentur. Rex uerò acceptis ad se Apollodoro & Demosthene, naui descēdit: ac Tito diutius aliquanto loquitur. Quæ sint aūt ab utroq; tū temporis dicta, difficile est cōmemorare. Titus itaq; cū Philippus secessisset, reliquis quæ ꝓpositā à rege essent declarat: nēpe q; Aetolis Pharsalū et Larissam reddere uellet, Thedas uerò restituere nollet. Rhodijs Perę̄ cederet, Iasiō uerò et Bargylias nō cederet. Achæis Corinthū & ciuitatem Argiorū, Romanis quæ in Illyride haberet, unà cū captiuis omnib. tradere. Attalo uerò & naues & ex uiris in nauali pugna captis quotquot superessent, restituere uellet. Cum aūt cuncti qui aderant eā pacti constitutionē molestè ferrent, & primum generale statutū faciendū esse decerēt, nimirū ut uniuersa Hellade cederet: sin minus, particularia illa uana & inutilia futura. Hanc illorū disceptationē uidens Philippus, ueritusq; futuras accusationes, Titū orat, ut conuentū illū suspenderet in diem crastinū, propterea quod hora ad uesperam uergeret. Aut enim persuasurū se, aut passurū ut sibi persuadeat, dicebat. Cum hoc Titus concessisset, ad litus Throniū rursus conuenire statuūt, atq; ita discedūt. Sequenti die ueniūt omnes ad locum determinatū hora constituta. Philippus paucis præfatus, petit ab omnib. maximè à Tito, ne tractatio pacis abrumperet, quod plurima essent ad pacificationis constitutionē ducentia, siquidē per ipsos non staret, quo minus contro uersia cōponeretur. Sin minus, mittēdas esse legationes ad senatū, ut ille de cōtrouersis statuat, & huic se obedientē fore, facturūq; quicquid præceperit. Cū ista ꝓposuisset Philippus, alij quidē omnes ea facienda esse dicebant, quę belli essēt, nec petitis ipsius acquiescendū. Romanus uerò dux nec se quidē ignorare dicebat, Philippū eorū quæ monerent facturū nihil: simpliciter tamē cautam eorū nihil impediri, si gratia à rege petita concederet. Etenim alioquin nihil posse eorum quę ibi dicerent confirmari sine senatu Romano. Ad hoc autem ut sententię ipsorū experimentū caperetur, imminēs tempus fore accommodatissimum. Quoniam enim iam propter hyemem nullus esset exercituū usus, non fore inconueniēs, ut per id temporis de ijs quę accidissent, ad senatū deferretur: sed omnibus cōmodum. Itaq; cūctis cōsentientibus, propterea quod Titū hoc ꝓbare cerneren t, ut prędens cōtrouersia ad senatū transferrē, decretū est id cōcedere Philippo, ut legatos Romā mitteret, consimiliter & singuli mitterēt, qui senatui causas suas exponerēt, & Philippū accusarēt. Cū aūt instituto huius conuentus Tito secundū animi sententiā et cōsiliū initio cōceptū succederet, cōfestim ea prosequit quę ad eum conatū consequenter requirebātur rebus suis accuratè dispositis, Philippo autem nihil prærogatiuę concedit,

cedit, sed bimestre tempus præscribit, intra quod legationē Romam mittendā absolueret, deinde præsidia ex Phocide et Locride abduceret. Præcipit etiā illi, ne quid cōtentiosius erga quenquā ex sociis Romanorū quouis modo ageret, curaretq; ne per id temporis à Macedonibus aliqua iniuria læderentur. Et cū ista cū Philippo acta scriptis cōprehendisset, deinceps per seipse quod propositū erat perficiebat. Et Amynandrū confestim Romā mittit, sciens illū ductilē quidē persistere, & facile amicos illic cōsequuturū, quócūq; ipsum duxissent: uerùm phātasiā quandā facturū & expectationē, propter regni nomen. Post hunc legatos suos mittit, Q. Fabium, qui nepos ipsi erat ex sorore uxoris, & Q. Fuluium, & cum istis Appium Claudiū, quem Neronē uocant. Ab Aetolis mittuntur Alexander Ilius, Democritus Calydonius, Dicæarchus Trichonius, Polemarchus Arsinous, Lamius Ambraciotes, Nicomachus Acarnanus. ex illis qui Thurio profugi, Ambraciæ habitabant, Theodotus Pherēus profugus ex Thessalia, ac tū in Stratō habitans. Ab Achęis uerò Zenophō Aegieus. A' rege Attalo, solus Alexāder. A' populo Athenienſiū, Cipheſodorus. Hi Romā ad senatū ueniunt, ut deferrent ea quæ anno illo constituta essent, antequā ambo consules in Galatiā ex aliorum petitione cōtra Philippū mitterent. Cum aūt amici Titi utroſq; consules in Italia propter metum Celtorū consistere crederent: in senatū cuncti ingressi, Philippū circiter accusant, cætera quidē paria illis proferentes, quæ antea ipsi regi obiecerant. illud tamen accuratè cuncti senatui inculcare nitebantur: quòd si Chalcis, & Corinthus, ac Demetrias in manibus Macedonū relinquerētur, non posse ipsos aliquā sperare libertatē. Nā & ipsum hoc Philippū dixisse, & admodū uerum esse aiebant, nēpe loca prædicta esse uincula Græciæ, id quod recte ac scitè pronunciasset. Neq; enim posse quenquā ex Peloponneso liberè nauigare Corinthum, regio illic præsidio constituto: neq; Locros, & Bœotos & Phocenses id ausuros, quamdiu Philippus Chalciden & reliquā Euboeā occupet: nec Thessalos aut Magnetas ad libertatē unquā enauigare posse, Demetriadē Philippo & Macedonib. occupantibus. Quocirca quod Philippus alijs se locis cessurū dixerit, phantasiā esse, huc facientē, ut præsens tempus eluderet. Si uerò sequens dies uoluerit, facile futurum ut Græci ipsi subrjciantur, modò prędicta loca retineat. Eā ítaq; ob causam orare se senatū, ut uel ciuitatibus illis Philippū excedere cogeret, uel in cœpto consisteret, & cōtra illū strenuè pugnaret. Esse enim iam maximā eius belli partē cōfectam, Macedonib. bello bis superatis, & terrestribus illorū subsidijs plurimū absumptis. His dictis obsecrabāt, ut neq; Græcos spreta libertate fraudari, neq; seipsos honestissimo titulo priuari sinerent. Igitur Gręcorū legati hęc & alia eiusmodi exposuerūt. post quos qui à Philippo missi erant, prolixiorē quidē orationē parauerāt, uerùm mox initiò reprimebant. Siquidē interrogati, nū Chalcide & Corintho ac Demetriade cederent, negabant se ea de re quicquā habere in mandatis. Itaq; increpati, orationem hoc pacto terminarūt. Senatus uerò utroſq; cōsules in Galatiā misit, sicut & antea dixi, & bellū contra Philippū legitimū esse decreuit, ac Tito causam Gręcorū cōmisit. Mox atq; ista in Gręcia innotuissent, cuncta Tito ex animi sententia succedebāt. Nam præterquā quod cæsus quidā parumper cooperabatur, etiā ipse prouidentia sua cuncta aggrediebatur & perficiebat. Erat enim uir ille, si quisquam ex Romanis alius, ualde industrius. Sic nanq; non modò communes conatus, sed & priuatos congressus cō uenienter & cordatè obibat, ut cunctos excelleret, quamuis adhuc admodum iuuenis esset. Siquidem triceſimum ætatis annum haud excesserat. Et primus ex Romanis cum exercitu in Græciam traiecerat.

Fragmentum quoddam.

Humanū genus, quod omniū uidet animantiū esse uaferrimū, multū ratiōis habet ad hoc ut sit uiciosissimū. Etenim reliqua quidē animātia corporalib. cōcupiscentijs seruiētia, per solas eas seducunt. Humanū uerò genus quoniā glorię studiosum est, nō minus per incōsiderantiā quàm per naturā peccat.

Rursus

Rursus de Tito Romanorum duce, & rebus Græcorum.

Titus uerò cum scire non posset, quo loco essent hostium castra, id autem certò sciret, quod Thessaliam uenirent, iubet omnibus excindere uallum, & secum asportare, quo ad usum opportunum præsto esset. Hoc autem secundum morem Græcorum impossibile uidetur, eum Romanis sit facile. Græci enim ægrè corporibus suis imperant inter proficiscendum, & difficulter eiusmodi laborem perferunt. Romani uerò scuta humeris suis loris coreacis appendentes, ac manibus galeas ferentes, gestationem pali subeunt. Contingit autem magnam esse inter illos differentiam. Græci namq; palum hunc optimum esse putant qui plurimas habeat & maximas circa stipem excrescentias. Apud Romanos uerò pali duas, aut tres, uel ad summum quatuor uirgulas habent, & tales usurpant: unde accidit, ut facile portari queant: unus enim uir tres uel quatuor inuicem cõpositos gestat. Quin & usum hac in re differentem habent. Nam Græcorum palus, quando ante castra ponitur, primùm facilè potest euelli. Quando enim telluri quidem id quod firmum est tantum, infigitur, excrescentiæ uerò ex illo multæ ac magnę sunt, sicubi ex illis duæ uel tres extãt in superficie, faciunt ut palus facile possit euelli. Vbi hoc cõtigerit, facile porta propter magnitudinem efficitur, & annexa soluuntur, eo quòd mutuæ consertiones & pinnæ huiusmodi palorum æquo sunt breuiores. Apud Romanos aũt diuersum accidit. Ponunt enim eos erectos, & sic consertos inter se, ut neq; uirgulæ cuius quæq; sit ex palis, in terra fixis, neq; excrescentiæ quarum sint uirgularum facilè cognosci, nec denicp is qui conetur euellere, manum admouere, eoquòd eondensæ sint, & sese mutuò complectantur, adhæc uirgulæ accuratè sint incuruatæ ac districtæ, neq; etiam si quis apprehendat, facile extrahere possit: primùm ob id quòd cunctæ ferè conmissuræ proprium robur habeant ex terra: deinde, quòd si una ex uirgulis trahatur, simul multas propagines portari necesse sit propter mutuam consertionem: nec uerò simile sit, ut duo uel tres eundem palum appræhendant. Si uerò nonnunquam acciderit, ut quis unum & alterum extrahat, spacium tamen cognoscinon poterit. Quapropter magna differentia est utrinq;. Nam huiusmodi palus & facile acquiri, & facile asportari potest, & usum habet securiorem ac stabiliorem. Vnde manifestum est, si aliquid bellicarum rerum apud Romanos est, quod studium imitationis mereatur, hoc pali genus mereri, meo saltem iudicio. Itaq; Titus cum ista ad usum opportunum parasset, expeditionem pedetentim cum uniuerso exercitu mouet. Cum aũt stadijs quinquaginta à ciuitate Pherçorũ abesset, illic castra locat. Sequenti die matutino crepusculo exploratores emittit, qui inuestigarent, num qua possent occasione cognoscere ubi'nam degerent hostes, & quid gererẽt. Philippus uerò, cũ audisset per id temporis Romanos castra metatos esse circa Thebas, castris à Larissa motis cũ uniuerso exercitu expeditionẽ Pheras uersus dirigit. Cum triginta stadijs abesset, castra illic metatus iubet omnibus ea curare quę ad corporum refectionem facerent. Sub matutinum uerò crepusculum excitatis copijs, eos qui ad præcedendum ante exercitum parati erant, præmittit, præcipiens ut tumulos supra Pheras sitos occuparẽt. Ipse aũt orto die exercitũ è castris mouet. Paulo pòst accidit, ut qui ab utroq; erant exercitu præmissi, circa locorũ fastigia utrinq; in se inuicẽ inciderent. Cum sese inuicem præuidissent, sub obscuro adhue modico interuallo distantes cõsistunt, & utrinq; ad imperatores suos mittũt quid accidisset significantes. & cũ quid facirendũ esset interrogassent, ab exercitibus suis reuocantur. Crastino aũt die ab utrisq; mittuntur exploratores equites & robustiores milites circiter trecenti utrinq;, cũ quibus Titus duas etiã Aetolorũ cohortes propter locorũ peritiam emittit, qui & inter se congressi circa Peras quemadmodum & circa Larissam, alacriter cõfligunt. Cum aũt Aetoli, qui cũ Eupolemo erãt, fortiter dimicarẽt, & Italici simul conuocati essent, accidit ut Macedones premerentur. Et ubi tum quidem aliquandiu leuiter dimicassent, ad castra quisq; sua discedunt. Sequenti die quoniam utrisq; planiora loca displicebant, quòd arboribus essent consita,

consita, ac sepibus & hortis referta, castra mouerũt. Igitur Philippus iter ingrediebatur quasi Scotussam uersus, ob id properans, ut ex ea ciuitate commeatus pararet, deinde & lôca exercitui suo commodiora occuparet. Titus quid futurum esset suspicatus, simul eodem tempore quo Philippus copias abducit, festinans ad hoc, ut frumentum Scotusanum disperderet, priusquam illò Philippus peruenîret. Quoniam autem in eo utrorumq; itinere sublimes colles ac tumuli intermedij erant, neq; Romani Macedones, neq; uicissim Macedones Romanos, quò tandem iter dirigerent, uidere poterant. Igitur eo die ab utrisq; absoluta expeditione Titus ad locum uenit, quem Eretriã uocant, Philippus uerò ad fluuium Onchestum: atq; ibi castra locãt, sic ut neutra pars alterius castra sciret. Sequenti die progressi, Philippus ad Melambium Scotusæorum, sic dictum, consident: Titus uerò circa Thetidium Pharsaliæ. & hîc quoq; alteros alterorum castra latent. Obortis autem imbribus ac tonitruis eteſijs, sic contigit uniuersum aera nebulosum factum, sequenti die, sub matutinum tempus incumbere terræ, ut propter irruentem strepitum ne ea quidem quæ ante pedes erant, uideri possent. Philippus tamen ad id quod propositum erat connitens, motis castris cum omnibus copijs circuibat: molestia uerò ac difficultate itineris propter nebulam impeditus, parum spacij superauit, & exercitum quidem uallo inclusit. Phedriam uerò misit, illiq; mandauit, ut fastigia interiacentium collium occuparet. Titus uerò, castris circa Thetidium locatis, cum de hostibus quo'nam loco essent hæsitaret, decẽ cohortes, & ex robustioribus circiter mille seligit, & ad hoc præmittit, ut diligenter inuestigaturi regionẽ ingrederentur. qui etiam tanquam ad fastigia collium progressi, ignoranter incidunt in Macedonum stationem, propter eius diei obscuritatem. Illi itaq; parumper initio perturbati, utrinq; paulo pòst confligere inter se tentant. Mittunt aũt & ad Imperatores utriq;, illisq; quid acciderit significãt. Quoniã uerò in ipso conflictu Romani à Macedonũ statione premebãtur & periclitabãtur, ad castra sua mittunt, & ut succurreretur petunt. Titus adhortatus Aetolos, qui cũ Archedamo & Eupolemo erant, & duos ex suis militũ Tribunos, unà cũ quingentis equitibus & duobus peditum millibus mittit. Hi cum ad eos uenissent, qui initio uelitari pugna dimicabant, cõflictus ille confestim aliam dispositionem sortitur. Romani siquidem fiduciam propter auxilij accessionem cõsequuti, duplo redebãtur ad pugnandum robustiores. Macedones aũt, quamuis adhuc strenuè sese defenderent, pressi tamen & armis grauati, ad fastigia collium refugientes, ad Regem auxilij gratia mittunt. Philippus uerò, quoniam haud fieri posse speraverat, ut eo die iustus & catholicus cõflictus fieret, propter causas iam dictas, quamplurimos è castris pabulatum emiserat. Cum autem quæ acciderant ex illis qui missi fuerant audisset, & nebula iam euanuisset, Heraclidem Gyrtonium, qui equitatui Thessalico præerat, & Leonẽ Macedonici equitatus magistrum hortatur, & mittit. Simul autem mittit & Athenagorã, cũ omnibus stipendarijs, demptis Thracibus. Cum isti uenissent ad eos qui in statione erant, & graues uires Macedonibus accessissent, imminent hostibus, & Romanos uicissim à collibus arcent. Erat autem maximum impedimentum, quo minus hostes prorsus in fugã uerterentur, ex dexteritate equitum Aetolicorũ. Illi siquidem admodum alacriter & confidenter pugnabant. Aetoli nanq; quantum pedestribus copijs armaturaq; & dispositione ad catholica certamina impares existunt, tantum equestribus ad particulares & separatos congressus faciendos reliquis Græcis præstant. Quapropter & tunc accidit, ut quoniam illi hostium impetum remorati fuerant, nõ statim ad planiciem uenire possent, sed parumper conuersi subsisterent. Titus uerò cum nõ modò robustiores & equites inclinare, sed & propter illos & reliquas copias omnes consternati cerneret, uniuersum exercitum educit, & aciem instruit ad colles. Eo autem temporis articulo ex statione Macedonum alij post alios properanter ad Philippum excurrunt, illiq; acclamãt dicentes: Rex, fugiunt hostes, ne occasionẽ hanc negligas: non expetunt nos Barbari: dies hic tuus est, tuũ est præsens hoc tẽpus, atq; hoc

pacto

pacto Philippum, quamuis locorum situs ipsi nõ probaretur, ad prælium prouocant. Etenim prædicti colles (uocant eos capita canum) & asperi sunt, ac circumquaq; prærupti, adhæc & satis sublimes. Quocirca & Philippus, cum locorum difficultatem præuidisset, initio haud quaquã se pugnæ parabat: tum uerò propter excellentem nunciorũ fiduciam prouocatus, exercitũ uallo iubet educere. Titus uerò cunctas suas copias ex ordine disponit ad pugnam, & simul incumbit illis qui pugnæ præludia faciebãt, & acies circueundo hortatur. Erat aũt illius adhortatio breuis quidem, at dilucida, & perceptibilis audientibus. Perspicuè nanq; causam ipsam ob oculos ponens, ad milites suos dicebat: Nõ sunt isti Macedones, ò uiri, quos uos, cũ in Macedonia fastigia ad Heordæam occupassent, ex prospectu propulsatos unà cũ Sulpicio, ad loca sublimiora eiecistis, & multos illorum occidistis? Nõ hi Macedones sunt, quos uos cũ in Epiro loca difficilia, quę nullã accedendi spem faciebãt, occupassent, uirtute uestra eiecistis, & armis proiectis in Macedoniã usq; fugere coegistis? Quomodo igitur cõuenit, ut eosdem iam timeatis, quibuscum ex æquo dimicaturi estis? Ad quid aũt præcedentia gesta respicienda proponuntur, nisi ut propter illa iam quoq; confidenter dimicetis? Quapropter ò uiri, adhortantes, uos mutuò, contendite ad prælium animo forti. Persuasus enim sum, uolentibus dijs, huius pugnæ finem cõsestim præcedentia prælia conclusurũ. Titus itaq; cũ ista dixisset, dexterã partẽ exercitus in loco manere iubet, illiq; heluas præponit: sinistra uerò cum robustioribus assumpta, hostes magno animo aggreditur. Qui uerò ex Romanis pugnã priores orsi fuerant, cum accessionem pedestriũ copiarũ accepissent, conuersi urgebant hostes. Philippus cũ eo temporis articulo maiorem exercitus sui partem ante uallũ in acie disposità esse cerneret, ipse quidem acceptis ad se scutatis, & dextera phalãge, progredit, ac properè tumulos cõscendit. Nicanorę, quem Elephantẽ uocabãt, præcipit, ut reliquã exercitus partem eue stigio sequi iuberet. Mox aũt ubi primi superiora loca attigerunt, obiectis scutis aciem defendit, & fastigia occupauit. Macedonibus enim admodũ Romanos utroq; latere collium reprimentibus cacumina illorum desolata apprehendit. Cum aũt adhuc dexterã exercitus partem ohuallaret, aderant stipendiarij fortiter ab hostibus pressi. Etenim cũ Romanorũ robustioribus accessissent uiri graui armatura instructi, sicut & antea dixi, & in cõflictu illis succurrerent, horũ auxilio ueluti quodã põdere accepto, hostes grauiter urgebãt, & multos occidebãt. Rex uerò initiõ cũ adesset, & fortiũ prælium haud procul à castris hostiũ abesse cerneret, exhilarabat: rursus aũt cũ suos inclinare & auxilio indigere uideret, coactus est illis succurrere, & eo temporis articulo de tota rerũ summa periculũ facere: quamuis adhuc quãplurimæ partes aciei in itinere existerent, & ad colles accederent. Acceptis autem certatoribus, illos quidem cunctos ad dextrum cornu tã pedites q; equites, ordinat: scutatis uerò & phalangitis præcipit, ut densitatem ordinũ duplicarent: & ad extrã densati cõtenderent. Quo facto, cum iã hostes præ manibus essent, phalangitis, qui hastas demiserãt, præcipit ut eas subrigerent, & fortioribus cõmiscerentur. Eodem aũt temporis articulo Titus, cum eos qui primi pugnauerãt ad interstitia signorum recepisset, hostibus congreditur. Initoaũt utrinq; conflictu, cum uiolentia & clamore excellenti, conclamantibus utrisq; partibus, etiã illis qui extra pugnã erãt, certantes inclamantibus, reddebatur pugna horribilis, & uim certaminis exprimebat. Igitur dextrũ quidẽ Philippi cornu splendidè se in eo prælio gessit, utpote quod & è sublimiori loco in hostẽ irrueret, & grauitate aciei præstaret, denicq; uarietate armaturæ ad præsentẽ pugnã plurimũ præstans: uerũ reliquæ exercitus illius partes, aliq; hærebãt ex interuallo dimicãtib. hostib. aliq; ad sinistrã superatis iã primũ colliũ fastigijs apparebãt. Titus uerò, cũ suos impressionẽ phalãgis hostiũ ferre nõ posse, & eos qui ad sinistrã erãt reprimi, aliosq; iam perire, alios pedetentim secedere, in dextera uerò parte reliquã esse salutis spẽ uideret, cõsestim ad illos properat, & aciẽ hostiũ cõsiderat. Cũ aũt alios pugnãtibus succedere, alios ex collib. demũ descẽdere, rursus alios adhuc in fastigijs colliũ

stare cerneret, prælocatis beluis signa ducit in hostē. Macedones uerò cum nec classicum admonitorē haberent, neq; constitere & rectam phalangis formā recipere possent, cùm propter loci difficultatē, tum quòd certantes consequendo prosectionis & non acieī speciem haberēt, nec amplius cominus cū Romanis pugnare daretur, sed per beluas perterrefacti, & à se inuicē diuulsi essent, inclinabāt. Igitur ex Romanis cōplures insequebantur illos, & occidebant. Ex chiliarchis autem unus qui cum istis erat, & signa non amplius uiginti habebat, eo temporis articulo, considerans quid fieri deberet, plurimum ad hoc contulit, ut plena uictoria reportaretur. Cū enim eos qui cum Philippo erāt reliquos frequenter adoriri, & sinistrum Romanorū cornu pondere suo grauare cerneret, relictis illis qui in dextero cornu uincebāt, manifestè in eos qui laborabant conuertitur, & à tergo aggrediens retro irruit in Macedones. Cum aūt Phalangitæ nullo iam usu esse possent, & utrimq; prælïarentur, imminebat ille à tergo, & obuios occidebat, cum nō esset qui succurrere posset, donec proiectis armis fugere cogerentur Macedones, quos fugientes & in faciem inclinantes premebat. Philippus uerò quamuis initio, sicuti dixi, ex sua parte coniectura facta uictoriam sperauerat, tum uerò, quoniam Macedones subitò arma proijcere, & hostes à tergo irruere cernebat, statim è pugna secessit cum paucis equitibus & peditibus, totā prælij summā cōsideraturus. Cū aūt Romanos inter persequendū sinistrū cornu ad fastigia colliū iam appropinquaturos cogitaret, in id incūbit, ut quāplurimos ex Thracibus & Macedonibus ex tēpore colligeret. Titus uerò cum fugientes insequeretur, & sinistros adhuc Macedonū ordines colliū cacumina aggredi deprehenderet, substitit, eo quòd hostes erectas hastas tenebant, id quod Macedones facere solēt, quando uel se dedunt, uel ad hostes transeunt ac deficiūt. Post uerò cum causam eius quod accidebat cognouisset, suos cohibuit, parcere uolens metu perculsis. Verùm dum Titus adhuc ista cogitat, aliqui ex præcedentibus, è sublimi irruentes, manus illis injiciunt, & plures ex illis interimunt, pauci tamen armis proiectis effugiunt. Igitur prælioisto undiq; finito, & Romanis uictoriam obtinentibus, Philippus Tempe uersus abscedit: & primo die ad turrem Alexandri dictam peruenies, ibi pernoctat: sequenti ad Gonnos progressus, eo loco manet, ubi in Tempe ingressus est, uolēs eos expectare, qui fuga seruati essent. Romani uerò cum aliquousq; fugientes insequuti essent, alij mortuos spoliant, alij captiuos congregāt, plures ad diripiendum hostium castra seruntur. Vbi hic Aetolos ante ipsos ad prædandum castra irrupisse deprehendunt, putātq; se priuari emolumentis ad se pertinentibus, incipiūt accusare Aetolos apud ducem, ac de eo cōqueri, quod ipsis quidem discrimina & molestiam præliandi imposuisset, emolumentum uerò alijs concessisset. Actum quidem ad castra sua reuersi quieuerunt. Sequenti die congregant captiuos, & reliqua spolia coaceruant: deinde expeditionem Lariſſam uersus faciunt. Ceciderunt autem ex Romanis circiter septingentos, Macedonū uerò occisa sunt octo millia, capti haud pauciores quinq; millibus. Itaq; prælium hoc inter Philippum & Romanos quod in Thessalia ad capita ca num gestum est, hunc habuit exitum.

De discrimine armaturæ Romanorum & Macedonum.

Libro sexto pollicitus sum, facturum me collationem armaturę Romanorū & Macedonum, & consimiliter dispositionis acierū utrorumq;, quomodo à se inuicē discrepent, & alij inferiores, alij superiores habeant: eam nunc pollicitationem opere adimplere conabor. Quoniā enim acies Macedonū præcedentibus temporib. experimentū de se ipsa præstitit, dū & Asianicos & Græcorū exercitus deuicit, & Romana acies tā Aphricanas q; Europæ Hesperias gētes omnes superauit: nostris uerò temporibus haud semel tantum, sed frequenter acierum istarū & uirorū quoq; facta est collatio, commodū & utile fuerit, differentiā quoq; utrorumq; inuestigare: & quid rationis sit, quòd Romani uincūt, & in bellicis certaminibus priores reportāt: ne dū fortunę hoc tribuimus, sine ratiōe felices uocemus uictores, quēadmodū uani homines solēt: sed cognitis

ueris

ueris causis secundum rectam rationem laudemus & admiremur hosce imperatores. De prælijs, inter Hannibalē & Romanos gestis, ac de illorū detrimentis haud opus est ut plura dicantur. In illis nanq; neq; armaturæ, neq; constructionis acierum uicio, sed propter Hannibalis dexteritatem & industriam detrimenta passi sunt Romani. Declarauimus autē illud, ubi de ipsis prælijs mentionem fecimus. Confirmat autē sententiā nostrā primū ipse belli finis. Etenim ubi ducem nacti sunt Hannibali parem, cōsequenter etiam mox euasere uictores. Deinde & illud, quod ipse Hannibal priorem suam armaturā reprobando, mox atq; Romanos primum uicisset, copias suas Romanis armis instructiores reddidit: illisq; inde ab initio usurpatis, etiā in posterū usus est. Et Pyrrhus nō modò armis, sed & copijs Italico more institutis usus est, dum uicissim signū & cohortem phalangicam contra Romanos pugnando constituit. Verùm ne sic quidē uictoriā obtinere potuit, sed semper aliquo pacto dubius utrisq; prælij exitus fuit. De illis quidem opus esset primùm loqui, ne quid nostræ uidere tur aduersari sententiæ: uerùm aggrediar propositā collationem. Quod quidē si propriam suam dispositionem & uires phalanx habuerit, nihil illi ex aduerso obsistere, aut impetum illius ferre possit, ex multis documentis facile cognoscere licet. Etenim cum uir armatus in ipsa concertationis densitate tribus pedibus firmus perstat, magnitudo aūt hastarum secundum primam basim sedecim, secundum conuenientiam autem ueri ac recti quatuordecim cubitos habet, & ex illis quatuor per spacium intermanuarium & æquilibriū posterioris partis, dum in procinctu stat, adimuntur: manifestum est, quod decē cubitis hasta necessariò ante cuiusq; armati corpus præmineat, quando ambabus manibus in hostem libratur. Hinc aūt accidit, ut aliæ hastæ ante secundam & tertiā, ac quartam, aliæ quintam seriem eorum qui præcedunt in acie, duobus cubitis præmineat, siquidem phalanx proprietatem & densitatem suam, secundū ordinē & retro & à latere stantium habuerit. Sicut & Homerus indicat, cū dicit, Scutū firmat scutū, galeā galca, uir uirū, stringunt galeæ equino crine ornatæ, splendidis conis nutantes, ut densi inter se consisterent. Cum ista aūt rectè ac uerè dicantur, liquet necesse esse, ut hastæ ante singulos antestantes in phalange, duobus cubitis differentibus inter se & secundum longitudinē præmineāt. Hinc facile ob oculos potest totius phalangis aggressus & impressio poni, qualis nā illa sit, & quas uires habeat, cum densitas illius sedecimano numero comprehendatur: è quo qui hastis quintam seriem iugatorum excedunt, nihil possunt præstare in conflictu. unde nec uiritim impressionem & congressionem faciunt, sed humeris suis antestantium reclinationes ac respirationes sustinent, ad hoc ut locus uerticis in acie firmus persistat, & hastarum densitate omnia illa iacula repellunt, quæ antestantes superegressa in eos ferri possunt, qui à tergo consistunt. deinde & mole corporum antestantes, sic progredi do urgent, ut uiolentam impressionem reddant. Est autem impossibile, ut antestantes retro sese uertant. Cum eiusmodi sit phalangis & generalis & particularis constitutio, dicendum sanè fuerit per oppositionem & de proprietatibus ac differentijs armaturæ Romanorum, & totius structuræ acierum. Stant itaq; & Romani tribus pedibus unà cum armis. Inter pugnandum uerò uiritim mouentur, propterea quòd corpus suum quisq; scuto tegit, & semper unà mouet, dum pugnandi est occasio. Machæra aūt per translationē & distinctionem dimicant: unde manifestum est, habere uiros illos inter se spacium aliud & interstitiū, ad minus trium pedum inter adstantē, & retrò stantē siquidē cōmodè & conuenienter lint dimicaturi. Et hinc accidit, ut Romanus unus duorum antestantiū ex phalangitis spaciū stando teneat, sic ut decem hastis occurrendum illi sit, & congrediendum: quas nec cedens quidem unus, si in manus eas sumere uoluerit, facile tenere uel cohibere poterit, & his qui antestant in acie copiæ à tergo bærentes, nihil uel ad uim inferendam, uel ad gladiorum usum conferre queant. Vnde facile conijci potest, impossibile esse, ut quisquam à fronte impressionem phalangis ferre queat, si quidem, ut

antea dixi, proprietatem suam ac uires retineat. Quæ causa est igitur, quod Romani uincũt? & unde est, quòd qui phalangibus utuntur, spe uictoriæ frustrantur? Hinc uidelicet, quod acies Romana in prælio infinita habet & loca & tempora ad usum pugnandi accommoda, phalanx uerò unum duntaxat & locum & tempus & genus habet, quibus usui esse potest & commoda. Itaq; si qua fuerit aduersarijs necessitas incidere in tempora & loca phalangis, quando de tota prælij summa faciendum est periculum, probabile est eos semper habere superiores, qui phalangibus utuntur. Si uerò declinari poterit (est autem hoc facile factu) quàm non terribilis erit prædicta aciei constitutio? Et præterea liquet, phalangem opus habere locis planis ac nudis, adhæc nullas remoras habentibus, ut sunt fossæ, salebræ, conualles, tumuli & aluei fluuiorum. Nam hæc omnia aciem impedire ac dirimere possunt. Est autem, ut sic dicam, propè impossibile, ut loca uiginti stadiorum, nedum plurium, inueniantur, in quibus nihil horum occurrat. Certè rarum est, id quod nemo negauerit. Sed esto, inueniantur eiusmodi loca. Iam si hostes in illa non ueniant, sed prætergredientes uastent & ciuitates & regionem sociorum, quod nam erit huiusmodi aciei emolumentum? Nam si in locis sibi commodis manserit, amicis succurrere non poterit, imò ne seipsam quidem seruare. Commeatus enim & subsidia amicorum, ab hostibus facile intercipiuntur, sicubi præter negocium loca sub dio patentia occupauerint. Si uerò locis sibi conuenientibus relictis aliquid exequi uoluerit, manibus hostium exponitur. Imò etiam si quis in patientia & plana loca descenderit quidem, baud tamen uniuersum exercitum impetui phalangis uno & eodem tempore obiecerit, sed parumper prælij tempore declinauerit, facile cõiici potest ex eo quod nunc Romani faciunt, quid futurum existat. Haud enim ex uerbis nostris coniectura eius quod dicimus, sed ex ijs quæ iam fiunt, sumẽda uenit. Haud enim aciem sic ex æquo conserunt, ut cuilibet exercitui simulac frontatim congrediantur, sed pars stationem continet, pars congreditur hostibus. Cæterùm, sicubi phalangitæ presserint eos qui ipsis congrediuntur, si ab illis repressi fuerint, soluitur propria phalangis constitutio. Etenim siue insequantur secedentes, siue imminentes fugiant, reliquas exercitus partes deserunt. Quo facto, permissum est interuallum hostibus imminentibus, & locus, quem illi ad hoc obtinuerant, ne in faciem amplius irruerent, sed ex transuerso per obliquum & à tergo irruentes phalangitis succurrerent. Verùm si quando facile fuerit, ut & tempora & prærogatiuæ dictæ aciei seruentur, phalangis uerò tempora seruari nequeant, quomodo non probabile est magnam esse rectæ constitutionis præteritorum differentiam. Ad hæc per omnis generis loca progredi, & castra locare necessarium est illis qui phalange utuntur: deniq; & commoda loca occupare, obsidereq;, & rursus obsidionem ferre, etiam præter opinionem in conspectum hostiũ prodire. Nam hæc omnia in bello requiruntur, & ad uincendum momenta aliquando uniuersalia, nonnunquam aliàs magna cõferunt: in quibus omnibus acies Macedonum difficilem habent usum, nonnunquam & nullum: propterea quòd phalangites nec unà cum ordine nec uiritim usui esse potest: Romana uerò acies utilis ad ista existit. Etenim quisq; Romanus quando semel armatus ad pugnandum accesserit, cuiuis & loco & tempori, & ad quamuis irruptionem est accommodus, & eandem ubiq; dispositionem habet, siue in genere cum omnibus, siue ex parte, uel collatis signis, uel uiritim sit dimicandum. Vnde etiam, quoniam commoditas pro parte pugnandi plurimum excellit, plurimum accidit ut finis prælij magis Romanorum quàm aliorum uotis respondeat. De his itaq; necessarium duxi pluribus commemorare, propterea quòd hoc ipso tempore multi Græci incredibile esse putant, quòd Macedones uincantur: deinde & multi hæsitant, qua de causa, & quomodo, phalangis constitutio Romana uincatur armatura.

Philippus itaq; cum eo certamine cuncta pro uiribus tentasset, & tamen uictoria prorsus fraudatus esset, acceptis quàm poterat illorum plurimis, qui è prælio

è prælio euaserant, ipse quidem per Tempe in Macedoniam properauit. Lariſſam uerò ſtatim altera nocte poſt prælium ſatellitem quendam miſit, cui in mandatis dedit, ut regias literas dilaceraret, ac igni traderet, rem faciens Rege dignam, nempe quod ne in rebus aduerſis quidem eius quod faciendum erat oblitus ſuit. Sciebat enim, multas ex eo fore hoſtibus occaſiones cùm aduerſum ſe, tum contra amicos, ſi Romani commentarijs potirentur. Et alijs forſan hoc accidit, quod rebus proſperis poteſtatẽ humana moderatione ferre nequiuerint, caſus uerò aduerſos religioſe & cordatè tulerint: id quod & potiſſimum circa Philippum uſuuenit, quod manifeſtum erit ex ijs quæ conſequenter dicentur. Etenim quemadmodum conatus illius ad id quod decebat tendentes perſpicuè declarauimus, ac rurſus immutationem ad deteriora, quã do, propter quid, & quomodo illa facta ſit, & geſta illius euidenter demonſtrauimus, eodem pacto & reſipiſcentiam illius & ſolertiam, ſecundum quam fortunę detrimento immutatus, prudentiſſimè illis ſe temporibus geſſerit, explanare oportet. Titus uerò poſt pugnam competenter exequutus, quæ & captiuos & ſpolia concernebant, Lariſſam mouet.

Fragmentum obiter ac temerè inſertum.

Quoniam ijſdem & per eadem cuncti inhiamus, non poterimus finire dementiam. Hoc enim ſocordiæ genus iam ſæpenumerò in multis extitit. Et quod apud alios quidem locum habet, mirabile non eſt: quod uerò apud illos, in quibus maliciæ huiuſmodi ſons eſt, alia eſt cauſa, quod non promptè ſuccedit illud apud Epicharmum ſcitè dictum: Vigila, & diffidendum eſſe memor eſto. Eſt hæc animorum coniunctura.

De conuentu quodam Antiochi ac Romanorum.

Per id autem temporis cum Decemuiris uenerũt Publius Lentulus ex Vargylijs, Lucius Terentius & Publius alius ex Thaſſo. Cum autem horum aduentus Regi cõſeſtim nunciatus eſſet, cuncti paucis diebus Lyſimachiam congregantur. Conſequuti ſunt aũt & Hegiſianactes ac Lyſias, ad Titũ eo tẽpore miſſi. Itaq; colloquia priuata Regis & Romanorũ tandem ſyncera erant & humana. Poſtea uerò cõmuni conſeſſu de ſumma rerũ habito, aliam diſpoſitionẽ res iſtæ conſequutę ſunt. Lucius enim Cornelius petebat, ut Antiochus ciuitates illas omnes cederet, quas ſub Ptolemæo conſtitutas in Aſia cepiſſet. Illis uerò quæ ſub Philippo fuiſſent, aſſerebat ſe ceſſurum ſedulæ. Eſſe enim ridiculum, ut præmia belli contra Philippum geſti, Antiochus ſuperueniens auferat. Hortabatur etiam, ut liberis ciuitatibus abſtineret. Prorſus autem mirum uideri dicebat, quã nam ratione cũ tot pedeſtribus pariter & nauticis copijs tranſiſſet in Europam. Haud enim aliud rationis ab illis cogitari poſſe, qui rem rectè reputent, quàm quod Romanis bellum inferre uoluerit. Itaq; Romani cum iſta dixiſſent, ſilebant. Rex uerò primùm mirari ſe dicebat, qua nam ratione ſecum diſceptarent, propter ciuitates Aſiæ. Hoc enim magis omnibus cõuenire quàm Romanis. Deinde orabat, ne prorſus aliquid ipſi rerum Aſiaticarum uſurparent & ſeruarentur. Neq; enim ſe quicquam inueſtigare eorum quæ ſunt in Italia. Europam autem ingreſſum eſſe ſe cum exercitibus, ut ciuitates Cheronneſi & Thraciæ recuperaret. Eorum enim locorum principatum omnium potiſſimum ad ſe pertinere. Fuiſſe nanq; potentatum illum initio Lyſimachi: uerùm cum Seleucus bellum illi intuliſſet, ac prælio uictor factus eſſet, uniuerſum Lyſimachi regnum haſta acquiſitum in poteſtatem Seleuci ceſſiſſe. Poſt maiorum autem ſuorum tempora Ptolemæum primùm ea loca abrepta ſibijpſi uindicaſſe, deinde idem feciſſe Philippum. Se uerò iam illa recuperare, non Philippi, ſed ſuis ipſius temporibus ſeſe accommodantem. Lyſimacheos uerò præter rationem à Thracibus uaſtatos, ſine Romanorum ſe iniuria reducere, & in ſedes ſuas collocare: facere enim id ſe, non ut Romanos bello aggrediatur, ſed ut Seleuci rebus miſericordiam eam impendat. Liberas autem Aſiæ ciuitates non debere iuſſu Romanorum, ſed per ſuam gratiam libertate potiri. Quod Ptolæmeum concernat,

aiebat se gratificari illi ex animo. Iudicare nanq; se non amicitiam modò, sed & summam necessitudinem unà cum amicitia cum illo se esse pactum. Cum autem Lucius arbitraretur debere uocari Lampsacenos & Smyrnæos, illisq; concedi ut loquerentur, factum est illud. Venerunt autem à Lampsacenis Parmenio & Pythodorus, à Smyrnæis uerò Cœranus. Cum isti libere disserrent, indignatus Rex quòd rationem de controuersia ipsorum coram Romanis dare uideretur, Parmenionis orationē interrumpens, Cessa, inquit, tam multis hic. Non enim, coram Romanis mihi, sed coram Rhodijs cū aduersarijs disceptare lubet. Et tum quidem hoc pacto sine ullo consensu conuentū soluerunt.

Aliud fragmentum.

Facta audacia & præclara appetu..t quidem multi, aggrediuntur aũt pauci. Atqui præclaras admodum occasiones habuerunt Scopas & Cleomenes ad congrediendum & audendum. Nam ille quidem cum comprehensus esset, in eandem spem concludebatur, quæ erat domesticorum & amicorum ipsius: uerùm ne illam quidem saluam reliquit, sed quàm fuerit impotens, id comprobauit, quòd recte mortuus est, qui turpiter uiuere maluit. Scopas uerò, cum uires graues cooperatrices, & occasionem quoq; haberet, utpote Regis adhuc pueri existentis curam gerens & consiliarius, comprehensus tamen est: Nam cum Aristomenes amicos eum in domum suam congregasse, & cum illis consultare sciret, missis satellitibus uocauit eum ad conuentum. Hic autem usq; adeò demens erat, ut neq; aliquid eorum quæ facienda consequenter erant faceret, neq; à Rege uocatus obedire posset, quod omnium erat stolidissimum & extremum: donec Aristomenes cognita illius uesania milites & beluas circa domum eius locauit, & Ptolemæo Eumenis filio unà cum adolescentibus misso mandauit, ut eum adduceret: & si uolens iret, persuasionibus: sin minus, ui uteretur. Cum hic Ptolemæus domum illius ingressus esset, ac quod Rex Scopam uocaret, significasset, initio quidem non attendit ijs quæ dicebantur, sed & Ptolemæum immotis oculis inspiciens diu sic mansit, quasi minaretur illi, & ueluti audaciam eius admiraretur. Cum autem Ptolemæus confidenter ad eum accederet, ac chlamydem illius apprehenderet, tum eos qui præsentes erant orabat, ut succurrerent. Pluribus uerò adolescentibus illic existentibus, & ingredientibus, & quoniam indicabat quidem domum externe militibus esse circundatam, cedens præsentibus, unà cum amicis sequebatur. Simul autem atque ad conuentum & consessum uenisset, Rex quidem parumper eum incusauit: post Regem uerò Polycrates, qui recens Cypro aduenerat: tandem & Aristomenes. Erat aut autem ea accusatio cætera quidem consimilis illis, quæ antea sunt dicta: uerùm adiectum est prædictis etiam illud, quod amicos ad consultationem congregasset, & quòd à Rege uocatus non obtemperasset. Quorum gratia condemnabant eum non modò quotquot erant in eo consessu, sed & exterorum legati qui præsentes erant. Aristomenes uerò, cum eum accusaturus esset, multos quidem & alios illustres uiros ex Hellade, uerùm & Aetolorum legatos qui fœderis gratia aderant, assumpsit, inter quos erat & Dorymachus Nicostrati filius. Cum isti loquuti essent, respondens Scopas, conabatur quidem aliquid adferre excusationis: uerùm quoniam nemo attendebat propter factorum adsurditatem, confestim in custodiam unà cum amicis ducitur. Aristomenes autem nocte superueniente & Scopam & cognatos pariter & amicos eius ueneno necat. Dicæarchum uerò tormentis ac plagis affectum è medio sustulit, ac competentes de illo ac communes pro Græcis omnibus pœnas sumpsit. Erat enim ille Dicæarchus quem Philippus quomodo fœdera insularum Cycladarum, & ciuitatem Hellespontī infringere præsumeret, uniuersæ classis ducem, ac totius eius negocij præfectum & exequutorem constituerat. Hic cum ad manifestam impietatem emitteretur, non se rem absurdam ac scelestam facere putabat, sed præ nimia dementia & deos se & homines perterrefacturum arbitrabatur. Cum enim ad naues propetaret, duas aras parauit: unam

impietatis,

impietati, alteram iniquitati. Et super illis etiam sacrificauit & ad illas perinde atq; ad dæmones adorauit. Quapropter mihi conuenienti tam coram dijs, quàm coram hominibus supplicio uidetur affectus. Quoniam enim uitam suam contra naturam instituerat, & fato est præter naturam absumptus. Reliquos autem Aetolos, omnes cum ad suos discedere uellent, Rex cunctos unà cum facultatibus suis dimisit. Erat autem Scopæ, cum adhuc superstes esset, insignis pecuniæ auiditas. Nã alios multos auaricia excellebat. Vbi uerò mortuus esset, adhuc magis excelluit propter auri & supellectilis multitudinẽ in ædibus ipsius repertam. Etenim cooperatricem nactus ingratitudinem Charimorti ac temulẽtiam, regnum funditus corrupit. Postquam uerò res Aetolorum recte dispositae erant ij qui aulæ præerant, statim ad hoc incumbunt, ut inaugurationem regis, non quòd ætatis maturitas id exposcerer, sed quòd per id statum aliquem regni rebus accessurum putabant, & initium inde futurum ac progressum ad meliora, si Rex liberam rerum gerendarum potestatem accepisset. Igitur magnifico apparatu usi, rem hanc pro regia magnificentia competenter exequuntur. Vsus est autem Polycrates illis ad hunc conatum plurimum esse cooperatus. Hic enim uir cum adhuc iuuenis apud patrem esset, nulli uidebatur in aula posterior, neque quòd fidem, neque quòd res ipsas attinet, etiã coram hoc præsente Rege. Cum enim Cyprus ipsi unà cum reditibus concredita esset, periculoso illo & uarijs discriminibus obnoxio tempore, non modò insulam puero seruauit, sed & magnam illi pecuniarum uim congessit, quam tunc ad Regem ueniens attulit, tradito Cypri principatu Ptolemæo Megalopolitæ. Et cum ob hanc causam magnam simul & potestatem consequentibus temporibus consequutus esset, postea progressu ætatis in uitam obscœnam & sceleſtam exorbitauit. Consimilem autem infamiam sortitus est in ætate prouecta & Ptolemęus Agesander: qua de re, ubi opportunum fuerit, haud grauabor declarare, quantum dedecoris potestatem illorum sit consequutum.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM
in Polybio memorabilium, Index.

Carnanum agri uastantur 191
Acarnanum templum 145
Acedux Hispanorum obsides Romanis prodit 115
Acerræ à Romanis obsessæ 56
Achelous fl. 145
Achæus captiuus ad Antiochum ducitur 227. crucifigitur 228. diadema assumit 177. eius rei gestæ 140. & 177. profectio 180
Achæi ab Aetolis humaniter tractantur 65. Mantineæ contra ius gentiũ obtruncantur 65. nauali prælio ab Illyriis uincuntur 45. quomodo tempora metiantur 134
achæorum clades 63. concilium 21. 154. 190. 132. cõtra Aetolos bellum 57. 122. contra Lacedæmonios bellũ 61. cũ Aetolis societas 60. itẽ cum Messenijs 127. cũ Philippõ amicitia renouatur 132
Achæorũ potentia & autoritas 58. prope Caphias clades 126. respub. 52. 59. 121. reges 59. democratia ibid.
Achaia depopulatur 127
Aciei bifrontis usus 54. apud Ro. distributio 206
Acrocorinthum Antigonus expugnat 63
Acroliſi deſcriptio 124. expugnatio 225
Acuis dux 185
Adherbal Carthag. dux 13. cum Appio prælium nauale 25
Adyn op. Romani expugnant 15
Admãtus Lacedæmoniorũ præſes 130. & eius mors. ibid. & 131
Adrianus eger ab Hannibale depopulatur 109
Adua fl. 55
Aedules plebis qui Ro. creati 247
Aegyptiorum cum Antiocho bellũ unde ortum 194
Aegira op. 142. expugnatur. ibid.
Aegiratum fortitudo militaris 143
Aegium op. 143. 142
L. Aemylius conſul 116. 51. 195. eius contra Gallos res gestæ ibid. & 52
M. Aemilius conſul 8
Q. Aemylius conſul ibid.
Aemylius Paro 79
Aemylij Pauli autoritas 116. ad milites oratio 117. contra Carthaginenſes res geſtæ 18. itẽ contra Illyrios 77. & 78. fortitudo militaris, & mors 120
Aeneæ præcepta militaria 262. 263
Aeſculapij templum 8
Aetna ciuitas à Rom. capta 12
Aetoli ab Illyrijs & Midonijs uincũtur 42. à Philippo & Achæis debellantur 57. Citorienſiũ amicitiã ambiunt 128. Cynetam expugnant 128.
Aetolici belli exordia 131. 132. et 60
Aetolorum ab Antiocho defectio 194. ad Philippũ legatio 132. cõcilium 132. ambitio 61. comitia 136. cum Achæis bellũ 136. item cum Midonijs 42. cũ Philippo pax 193. pugna cũ eodẽ 160. de Achæis uictoria 116. fortitudo 242. 243. & 244. in Achæos impietas 126. cum Lacedæmonijs pax 127. iniuriæ Meſſenijs illatæ 122. in Thermopylarum angustijs res gestæ 261. cõtra Aegyras 143. contra Bactrianos 265. nundini & feſtæ 152. rapinæ 122
Africanum bellum 31. 32. 53
Africa tota à Carthaginenſibus recuperata 41
Africæ limites 85
Africanum bellum quamdiu duraſſit 41
Afri Romanis armis induti contra Romanos pro Hannibale pugnant 119. eorum ciuitates à Carthaginenſibus receptæ 40
Agathoclei uitia 279
Agathoclis res gestæ 179
Agelai Naupactij ad Philippum oratio 193
Agenia 164
Agesilai in Aſiam transfretatio 73
Agones pop. 48
Agrigentũ à Romanis expugnatur 8. 9. eius deſcriptio 240
Agrigentum Carthaginenſes contra Romanos mununt 7
Galli uastant 44
Agricultura apud Elienſes ſtudium 149
Agronis Illyriorum regis res gestæ 42. intemperantia & mors 43
Alcamenis mors 130
Alexander Aetolorum dux in clade interficitur 143
Alexander Macedonum dux 69. eius in Aſiam tranſitus 73. 74. contra Darium res gestæ 180
Alexandri Macedonum regis res gestæ 158. pietas 159. 425
Alexon Agrigentum & Lilybæum à proditione liberat 22. eius in Agrigentinos fides 22
Alliadus Megalopolitanorum tyrannus 150
Allobroges contra Hãnibalem exercitum colligunt 90. eorum cum Hannibale certamen. 92
Alphira op. 150. expugnatur 151.
Alpes Hannibalem aperuiſſe negat Polybius 89
Alpium aſperitas 89. magnitudo 47. 48. niues 92. deſcriptio. ibidem. tranſitus difficilis 84.
Ambracheus ſinus 145
Ambracæ Philippus expugnat 144
Amycle 142 (145
Ammonius Barcæus dux 180
Amphidamus Elienſium dux 149 captus liberatur 151
Ananes pop. 48. in Romanorum amicitiam recipiuntur 55
Andobalis res gestæ 274. ab Aſdrubale defectio 259
Andreas Ptolemæi medicus occiditur 286
Andromachus dux 279. captus, Rhodiorũ precib. liberatur 141
Aenoreſtes Geſſatarum rex 50
Anno, uide Hanno
Antabazanis cum Antiocho fœdus 176
Antalcidana pax 232
Antigonus Gonatas 60
Antigonus moderatè uictoria utitur 158 eius ad Megalopolitanos litera 62
Antigoni contra Cleomenem res gestæ 63. item contra Illyrios 70. cum Cleomene prælium 69. de Cleomene uictoria 70. erga Lacedæmonios humanitas 70. de Philopœmene dicterium 69. in uictos clementia 244. liberalitas 188. laus 61. teſtamentum 154. res gestæ 60
Antiochus magna ſuorum clade uincitur 187. pacem à Ptolemæo petit 188. Seleuciam proditione capit 178. eius ad Achæum legatio 177. cũ Arcadibus ſocietas 181. ad Demetriadem profectio 73. 74. bellum cõtra Ptolemæum 1. de eodem querela 180. contra Bactrianos res gestæ 265. cum Aegyptijs bellum 194. cũ

Attalo

Attalo societas. ibidem. cũ Ptolemæo prælium 187. exercitus 185. in Hyrcaniã expeditio 256 contra Arsacem res gestæ. ibid. in Syria res gestæ 166. nuptiæ. 171. & duces exercitus contra Ptolemæum 185. uita 170. regnum. ibid.

antipatri contra Athenienses res gestæ 241

apaturij Galli res gestæ 140

apelles captus cum filio Corinthũ mittitur 165. falsò ab Arato calumniatur 156. eius contra Achæos indignum factum. 150. cum Leontio & Megalea coniuratio 155. in Philippum libertas 164. res gestæ 152

apollophanis de bello Ptolemæo inferendo sententia 177

apenninus mons 47.48

apollonia in fidem à Romanis accepta. 46. eius agri depopulantur 171

apophthegma Antigoni de Philopœmene 69. Epaminondæ 134

Appius Claudius cõsul. 24. eius ad Drepanũ nauigatio 25. consulatu priuatur 26. Mamertinis mittit auxilia 5. nauali prælio uincitur 26. eius ad Capuam res gestæ 233. 234. & 235. & contra Syracusanos 217. & 223. item apud Lilybæum 24. cum Adherbale conflictus 25. contra Hieronem res gestæ 5. & Carthaginenses. ibidem.

Apollinis templum 161

Aptereorum à Gnosijs defectio. 142

A. Aquilius consul 19

arabia depopulatur 182

arabiæ populi ad Antiochum deficiunt 132

arar Fl. 90

aratus accusatur 126

aratus dux 123.159. falsò ab Apelle calumniatur 154. imperio se abdicat 136

aratus Sicyonius Peloponnensium dux 58. 60. eius res gestæ. ibidem

arati Achæorum ducis ad Cynætham res gestæ 231. ad Achæos oratio 62. encomium 174. res gestæ. ibidem ad Aetolos legatio 114. item ad Philippũ legatio 178. cum Leontio & Megalea dissensio 160. humanitas 65. pigritia 129. res gestæ 190. mors 224

Arbachala ab Annibale expugnatur 76

arcadiæ populositas 57

arcadum à Gnosijs defectio 141. contentio 149. cum Antiocho fœdus 181. mores, pietas in deos & homines 129. musica 129. in educandis liberis studium 129

Archidamus Aetolorũ dux 142. eius res gestæ 222. mors 169

Archimedis tormenta bellica 223

Ardys dux 175

Aretium à Gallis obsessum 49

Argypæa ab Hannibale uastatur 109

argiuorum agri à Cleomene depopulantur 68. item à Lycurgo 136

argiuorum ciuitas capta 63

ariarates Cappadociæ regnum inuadit 211. in regnum paternum restituitur 73

aristocratia 196.197

aristocratiæ principium 299

aristocratis regis proditio 134

aristomachus Argiuorum tyrannus 60. eius mors 67. genus 66. & 67. crudelitas ibidem

aristomenicum bellum 134

ariston Aetolorum dux 123. eius imprudentia 127

aristophantis res gestæ 157

aristoteles Argius 63

armorum bellicorum apud Rom. descriptio 204

armorum splendor in bello ad quid prosit 268

arnereestes manus sibijpsi infert. 54

arsacis res gestæ 256

artabazanis prouinciæ descriptio 176

artemidorus Syracusanorũ rex 4

artes liberales imperatoribus ac belli ducibus quàm necessariæ 237

aselepij templum 249

asiæ limites 35

aspida urbs à Romanis obsessa & expugnata 14. eam recuperare Carthaginenses frustra conantur 18

astrologia belli ducibus quàm necessaria 237. & 238.239

asdrubal 249.250

atabyrium captum 181

athenienſium ducum imprudentia 194. paupertas 67. respub. unde creuerit 212. perierit. ibidem

athenium op. expugnatur 144

Attali cum Antiocho societas 194. res gestæ 185

C. Attilius consul 51. eius in Sardiniam profectio. ibid. eius res gestæ 53. mors ibidem

M. Attilius frustra cũ Carthaginẽsib. pacisciture 15. in prælio contra Annibalẽ occumbit 120

M. Attilius Regulus à Carthag. captus 17. eius in Africam nauigatio 14. æmulatio 15. in Africa res gestæ 15.16

aulice uitæ miseriæ 165

autocrator quis 202

autoricus Gallorum dux à Carthaginensibus uincitur 36. uenit in Carthaginensium potestate 40. eius ad milites contra Cartha. oratio 37. crudelitas 37. & 38. eloquentia 37

agesipolis Lacedæmoniorum rex 135. ab Aetiensib. captus 108

agetas Aetolorum dux 189. eius res gestæ 191

B

Babylonia à Seleuco subacta 173

Babyrthas Dorimacho similis 122 & 123

Baleares funditores 84

Bantia à Philippo capta 195

Bellum quatenus fugiendum 133

Belli feliciter gerendi præcepta 237

Beneuentum ab Annibale depopulatur 110

Berenices audacia 268

Biontidis mors 130

Boij pop. 48. Placentinorum agros depopulantur 86. à Romanis uincuntur 50. eorũ captos Romanorũ triũmuiros Annibali tradunt 101. eorũ agri ab Aemylio depopulantur 54. cum Manlio prælium 86. item cum transalpinis 50. à Romanis defectio 86

Bolidis res gestæ 215

Boodes contra Romanos proficiscitur 10

Bos, locus 138

Bostar Carthaginensium prefectus 113. fallacijs ab Acedice decipitur 113. & 114

Bosphorus Cimericus 137. & Thracius ibidem

Botra urbs capta 161

Bretesinorum ciuitas quando condita

dita 246
Brutianorum agri ab Hamilcare depopulantur. 27. item ab Hannibale 109
Bylazonem Philippus expugnat. 191
Byzantij situs ac fertilitas 136. 138. 139. uectigalia in Ponto exigunt 139
Byzantiorum contra Rhodios & Prusiam bellū 140. cū Rhodijs & Prusia fœdus 141. Vide Constantinopolitan.
Byttacus Antiochi dux 185

C

L. Cæcilius consul 165. eius contra Hasdrubalem pugna 20
Calamæ Lycurgus expugnat. 189
Callisthenis error 280
Calydonia à Philippo depopulatur 246
Cambyli res gestæ 225
Camerinenses à Romanis expugnantur 12
Campani agri fertilitas & amœnitas 110
Canis signum nauigantibus infestum 18
Cannensis clades 119. & 110. 217. 195
Capua obsessa 234
Capuæ descriptio 110. & 111.
Capitolium spolijs Gallorum ornatur 54
Cera quomodo moneantur. 211
Carchedonis situs & M. Carinei mors 43. expugnatio 824. 249. 250. 151
Carpetani ab Hannibale uincuntur 76
Carpetaniorum contra Hannibalē res gestæ 76
Carteia ab Hannibale obsessa 76. & expugnata ibid.
Carthago Hispaniæ ab Hasdrubale condita 46
Carthago noua, regia Carthaginensium in Hispania 76. à Mathone & Spendio obsessa 39
Carthaginis Nouæ situs 86. 34.
Carthaginenses nauigationis peritissimi 10. 215. & 10. Agrigentum contra Hieronē & Romanos muniunt 7. quibus uirtutibus Romanos uincant 215. nauali prælio à Lutatio uincuntur 29. à Ro. uincuntur 266. 14. frumentatores Romanorum capiunt 39. pacem à Romanis petunt 30. pacis conditiones ab Attilio oblatas respuunt 15. Mamertinis suppetias mittunt 4. crudeliter à Spendio & Autarico tractantur 38
Carthaginensium respub. 214. in Hispania imperiū 46. fœdus in Hispania successus 75 tumultus & seditio 31. in Romanos odia 57. contra Ro. exercitus 16. agri à Romanis depopulantur 14. cū Romanis conflictus 8. 9. cum Romanis prælium nauale 11. naues 114. à Rom. captæ 18. naues subuersæ 11. cum Hierone fœdus 5. cum Romanis de iure fœderum disceptatio 79
Carthaginensium bellum contra stipendiarios 31. 32. 33. de Spendio uictoria 36. item de Aelio 17. de Romanis naualis uictoria 26
Carthaginensium captiui sine pretio à Romanis dimissi 39
Carthaginense bellum 6
Carthalo Adherbalis præfectus 26. & eius res gestæ ibid.
Castrametationis apud Rom. ratio 206
Castrametationes Græcorū 211
Castrorum Romanorū forma quadrata 206. & 207.
Casarus Gallorum rex 141
Caulonitæ po. 56
Cæsarum & principiorum differentia 73
Ceniadarum arx 145
Cenomani pop. 48
Censorum munus 202
Ca. Centronij propretoris res gestæ 103
Cephalon 224
Cephaleniæ situs 155
Cercidas Megalopolitanorum dux 68
Ceretæ defectio 182
Ceretarum à Gnosijs defectio 141
Chalcedon op. 138
Chalcidicus mons 5
Cherrhonesizus mons 149
Chiensium ad Philippum pro Aetolis legatio 164
Chilonis apud Lacedæmonios res gestæ 131
Chirocratia 200
Chryseis 183
Chrysogoni res gestæ 191
Chlenæ oratio 241
Cimmericus Bosphorus 237
Cissa op. 205
Cisile bellum 82
Cirrhæ rex 14
Chlaos op. expugnatur 165
Clastidium op. ab Hannibale captū 101. ab Insubrib. obsessū 56
M. Claudij contra Gallos res gestæ 56
Cleomenes Agesipolis tutor 135. legitimum imperium conuertit in tyrannidem 61. ab Antigono superatur 70. Archidamum occidit 169. à Sosibio incarceratur 169. æstuē liberatur. ibid. politum patriæ destruit 152. eius ambitio 62. de Arato uictoria 63. petulantia 169. in rebus bellicis prouidentia 69. res gestæ. 167 contra Megalopolitanos 239. ad Argiuos profectio 68. mors 135. 169.
Cleomenicum bellum 6. 61. 64
Cleonymus Hermioniorum tyrannus 60
Cleonici Neupactij res gestæ 195
Clitorienses ab Achæis uexantur 118
Clusium op. 52
Clympes castellum 162
Clypei bellici descriptio 204
Clypei equitum 205
Cnopias Allorites dux 130
Comontorius Gallorū rex Byzantijs bellum infert 139
Congolitanus Gallorum rex 50. eius mors 54
Consularis potestas 202
Cōstantinopolitanæ ciuitatis situs, amplitudo &c. 136. 139. cum Gracis fœdus 139. uide Byzantios
Corcyra obsessa 45
Corcyrensium ad Romanos defectio 46
Cornuum militare 205
Corinthij tyrannide libertantur 60
C. Cornelius consul 19. eius contra Gallos res gestæ 56
Cornu locus 138
Corona aureæ quibus datæ 210
Coruorum, nauium descriptio 12
Coryphæi montis descriptio 177
Cosmopolides 280
Cothon Byzantiorum augur 142
Cremona, colonia Ro. 86
Creonium à Philippo captū 195
Creta à Gnosijs & Gortynijs subacta 146
Cretenses bellicosissimi 114
Cretensium musica 129. respub. unde creuerit 212. & 213. auaritia & lucrum turpe. ibid.

& 216. contra Licios bellum 141. seditiones ibid.
Crinon accusatus,damnatur 161
Crodomata pop. 53
Crotoniatarum felicitas 246
Crudelitatis memorabile exemplum 38
Cuniculorum animalium descriptio 278
C.Curius consul 19
M.Curtius consul 49
Cyclades insulæ à Demetrio depopulantur 127
Cydoniatarum à Gnosijs defectio 142
Cymonis de Xerxe victoria 3
Cyamosorum Fl. 4
Cynethacapta 128.133. incendio vastata 128
Cynethei strangulantur 128
Cynethensiũ res gestæ 127. crudelitas 129.130
Cynethensiũ exulum impietas 128. legati ex Arcadiæ ciuitatibus omnibus pulsi 130
Cyrno insula 277
Cyrtiæ funditores 174

D

Danubij fluxus in mare qualis 237. pectora 157
Dardani Macedoniæ bellum inferunt 146
Darij regis pons 138
Daunia ab Hannibale depopulatur 109
Decius Campanus Rheginorum dux 3
Demetrius Pharensis Illyriorũ dux 62.eius apoph. 255. contra Ro.res gestæ 127.139. erga Romanos ingratitudo 77. imperium 60
Demetrij imperium & mors 73
Demetrij in rebus bellicis temeritas 79. ad Philippum fuga ibid. mors.ibid.somniũ 195. mors 60.73
Democratia 196.197. 159.200
Demodoci res gestæ 190
Desertorum pœnæ 210
Dianæ templũ spoliatur 231.128
Dictator quid à consule differat 109
Dictatores cur Romæ creati 109 uno tempore duo 115
Dimalla à Ro. expugnatur 78
Dioclesab Elensibus captus 161
Diognetus classium præfectus 177. 279. Ptolemæi dux 171. eius res gestæ 181
Dionysius Thrax Ptolemæi dux 280. eius de Græcis victoria 3
Diorex regio 274
Disciplina militaris Ro. 217
Dorimachus ab Elensibus captus 161. Aetolorum dux 150. Babyrthæ similis 122. & 123. captus à Messenijs præda restituit. 123. Elensibus auxilia mittit 155. piratas instituit ut Messenorum ærumenta abducant 121. Scopam in Messenios concitat 115. eius res contra Aegirates gestæ 143. eius mors ibid. in Epiro res gestæ 146. 178. sacrilegia
Drepanum op. 23. expugnatur 29.
Ducis optimi officium 30. 206. 205
Ducis interitu quàm facile exercitus distrahatur. 258
Duces duos Romani bellantes,cur semper elegerint 205
Ductores ordinum ex quo hominũ genere fiant 205
Dura obsessa 174. 180. eius obsidio soluta ibid.
Dydima ab Attalo capta 285
Dymensium agri depopulantur 143.166
Dyrrachium à Romanis obsidione liberatum 46. proditione captum 43

E

Ecbatanarum ciuitatis descriptio 235
Echecratis res gestæ 187
Edeconis res gestæ 253
Eganes pop. 48
Egusa insula 29.22
Elea urbs capta 161
Elephanti Carthaginensium à Roma capti 20. parent Indis præterquam in undis 89. eorum in bello usus 287. apud Romanos terror 20
Eleutherneorum à Gnosijs defectio 142
Elensium agri depopulantur 190 cum Lyco prælium ibid.obsidio 196. fides 115. fuga 147. contra Gallos res gestæ 161
Emporia 80
Enchelenæ à Philippo captæ 195
Epaminondæ Thebanorum Reip. seruator 212. eius factum memorabile 235. sententia 134. mors 134.
Epatus Achæorum dux 156
Eperatus dux 153. 266. principatum deponit ibid.eius ignauia 154. & 155.
Epigenis eloquentia & authoritas 570. mors 174
Epiroterum cum Acarnanibus & Illyrijs societas 44. cũ Messenijs societas 127
Ephorus historicus taxatur 166
Equitum in bello diuisio 205. hastæ 205. clypei.ibid. vestitus ac armatura 208
Erbesum Romanorum horreũ ab Hannone expugnatur 8
Erea oppidum 150
Eridanus Fl. 48
Erimanthus Fl. 147
Ermandica ab Hannibale expugnatur 76
Erycen Iunius expugnat 28
Erycina à Gallis prodita 44. ab Hamilcare capta 28
Eryx mons & oppidum Siciliæ 27
Eua,collis 69
Euboicum talentum 30
Euclides dux contra Antigonum 69. à Philopœmene superatur 69
Euphatis descriptio 245.246
Euriclias Atheniensiũ dux, & eius imprudentia 194
Eurilochus dux 179.285
Euripides dux 128. eius res gestæ 143. 144. 147. 190
Europæ limites 85
Eurota Fl. 232
Excubiæ militares 208
Exercitia militaria à Scipione instituta 254
Exercitus Romanorum contra Gallos numerosissimus 52
Exoletus captus in Corinthum ducitur 265
Experientia rerum ab alijs gestarum quàm utilis 17
Exulum apud Cynethenses impietas 128
Q.Fabius Maximus primus dictator 109. sacrorum causa Romam reuocatur 112. animi moderationis memorabile exemplum 115. eius uirtute Romanorum seruatur exercitus 116. in Apuliam profectio 109. in rebus bellicis prudentia 110. cunctatio, ibidem & 111. 112.

Fabij historiographi mendacia 6
Facularum in bello usus 264
Falisorum cum Romanis bellum 51
Fames in exercitu Spendij & Matthonis 40
C. Flaminius consul 55. 105. pro patria pugnans occiditur. 108. cum Hannibale prælium tumultuarium 107
Fluminum belli tempore traijciendorum ratio 88
Forum prætorium & quæstorium 207
Frumenta militibus pro stipendijs data 211
Fugitiuorum militum pœna apud Rom. 8
C. Fuluius consul 45. eius ad Corcyram profectio 45. contra Illyrios res gestæ 46
Q. Fuluius consul 54
Funebris laudatio cur à Romanis instituta 215
Funeris imago quibus ceremonijs expressa apud Ro. 215
P. Furius consul 55
Furti pœna in castris Ro. 210

G

Gadara capta 182
Galeus Fl. 232
Galatæ humaniter ab Attalo tractantur 185
Galatarum contra Ptolemæum res gestæ 244
Galliæ limites 85
Gallicum bellum 50. 51. eius finis 56
Galli Alpes superant 51. ad amicitiam ab Hannibale inuitantur 105. Tyrrhenos è finibus pellunt 48. à Themiste & Prusia uincuntur 196. Romanorum legatos occidunt 49 Romanos Hannibali produnt 101. & 102. Romam capiũt 3. à M. Claudio uincuntur 56. item à Sempronio ad Trebiam 101. à Romanis 54. 55. pacem à Romanis petunt 55
Galli transalpini 48
Gallorum in bello armatura 119. in prælio clamores 54. inter se conflictus 50. leuitas 102. mollicies 106. 56. 44. crapula & ebrietas 49
Gallorum imperij finis 139. in Hetruriam irruptio 52. ob prædæ diuisionem contentio 102. in Italiam profectio 47. ornamenta 54. armaturæ ibidem & 55. à Romanis defectio 101. cũ Attilio & Aemylio prælium 53. contra Byzantios res gestæ 139
Gallorum Senonum uitæ, natura & ingenium 48. cõtra Ro. res gestæ 49. cum Rom. fœdus ibid.
Gerfieris res gestæ 182. 183
Gelonis liberalitas 183
Geometria belli ducibus quàm necessaria 237. & 238. & 239
Geprum op. captum 182
Germanorum ebrietas unde 49
M. Gerineus primus Peloponensis dux 60
Geryonem op. Hannibal expugnat 114
Gesco à seditiosis militibus captus, & in uincula coniectus 31. crudeliter ab hostibus tractatur 38. eius ad milites seditiosos oratio 32. pietas in patriam 31. in Africa res gestæ 51
Gessatæ pop. 50
Gnosij Rhodijs bellum inferunt 141. eorum cum Gortynijs fœdus 141
Gorgylus Fl. 69
Gortyniorum dissensio 141. cum Gnosijs fœdus 141
Græca fides 216
Græcia Magna 58. 121
Græciæ libertas 71
Græcorum laus 135. tumultus 58. in bello castrametationes 212. cum Constantinopolitanis fœdus 139

H

Hamilcar Barca Carthaginensium dux 27. 15. nauali prælio à Rom. superatur 14. eius apud Tyndaridas prælium nauale 13. contra Libyes res gestæ 40. item contra Romanos res gestæ 11. 13. contra Romanos stratagema 13. cum Hannone contentio 38. reconciliatio 41. in bello Siculo res gestæ 75. cum Rom. pax. ibid. in dimittendis captiuis benignitas 37. in Hispaniam profectio 43. & in eadem res gestæ. ibid. & 42. in hostes captos crudelitas 38. in Sicilia res gestæ 27. prudentia & fortitudo 31. studiũ in re bellica 30
Hannibal à Carthaginensib. captus crucifigitur 11. 12. 40. Antiocho semper suspectus 75
Hannibal ars admotus, iurat in Romanorũ perniciem 75. captiuorũ spectaculis docet suos, fortiter pugnandum esse 95. Clastidiũ proditione capit 102 laruatus ignotus inter hostes ambulat 105. oculis laborans elephanto uehitur 106. Pyrenæos montes superat 87
Hannibal Rhodum à Romanis captus 24. nauigandi peritissimus 23. eius fortitudo 23
Hannibal Romam inuadit 235. strenui ducis exemplum 78. eius ad Adherbalem nauigatio 23. ad Cannas uictoria 217. ad suos milites cohortatio 88. 95. adolescentia insignis 57. & in Ro. odium. ibid. contra Romanos expeditiones 8. & 9. cõtra Tarentinos res gestæ 228. 229. 230. 231. cum Allobrogibus certamen 91. cum Scipione prælium ad Ticinum 96. de Romanis ad Cannas uictoria 119. 120. uictoria ad Trebiam 104. de Ro. in Tuscis uictoria 192. in Italiam profectio 86. per Pyrenæum montem. 87. per Rhodanum. ibid. in Romanos crudelitas 109. & in Saguntinos 74. in Tusciam profectio 106. in uictos Romanos clementia 102 laus 258. periculosa per Alpes profectio 91. prælium cum Ro. ad Thrasimenũ 107. stratagema contra Roma. 111.
Hanno à Cornelio uincitur 105. & in prælio Agrigentino 13. eius crudelitas in captiuos 58. ad Hieronesium profectio 29. contra Romanos res gestæ 13. imprudentia in reb. bellicis 34. in Siciliam nauigatio 8. pro Vticensibus res gestæ 54.
Hastæ equitum 205
Hastati milites 204
Hasdrubal Carthaginensium cõtra Ro. dux 15. eius ambitio 74. contra Cæcilium res gestæ 20 contra Scipionẽ res gestæ. 259. 260. 161. 272. fuga 273. eloquentia, laus, res gestæ, fœdus cum Romanis 77. in Hispania res gestæ 46
Hasdrubalis mors 76. 57. 266
Hecatompylon op. 256
Heliadum lachrymæ 48

Heratondorus Byzantiorum princeps 139
Herculis columnæ 42.85
Herculis cõtra Elienses pugna 143
Herea ab Antigono capta 64
Hermeæ cum Epigine cõtentio 173
insolentia. 176. & mors ibid.
Hermeum Europæ 138
Hermiæ crudelitas 170
Hetruria à Gallis depopulatur 52. & ab Hannibale 107
Hieron Syracusanorum rex, & eius natura & ingenium 4. Carthaginensibus mittit subsidiũ 39. Romanis cõtra Hannibalem mittit auxilia 105. eius æstus 4. cum Appio Claudio prælium 5. cum Romanis pacem 7. de Mamertinis victoria 4. fœdus cum Carthaginensibus 5. imperium quomodo dirutum 72. liberalitas 118
Hippagmum certamen 13. & 14
Himilconis contra Roma. res gestæ 21.
Hippulocus dux 185
Hippolochi defectio 182
Hipponensiũ ad Afros defectio 38 in Carthagi. crudelitas 39. pertinacia 41
Hispaniæ limites 85
Hispaniæ pars à Carthaginensibus recuperata 42
Hispaniense gladium 204
Hispanorũ in bello armaturæ 119
Historia non Tragœdiæ simulis 89
Historia pragmatica 89. quid à Tragœdia differat 64. quo fructu legenda 83. quomodo scribenda 28.127.67
Historia universalis particulari præstantior 83. eius laus 1. leges 89.279
Historiæ universalis usus & utilitas 71.56
Historici munus 74. negligẽtia 30
Historicum quid deceat 64
Homo animal omnium stolidissimũ
Hominis nobilitas 197 (184
Honoris & gloriæ contemptus memorabile exemplum 261
Horatij Coclitis res gestæ 216
Hortorum à Gnosijs defectio 141
Hyppana opp. à Romanis expugnatur 22

I

Iapygia incendio ab Hannibale depopulatur 109. sacrificia 137
Iberi ad Romanos deficiunt 259
Ignium in bello indicia unde 202
Illyricæ ciuitates ad Rom. deficiunt 78
Illyrij Macedoniam depopulantur 70. à Rom. uincuntur 79
Illyriorum seditiones 156. contra Aetolos res gestæ 42 cũ Romanis prælium 78. ad Midoniam nauigatio 42. cũ Achæis prælium nauale 45. contra Epirotas res gestæ 43. cum Romanis fœdus 46
Imago funeris quid 215
Imilcon Lilybæi præfectus 21. Carthaginensium dux 22. Vide Himilco.
Iniuria priuata à publica quomodo differat 133
Indi à Romanis capti 20
Indicia bellica qua arte fiant 264
Insubrũ contra Ro. res gestæ 56.55.
agri à Romanis depopulatur 55
Insula, locus 90
Iouis Atabyrij templum 141. item Olympici. ibid. Dodonæi templũ spoliatur 158. à Dorimacho interficitur 146. Lycij templum 134. Omarij templum cum conditum in Græcia 58
Iouis templum 134. dicatum 80.
Iseas Cersuntiorum tyrannus 59
Issa ab Illyrijs obsessa 44. ab obsidione à Romanis liberatur 46
Italiæ fertilitas 106. descriptio 47
Italiæ maritima loca ab Hamilcare depopulantur 27. ciuitates ab Hannibale occupantur 94
Ithoria op. depopulatur 143
L. Iunius consul & eius contra Carthaginenses gestæ 26
Iuramentum Carthaginensium & Romanorũ 81. Hanibalis 219.
Locrẽsium 279. militare 208. militare apud Rom. 252
Iuramenti formula 81. apud Romanos sanctitas. & Græcos leuitas 216
Iustitiæ principium & finis 198

L

Lacedæmon op. & eius descriptio 161
Lacedæmonij Achæis bellum indicunt 136. ab Achæis debellantur 61. Agesipolim in regem creant 135. ad Leuctras uincuntur 58 eorum auaritia 214. imperium 1. mores 134. musica 129. pollitia 152. respub. 20. qua ratione instituta & cõseruata 114. seditiones 130. regio populosissima 57. contra Xerxem factum memorabile 145. cum Persarũ rege pax 3. ab Achæis defectio 73
C. Lælij & Publij familiaritas 247 res gestæ 248. & 249.
Lampeorũ à Gnosijs defectio 141. cũ Philippo et Achæis societas 142
Laodice Ptolemæo despõsatur 171
Largitiones à Romanis prohibitæ 216
Lagoræ Cretensis res gestæ 178.
Lebinij pop. 48 (219.220
Legio, quot milites contineat 103. & 204
Legiones militum Romanorũ 116 quomodo locentur 206. eorum tabernacula 206. principes æquales 203
Legum necessitas 215
Lemanus lacus 89
Leontius Seleuciæ præfectus 178 in uincula ducitur 165. interficitur, ibid. eius ad Apellem fuga 164. cum Arato dissensio 160. res gestæ 156
Leontinorum descriptio 118
M. Lepidus consul 56
Lepreatarum memorabile facinus
Leptines Hieronis affinis. 4 (151
Leuca ci. Lycurgo expugnata 136
Leuctricum bellum 152
Leuside mors 64
Lex Flaminia 50
Libanus mons 181
Liberi patris ludi 119
Libyæ descriptio 177
Liburnus mons 114
Lilybæum promontorium 22. obsessum 21. à Romanis expugnatum 24.26
Lipare expugnatæ 20.12
Lisi descriptio 224. expugnatio
Lessou fl. 218 (115
Licij expugnantur. 142
Locrensium iuramentum 279. agri ab Hamilcare uastantur 27
Logbasis Selgenses prodit. 185. & 184. eius mors. ibid.
Loius fl. 295
Longanus fl. 4
Luceria ab Hãnibale uastatur 109
Lucifcus Acarnanorũ legatus 242
Lunæ defectus 185
Lustratio quinquennalis 254
L. Lutatius consul. 29. & eius in Sicilia res gestæ ibid.
Lycerta Peloponnensium Rempublicam instituit 58
Lyci Achæorũ ducis res gestæ 190. contra Euripidem 190

Lycurgus Lacedæmoniorum rex 122.155. Lacedæmoniorũ reipub. gubernator 196. legislator 114. Aetolis mittit auxilia 161. Athenium expugnat 144. eius in suam rempub. pietas 100. in Aetoliam fuga 166 leges 152. nomothesia 199. 214. res gestæ 246. superstitio. ibid. contra Messenios res gestæ 161. in rebus bellicis studium. ibid. in Argivorum finibus res gestæ 136
Luctatij fœdus in Sicilia ictum 79
Lygures pop. 48. depopulantur 54
Lysidas Megapolitanorum tyrannus 60
Lysimachus dux 185. eius mors 59

M.

Macedonia ab Illyr. depopulatur 70
Macedonum à Romanis defectio 73. in bellicis rebus experientia 156. seditio 164. contra Cleomenem & Euclidẽ res gestæ 70
Maccila urbs à Romanis expugnata 11
Machera fl. 35
Machanidas debellatur 268. eius res gestæ 261
Mœotis cur continuò effluat 137. ferè repleta arenis 137. eius descriptio ibid.
Magistri equitum munus ac officiũ 109.115
Magnanimitatis laus 261
Magonis laus 103. contra Scipionem res gestæ 250.152.272.103
Maharbalis contra Rom. res gestæ 302
Manertini Carthaginensiũ & Syracus. ciuitates inuadunt 4. uincuntur ab Hierone 4
Manertinorum nomen unde 4. ad Carthaginenses defectio 4
Manertinis suppetias Romani mittunt 5
L. Manlius cõsul 10. eius contra Boios gestæ 86
T. Manlius consul 54. eius in urbem ex Sicilia reditus 15
Mantinea Achæis tradita 124. ab Antigono capta 64
Mantinensium seditio 65. calamitas 67
Marci cõtra Syracusanos res gestæ 212. & 225
Marrucini ab Hannibale depopulantur 109
Marsi ab Hannibale depopulantur 109
Marsya locus 178
Massilienſium cum Romanis societas 112
Mathematicæ disciplinæ ducibus quàm necessariæ 137.338
Matho Afer seditionis amator 33. à Carthaginensibus victus & captus 41. eius contra Carthaginenses res gestæ 40
Medæ descriptio 171.255
Mediocritatis laus 42
Mediolanum à Rom. captum 56
Mediolanensium agri à C. Cornelio depopulantur 56
Megeles damnatur 161
Athenas fugit 165. eius cum Arato dissensio 160. ad Aetolos litteræ 165. in Philippum maledicena. ibid. mors ibid.
Megalopolis 115. eius descriptio 240. à Cleomene capta 64
Megalopolitani Achæos ab Aetolis interfectos sepeliũt. 116. eorũ uirtutes 69. fides & integritas 67. discordia 189. & 190. ad Achæos & Antigonum legatio 61.61
Melancomæ res gestæ 124.225
Melitea ciuitas obsessa 191
Mendaciorum genera duo 285
Menedemus Antiochi dux 279
Menippus grauiter uulneratur 265
Mercurij arx 14
Messana à Campanis uastatur 3. à Carthaginensibus obsessa 5
Messapis ab Hannibale depopulatur 109
Messenij Achæorum amicitiam amittunt 124. Dorimachi instu stu nastantur 112. à Lycurgo fugantur 161. eorũ agri depopulãtur 123. columna in Iouis Lycij tẽplo 154. cum Epirotis & Philippo societas 117. res gestæ 162
Methapa op. expugnatur 160
Metropolis incenditur 145
Miccus Dymensis contra Aetolos pugnat 143
Midonij ab Aetolis obsessi 42. eorum cõtra Aetolos res gestæ 42. concilium 43
Milites cur plumati incedant 204. & 205
Militaris Romanorum disciplina 19.209.110
Militum ignauorum pœnæ 210. stipendia 211. fortiter pugnantiũ præmia 110. gradus ac ordines 204. ornamẽta, armatura. ibid.
Minervæ statua enea 150. templum spoliatur 151
M. Minutius Ruffus primus magister equitum 109. eius ambitio 115. & temeritas. ibid. cõtra Pœnos res gestæ 114. ferocitas, & in rebus gerendis celeritas 110
Mirmix insula 19
Mitionis ducis Athenienſ. imprudentia 194
Mithridatis cum Sinopensibus bellum 142
Molonis defectio 170. res gestæ 171.172. 175. 175. defectio 173. 174. pœnitæ 175. & 176.
Monarchia 196.197.100
Mulierum in Africa cõspiratio 54
Mundi diuisio 85
Mundos muliebres matronæ ad militum stipendia conferunt 34
Murum castellum ab Euripide captum 143
Musicæ utilitas 129
Mutina Rom. colonia 86. à Boijs obsessa ibid.
Mylasita depopulatur 11
Myristratum à Rom. captum 12

N

Naniricum agrum Aetoli depopulantur 192
Narbo fl. 85
Narua Carthaginẽsium fautor 56. eius ad Hamilcarẽ defectio. ibid. pro Carthaginensibus res gestæ ibid. & 59
Naua ciuitas ab Hasdrubale cõdita 46
Naualia Romanorum exercitia 16
Nauigandi artem à quibus Romani didicerint 20
Neapolis capta 19
Neapolitana arx ab Hannibale occupatur 116
Nemæi ludi 192
Neolai in bello Syriaco res gestæ 275
Neptuni templum 168
Nicagore in Alexandriã nauigatio 169 ad Sosibium litteræ. ibid. res gestæ 168.169
Nicarchus Antiochi dux 185
Nicippus 153
Nicolaus Ptolemæi dux 178. eius contra Antiochum res gestæ 181
Nomothesia Lycurgi 199
Nomarchi impietas 245
Numidæ aquatores Romanos uexant 118. Carthaginensiũ agros depopu

depopulantur 15. Romanorũ castra incendunt 101. earũ contra Romanos res gestæ 104. cũ Carthaginensibus conflictus 88. & cũ Romanis 9. in prælio Cãnensi res gestæ 120. in prælio mos & consuetudo 104. labo ris patientes 103

O.

Occasio cunctis rebus dominatur 237. & 238. in bello non negligenda 262.237
Ochlocratia 217
M. Octacilius consul 7
Oenes 133
Oeniade 146
Oleades ab Hannibale uinciũtur 76 eorum fines ab Hannibale depopulantur 76
Oligarchia 196
Olympicum certamen 149
Olympiodorus Byzantiorum princeps 139
Omias Lacedæmoniorum ad Philippum legatus 131
Oniy montes 63
Oratio Adimãti ad Lacedæmonios seditiosos 130. Aemylij Pauli ad milites 217. Agelai ad Philippũ 193. Andomalis ad Publiũ 238 & 260. Chlæneæ ad Lacedæmonios 241. Euthydemi excusatoria 277. Hãnibalis ad milites ut fiere pugnẽ contra Ro. pugnent 118.93. Lucisci ad Lacedæmonios 241. Aetolos de rebus Græcorũ 266. P. Scipiõis ad Andomalẽ 260. & ad milites 96. itẽ seditiosos 274
Orbis universi diuisio 85
Orchomenum captum 123. & ab Antigono 64
Ordinum principes 205
Oricus mons 174.
Orionis signum nauigantibus infestum 18
Orontis fluuij descriptio 178
Otiũ in bello quàm perniciosum 31
Oxi fluuij descriptio 264

P.

Padoa 48
Padus fl. 48
Palea op. obsidione cingitur 155
Palladis templum 135. Lacedæmoniorum asylum ibid.
Pamphylia ab Achæo subacta 184
Paormum Romani expugnant 19
Paphium incenditur 160
Parsia ci. à Lycurgo expugnata 136
Parthenia à Romanis occupatur 46
Patrensium agri depopulatur 166 de Aetolorũ iniurijs querelæ 123
Pauli Aemylij de Illyrijs triumphus 146
Pax qua ratione optanda & colenda 133
Pax quid iuxta Pindarum 133
Pednelissenses à Selgensibus obsessi 182. eorum res gestæ 182. & 183
Pella op. 146. captum 124.182
Pelopidas Thebanorũ reip. quantũ profuerit 212. eius res gestæ 222
Peligni ab Hannibale depopulãtur 109
Peloponnesi descriptio 21
Peloponnesium egregia et bene instituta respub. 58.57. mores 194
Pelusium à Ptolemæo captum 185
Perigenis res gestæ 181
Persarum imperium 2
Persici belli causæ 73
Pestis grassatur 9
Petreus Philippi regis suntmus amicus 131
Phaetontis fabula 48
Phalanx quot milites contineat 179.185
Pharnotensium proditiones 191
Pharensiũ agri depopulantur 143. 166. querelæ 123
Pharyci impietas 243
Phayli ducis res gestæ 182
Phialenses à Philippo subacti 151
Philarchus historicus taxatur 64. 66.67
Philenorum æra 86
Philephori historia 279
Philidas dux 150. Lapirum fugit 151
Philimeli res gestæ 228. 229.230. 231
Philinus cur insincerus 6. eius error 6
Philippus Macæ. Thebas oppugnat 192. eius imperium 121. clementia 158. in hostes pietas. ibid. ad Achæos literæ 147. ad Lacedæmonios seditiosos legatio 131. ad Scerdilaidam profectio 133. bellum contra Scerdilaidã 195. ad Aetolos literæ 132. contra Aetolos bellum 57.122.144.160. cũ Aetolis pax 193. cõtra Lycurgũ res gestæ 162. & 163. religio 164. animi moderatio. ibid. cõtra Melitæos error 239. contra Messenios res gestæ 123. et Lissanos 224. cum Eliensibus pugna 147. cum Lacedæmo. consilium 131. cum Meßeniis societas 127. item cum Scerdilaida 175. erga Achæos humanitas ac beneficentia 148. in Deßaretide res gestæ 195. in Eubœam profectio 146. in Magnesia et Thessalia res gestæ 192. insignis adolescentia 161. pro Græcis res gestæ 243. autoritas 150. eloquẽtia ibid. in Triphaliam profectio 150
Philippopolis op. unde nomen habeat 192
Philognosius dux 180
Philonalis impietas 242
Philopœmen grauiter in clade uulneratur 70. Peloponnẽsiũ Reip. instituit 58. eius res contra Eucleidẽ gestæ 69.70. mors ibid. itẽ contra Machanidã 368
Philotheria capta 182
Phiioxeni disciplina 129
Phlegræi campi 48.112
Phœbidius Cadmianam societatem uiolat 112
Phoxidas Achæus dux 179
Phrygaleorum ciuitas expugnatur 156
Piratæ Messenios uastant & turpiter occidunt 122
Pisa op. 48
Pisidis depopulatur 177
Placentia Rom. colonia 86.102
Plator Illyriorum dux 142
Platonis Respublica qualis 213
Pleiadum ortus 154
Poenia op. expugnatur 145
Polemarchi 128
Polemoclis ad Byzãtios nauigatio 141 136
Poligna cl. à Lycurgo expugnata
Polus quomodo & Democratia fiat 199
Politiarũ tria genera 196. genera sex 197. mutationes. ibi. modus & origo 197. reuolutiones ac mutationes 197.198. & 199
Pollyrneorum cum Philippo & Achæis societas 142
Polybius scribit de ijs rebus quas ipse etiã uidit 73.230. orat posteros ut suam historiã ad finẽ traducant 73. cur tam multas orbis regiones peragrarit 94. Alpes ascendit quo uideret uiã per quã Hannibal in Italiã transiuit 90
Polycrates dux 179. eius res gestæ 187. impietas 243.
Polyrneorũ à Gnosijs defectio 142
Polyphontis fuga ad Philippum 130

Pontus cur continuè effluat 137
Ponti descriptio ibid.
Porcorum mira fœcunditas 278
A. Postbumius consul 45. eius res gestæ 46
L. Postbumius prætor 116. cõsul 8
Prædæ militaris qua ratione à Romanis diuidatur 252
Principum mansuetudo & benignitas quid possit 135
Principiorum & causarum differentia 73
Pritanides Megalopolitanorum legislator 190
Proditionis pœna 184
Proxlaus Acheorum dux 148
Prouerb. Cretizandum cum Cretensibus 127. Hastam & caduceum mittere 141. Principiũ dimidium totius 166
Prusias à Byzantijs debellatur 140. contra Byzantios incitatur 139. eius in Hellesponto res gestæ 195.196. item contra Byzantios 141
Psophis op. 147. expugnatur 148
Ptolemæus Philopater Ægypti imperium suscipit 167.122. interficitur 169
Ptolemæus Benefactor 177
Ptolemæus pacem à Philippo petit 192
Ptolemæi Lagi filij mors 59
Ptolemæi Ceraunj mors ibid.
Ptolemæi in Alexandriam profectio 105
Ptolemæi Phil. luxus 167
Ptolemæi bellum cum Antiocho 1. ignauia 188. liberalitas 188. cum Antiocho pugna 187. de eodem historia ibid. mors 166
Ptolemæo inducie ab Antiocho date 180
Ptolemais urbs obsessa 178
Pulchri promontorium 80
Punici belli secundi occasio 71. 75
Pyrenæus mons 88
Pyri flu. descriptio 180
Pyrrhæa dux 166. eius res gestæ ibid. & 189
Pyrrhus rex ex Italia profligatur eius in Italia nauigatio 59.81. castrum 162
Pythagorei in Græcia interfecti 58
Pythiades præfectus 172
Pythias Acheorum dux 148
Quinqueremium ædificatio difficilis 10
Quintana uia 207

R.

Rabbatamasana capta 182
Raphia op. 186
Regis nomen à Scipione repudiatũ 161
Regis officium 198
Regis & tyranni differentia 159
Regum luxus 198
Regnum 196.197
Regni ueri exordium 198
Regnorum dissipatio unde oriatur 198
Reipub. cõseruatio in quibus rebus consistat 213
Remigum Ro. exercitatio in hac re 16
Rhaphia capta 188. prælio Ptolemæi cũ Antiocho nobilitatur 187
Rhegiũ à Carthaginensibus expugnatur 3
Rhegini Romanorum contra Pyrrum implorant auxilium 3
Rheginis agri restituuntur 4
Rhius mons 123
Rhodanus fl. 87.89
Rhodij maris principes 139. à Byzantijs debellantur 140. Sinopensibus contra Mithridatem mittunt auxilia 141
Rhodiorum incremẽta & Reipublicæ origo 189. contra Byzantios bellum 136. ad Byzantios legatio 141.139. ad Philippũ pro Aetolis 164. ad Prusiam legatio 139
Rhodiorum terræmotus 188
Rhizo oppidum & fl. 46
Romani imperij incrementa 72. 214. Carthaginẽses quibus uirtutibus uincant 215. à Carthaginensibus Hannibalem efflagitant 79. naues Ædificant 19 & 10. quando primum exteros subiugare cœperint 5. ab Hannibale in Tuscia uincuntur 192. item ad Drepanũ nauali prælio 16. ad Cannas ab Hannibale 119. ab Hierone auxilium contra Hannibalem petunt 105. Romanorum cum Carthaginensibus dissensio 39. contra Carthaginenses classis 12. ardor ac studium ad propagandũ suum imperium 29. cum Carthaginensibus fœdus 47. fœdus renouatur 51 cum Carthaginensibus fœdera quomodo expressa 80. in Carthaginenses odia 57. de Carthaginensibus victoria 166. & de Gallis 54. 55. naualis de Carthaginẽsibus victoria 14.19. quãdo nauali bus copijs primũ pugnarint 10
Romanorum imperium quàm amplum 1. uirtus & potentia 30 innata audacia & cõstantia 18. ex Italia prima transfretatio 2. in Illyrium nauigatio 42. prope Camerinã naufragia 18.19 militum armaturæ 54. in Græciam legatio 194. exercitia nautica 19. fides & constantia 116. & 117. religio 119. superstitiones 216. mos in sepeliendis mortuis 215
Romanorum Reipub. descriptio 200. & 101. ad Illyrios legatio 44. & ad Hannibalem 77 cum Gallis fœdus 5
A. Rutilius consul 12

S.

Saguntum Hannibal expugnat 77 78
Sagunti situs 77. munitiones 115. excidium 146.
Saguntinorum ad Romanos legationes 76
Sambucæ descriptio 212
Samium à Pœnis uastatur 110
Sardeorum ciuitas ab Antiocho expugnatur 219. & 220
Sardinia à Roman. subacta 12
Sardiniæ à Carthaginensibus defectio 37
Sardiniam oblatam Romani respuunt 39
Sasonis insula 195
Sation op. à Philippo captum 195
Scalæ ad urbium expugnationes quomodo fabricandæ 139
Scerdilaidas Illyriorum dux et eius res gestæ 43. Lissum op. inuadit 117. eius res gestæ 190. defectio ibid.
Scopas Aetolorum dux 132.136. eius in Macedoniam irruptio. 144. sacrilegia. ibid. contra Messenos res gestæ 123
P. Scipio in clade uulneratur 101. eius ad Trebiam castra 101. pietas in parentem 247. somnium ibid. adolescentia generosa 247. 248. fortitudo militaris 215. constitit 234 naualis de Carthaginensibus uictoria 112. cõtra Hasdrubalem res gestæ 259. 160. 161. 146. 147. contra Magonẽ res gestæ 171. cõtra Hannibalẽ res gestæ 87. 88. 96. in Hispaniam profectio 86. 115

Scytharum urbs capta 182
Seleucia proditione ab Antiocho capta 178. à Molone subacta 173
Seleuciæ descriptio 177
Seleuci liberalitas 188. & 189. mors 59.71.122.170
Seleucensium defectio punitur 175
Selgensium res gestæ 132.183. inducie 184. fœdus cum Achæo 184
Sellasia 68
Cn.Sempronius consul 19
T.Sempronius Scipioni cõtra Hannibalem subuenit 102. pernicioſa ambitio 103. contra Gallos res gestæ 102. in Africam profectio 86
Stena colonia ducta 49.47
Senatorum apud Romanos officia 201.202. potestas 201
Sepeliendi ritus apud priscos Ro. 215
Sephyra urbs 35
Serra locus 219. unde nomen habeat 40
C.Seruilius consul 19.105
Cn. Seruilius contra Hannibalẽ pugnans occumbit 110. eius contra Pœnos res gestæ 113
Seruius Fulvius consul 28. eius contra Carthaginenſes res gestæ 28
Sicilia ſub Romanorum imperio quando fuerit 21. eius deſcriptio 21. ciuitates ad Romanos deficiunt 9. à Mamertinis tributaria facta 4
Sycionem Achæus Aratus tradit 114
Sicyoniorum agri depopulantur 126
Signa militaria aurea 55
Silentium in bellicis conſiliis 237
Siliqua 47
Sinopenſes Rhodiorum auxilium contra Mithridatẽ petũt 242. eorum cum Mithridate bellum 142
Sociale bellum 1.57.71. eius exordia 131.& 131.126
Socrates Bœotius dux 179
Sophaſenus rex 177
Sorza op. 35
Soſibij res gestæ 179.180.168
Sparta capta 135
Sparta ab Antigono capta 70
Spendius Campanus transfuga 32. eius factum 33. à Carthaginenſibus uincitur 36. ſuſpenditur 40. eius crudelitas 37. & 38. ad milites contra Carthaginenſes oratio 37
Stenelas mors 130
Stipendia militum 211
Strategema Hamilcaris cõtra Ro. 13. Scipion. cõtra Carthaginenſes 272. Hannibalis contra Minutiũ 115. Philippi contra Liſanos 214. Quintij cõtra Haſdrubalem 20. Garſyeris contra Selgenſes 128. & 183. Aemylij contra Illyrios 78. Hannibalis contra Fabium 111. & contra Allobroges 90
C.Sulpitius conſul 12
Sybaritæ pop. 58
Syracuſani nouitatis ſtudioſi 4. à Claudio obſeſſi 5. eorum cum Romanis pax 7. ſeditiones 4. obſidio 211.& 123. agri ab Appio depopulantur 56
Syriacum bellum 1.70.122.154. 166

T.

Tabernacula legionum 206
Tagus fl. 76
Tantali pœna 139
Tarentum captum 230
Tarentini agri fertilitas 246
Tarentinorum cum Roma. bellum 3. ſepulturæ 230. oraculum. ibid.
Taurinorum contra Inſubres bellum 94
Taurionis mors 224
Tauriſci pop. 48
Tegeta obſeſſa 63.64
Teleſia ab Hannibale capta 110
Telphuſa ab Antigono capta 64
Tentoria Romanorum qua arte figant 206
Tentoria Tribunorum 206
C.Terentius conſul 116.195
Tergiductores 205
Terræ diuiſio 85
Terræmotus 188
Teſſeræ militaris 209
Teuca Agronis uxor Illyriorum regni gubernatrix 43. Romanum legatum occidit 45
Thalamus nulla 149
Thearces 64
Thebæorum reipublicæ pernicies 111
Thebæorum ſitus 191. obſidio 191
Thebani Græcorum affectant imperium 58
Thebanorum Reipub. incrementa ac interitus 212. ſplendor unde creperit 212
Themiſon dux 135
Themiſtis res gestæ 196
Themiſtoclis uirtutes 212
Theodotus Aetolus proditor 185
Theodotus Hermiolius 170
Theodotus Ptolemaidis & Tyri proditor 136
Theodotus Syriæ præfectus 169. eius audacia 186. contra Ptolemeũ res gestæ 181. Hemiolij in Syria res gestæ 177
Theruca expugnata 10
Theſſali inſuperabiles 224
Thebetis res gestæ 141. mors 141
Thraces à Gallis uincuntur 139
Thracum contra Conſtantinopolitanos bella 139
ad Thraſimenum clades 107.108. 117
Thyeſtis mors 130
Thyrrheni pop. 48
ad Ticinum pugnatur 96
Timæus hiſtoricus notatur 277. 279
Timothei diſciplina 119
Timoxenus Achæorum dux 63. repulſam patitur 153. Taurionem op. expugnat 225
Tiſamenes Oreſtis filius 121. Achaiam occupat 59
Topographiæ utilitas 162
Torques Gallorum 54
Tragœdiæ & hiſtoriæ differentiæ 64
ad Trebiam pugna 117
Triarij 204
Tribunus tria ſub ſe habet ſigna 208
Tribuni duodecim ſub utroq; conſule 206
Tribuni milit. conſulari poteſtate 203. eorum iuramenta 204. electio, & officium 205. 204. in caſtris officia 208. poteſtas 210
Tribunorum plebis poteſtas 151
Triera incenſa 281
Tripolia tota à Philippo ſubacta 151
Tripoliæ deſcriptio 150
Tritenſiũ agri depopulantur 143 190
Triumphare quibus liceat 202
Triumphus Aemylij de Gallis 54. & de Illyriis 79. Pauli Aemylij de

lij de Illyriis 146
Tunes op. 34. expugnatur 15
Tyle Gallorum regia 139
Typanate à Philippo subacti 151
Tyranni & regis differentia 159
Tyrannum occidere licet 66
Tyrrheni Romanis bellum intulerunt 49
Tyrrhenorum clades 50. cum Romanis fœdus ibid.

V.

Vacci ab Hannibale uincuntur 76
L. Valerius consul 9
M. Valerius Max. consul 7
Vallum castrorum 107
Varro consul contra Hannibalem pugnans occumbit 110
Veneris Erycinæ in Sicilia templũ 27. à Gallis spoliatur 44
Veneris fanum 123
Veneti 48. Gallorum Senonum agros depopulantur 49
Verna bellica 204
Vestæ apud Megalopolitanos ara 190
Vigilarum in bello dispositiones 209. earumq; rationes ibid.
Vigilum delinquentium pœna 209
Virtutis præmia 210
Vmbones clypeorum 204.
Vmbria ab Hannibale depopulatur 109
Vmbri pop. 48
Volana 48
Vtica ab Hamilcare capta 36. à seditiosis militibus obsessa 33. ab Hamilcare liberata 35
Vticæ ciuitatis descriptio 34
Vticensium pertinacia 41
Vticensium ad Afros defectio 38. in Carthaginenses crudelitas 39. deditionem Romani respuunt 39
Vulgi studium 199
Vulturnus fl. 211

X

Xantippi Lacedæmonij fortitudo militaris 16. apud Carthag. auctoritas ibid.
Xantippi in patriam reditus 18
Xeno Hermioniorum tyrannus 60
Xeno dux 170
Xenætas dux 171. eius res gestæ ibid. Tigrim fl. traijcit 172. eius mors 173
Xenophantus Rhodiorum dux 140
Xerxes à Cymone superatur 3. eius in Græciam nauigatio 79. contra Molonem res gestæ 173. & 174.

Z.

Zabdibellus Antiochi dux 185
Zaleuci lex 283
Zelysgorgynius dux 185
Zarxas Hamilcare traditus supplicio afficitur 40
Zeuxides 172

ERRATA INTER EXCVDENDVM in Polybio commissa.

Pagina 10. uersu. 30. lege oppressus 10. 55. abesse 31. 4. secundus 32. 10. fuerant 34. uersu ult. in proximum collem natura & arborum frequentia munitissimum se recepere. Anno duntaxat aduersus Num. &c. 40. 53. superuacaneæ sunt duæ lineæ ultimæ 72. 42. fastu optimæ 79. 16. excidio 88. 38. multis amissis 215. 30. elatus 105. 30. uer. ult. confimilis erat 217. 4. quomodo 219. 6. consuetudinem 230. 29. Philumnus 230. 35. eius loci 252. 4. Andomalis fraudatur 159. 42. pro Andamalis 260. 6. Andomalis pro Andabolis, quemuis utrunq; legatur.

BASILEÆ, PER IOANNEM HERuagium, Anno M. D. XLIX. Mense Martio.